Digitized by Google

XIV.
B.
24.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
B
24
NAPOLI

FLORES DIRECTORII INQVISITORVM,

Collecti à Fratre Aloyſio Bariola Mediolanenſe Auguſtiniano, Doctore, Theologo, & Penitentiario.

Congregationum Sancti Officij, & Indicis Mediolani Conſultore.

Acceſſerunt Tractatus de Sollicitatione Penitentium. De propoſitionum gradibus, & qualitate. Plura hic Conſilia (Cambiorum præſertim) vtriq; foro accõmodata: vnà cum Bullis Apoſtolicis S. Officio perneceſſarijs.

Opus non modo Conſultoribus S. Officij, ſed Doctoribus, Confeſſarijs, & Religioſis omnibus perutile.

Noua hac impreſſione omnia ab eodem, recognita, & aucta.



MEDIOLANI

Apud hær. Pacifici Pontij, & Ioannem Baptiſtam Piccaleam, Impreſſores Archiepiſcopales. M. DC. XXV.

NAPOLI

Denuo Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Vicecomes, Vicarius Sancti Officij Mediolani.

Aloyſius Boſsius Can. Ord. Theol. pro Illuſtriſs. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo

D. CÆSARI MONTIO,

Aſſeſſori Sanctæ Vniuerſalis Inquiſitionis in Vrbe,

Et Conſultori in Sacra Congregatione de fide propaganda.

Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus F.

QVINDECIM iam ſunt anni, cum hoc opus publici iuris feci amicorum non tam rogatu, quàm vi coactus. Interim opus expoliui ſecundis curis, quæ ſolent eſſe meliores: auxi produ-

ctis ſacris Canonibus, & Doctoribus, qui res eò contentas accuratè pertractant: & præcipuè ſententijs Eymerici, & Pegnæ dicta mea corroboraui. Addidi noua conſilia; rebus apud me dubijs, & obſcuris dedi lucem: locupletaui Pontificijs Conſtitutionibus, quæ præteritis his annis prodierunt: quo factum eſt, vt nouum opus propemodum eſſe videatur. Dixit quidem philoſophus magni nominis, eſſe facilè inuentis addere: ſed non facilè eſt inuenta idonea conuenienter ſuis aptare locis. Precibus iterum amicorum fatigatus, qui negant vllum exemplum primæ impreſſionis reperiri, libellum iterum in lucem edo, ſed ſub luce tui clariſſimi nominis, qui tàm ſcienter de rebus huiuſmodi noſti iudicare. Tu enim ſub trium Summorum Pontificum auſpitijs,

non

non minus egregiè, quam viriliter in Eccleſiæ Romanæ caſtris militaſti, magnis honoribus conſecutus teſtimonium virtutis. Primum quidem à Paulo Quinto recol. mem. inter Prælatos ſacræ Conſultæ totius Eccleſiaſtici ſtatus adnumeratus: deinde à Gregorio Decimoquinto fel. record. in ſupremam S. Inquiſitionis Congregationem Conſultor adſcitus; poſtremum ab Vrbano Octauo feliciter Eccleſiam Chriſti gubernante Congregationi de fide propaganda adſcriptus fuiſti. His laborioſis muneribus, quæ validiſsimum quemque ſingula fatigaſſent, tanta facilitate ingenij tui, tanta omnium admiratione, commendationeque omnibus eodem tempore perſunctus es; vt idem Vrbanus in Tribunali eiuſdem ſupremæ Sanctæ Inquiſitionis Aſſeſſorem à curis pro-

paganda fidei, minimè auocatum, nuper conſtituerit. Merita quoque vniuerſæ Familiæ tuæ in me poſtulant; Illuſtriſsimi Senatoris Patris tui beneficia exigunt; ſuadet beneuolentia Marci Antonij fratris tui Iuris Conſulti Collegiati, & Conſultoris Sanctæ Inquiſitionis in hac Vrbe, & nuper Regij Fiſci Aduocati, à Catholica Maieſtate electi, ſignum hoc grati animi, & obſeruantiæ erga te meæ. Fratris inquam Tui quem ingenium ſingulare; doctrina exquiſita, eloquentia in ampliſsimo Senatu ſæpe perſpecta, & ipſius ſupremi Ordinis Luculento teſtimonio dum ab eo Regius Fiſci Aduocatus deſignaretur cumulatè laudata; humanitas denique, ac ſuauitas morum incomparabilis, iteratis Ciuium votis, dum eius Præfectus deſtinaretur abũdè te-

ſtata;

ſtata; Senilis denique inflorenti ætate prudentia, & in negotijs tractandis eximia diligentia in Vicarij Prouiſionum hoc eſt, Patriæ adminiſtrationis munere obeundo omnibus probata, ad Aui; Patriſq; Senatoriam dignitatem curſim euehunt. Nequaquam deſpicere debes hoc munuſculũ, quod non ſit recens, ac nouum. Nam aurum recoctum purius, ac prætioſius eſſe conſueuit. Aurum voco meum hoc Opuſculum, non quod aurum putem ab ingenio meo prodire potuiſſe, ſed quod ex aureis grauiſſimorum Auctorum libris, tamquam ſodinis eruitum ſit, atque conflatum. Viue feliciter. Mediolani Idibus Iulij 1625.

LECTORI BENEVOLO.
Auctor Epitomæ S.

SVPERVACANEAM exiſtimauerit aliquis hanc Epitomẽ à me collectã è Commentarijs, quos eruditione ſolidiſſima ſcriptos Directorio Inquiſitorum appoſuit Franciſcus Pegna natione Hiſpanus, I. V. & S. Theologiæ Doctor, atq; in auditorio Romanæ Rotæ Decanus. Aut enim, dicet is, ſuperflua ſcripſit ille, quæ receſentur: aut operi neceſſaria tantũmodò, quę detrahi non poſſunt. De viro prudentiſſimo limatiſſimiq; iudicij prius illud, nę ſuſpicari quidem licet; hoc autem poſterius, ſi verum eſt, quid detrahet is, qui Epitomen elaborauit, ex opere in quo nihil eſt, quod detrahatur? Importunæ ſanè preces amicorum ad hanc editionem, quam nunquam cogitauerã, me detrectantem adegerunt; qui memoriæ ſubſidium calamo, nõ gloriolam nomini meo ex hac elucubratione paraueram. Verum ex huius operis ſcriptione, nemo prudens rerũ æſtimator iure

po-

poteſt inferre, vel præclariſſimi Cōmentatoris ſuperfluam ineſſe operi rerū copiā, redundantemq; verborum: vel contrahentis in Epitomen inanem fuiſſe laborem. Non enim neq; primus ſum, neq; ſolus, qui hanc ſcribendi ratione inierim. Tritam multorum veſtigijs viam calco. Quis recenſeat eos, qui clariſſimorū auctorum, & ab omni antiquitate probatiſſimorum ſcriptorum hiſtorias, commentarios, atq; alia digniſſima æternitate opera, in breuiaria, compendia, epitomas, & ſummaria cū ingenij ſui laude, & ſine illorū dedecore compegerunt? Mitto Liuianā epitomen, cuius auctor adhuc quęritur: mitto Xiphilinum, qui copioſam Dionis hiſtoriam in compendiū contraxit. Videmus ipſi ætate noſtra paſſim in Bibliothecis librarijſque tabernis proſtare magnorū virorū S. Thomæ Aquinatis Sum. theologicā, Cæſaris Baronij Cardin. Annales Eccleſiaſticos, Martini Nauarri Enchiridion, & alia, tum huius, tum aliorū opera in epitomen contracta. Quod illi reſpōſuri ſunt huic quęſtioni, qui hęc fecerunt, idē equidē reſpon-

debo de hac commentariorũ cõtractione, qui ſum illos imitatus. Fideliter igitur totam huius voluminis doctrinã ex prædicti Franciſci Pegnæ, cui tantum Vrbs, & orbis debet, commẽtarijs excerpſi. Si quã partẽ integram intactãque, tametſi ſcitu digniſſimã omiſi; quòd non adeò frequenter veniret in conſultationẽ, omiſi. Rationes multas, leges, canones DD. teſtimonia præterij; quia niſi ea præterijſſẽ, non epitomen confeciſſẽ, ſed ipſos cõmentarios in alias chartas tranſtuliſſẽ. Cũ Alex. Leonis, Gregorij, atq; aliorum Pontificũ Bullas innuo, Lector intelligat eas à me ſignificari, quæ ad Tribunalis huius ſanctiſſimi fulciendam auctoritatem emanarunt, atq; ad calcem Directorij ſunt adiectæ; necnon à me in breuiariũ contractæ. Quamuis autem Franciſcus ipſe non ex omnibus teſtimonia in ſuos cõmentarios tranſtulerit; ego tamen è ſingulis aliquid, quo res diſputata muniretur multis in locis produxi. Poſtremũ ordine alphabetico tamq̃ in tabulã capita rerũ expoſui, vt ad nutũ omnia lectoribus eſſẽt in prõptu. Vale.

IN

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Prior numerus Partem, poſterior Commentarium indicat.

Abiuratio quid ſit, quotuplex, cur inſtituta, & quam antiquus vſus eius. par.3. com. 40.

Abiuratio de vehementi quare ſit grauiſſima pœna. p.2. c. 81. & par.3. com.39

Abiuratio quomodo per torturam euitari poſſit. par.2. com.14. & par.3.com.40

Abiuratio ante ſententiam fienda eſt, licet vſus contrarium obtinuerit. p.3. c. 41

Abiurare qui teneantur. p.3. c. 40

Abiurans de leui, & poſt incidens in hæreſim non eſt relapſus. p.2. c.83

Abiurandi ætas quæ. p.3. c.40

Abiurans de vehementi, vel de hæreſi, & poſt communicans cum hæreticis eſt relapſus. p.2. c. 83

Abiurans fautoriam hæreticorum, & in eam relabens relapſus erit. p.2. c. 83

Abiurans de vehementi, & purgans ſe de hæreſi in quo differant. p 3. c. 71

Abiuratus tenetur ſe ſubſcribere. p. 3. c. 72

Abiurationes de leui, vehementi, & violenta quomodo differant. p. 3. c. 40

Abſens verbaliter degradatus per Iudicem ſæcularem puniri poteſt. p. 3. c. 49

Abiuratio an inhabilitet. Nauar. de hæret. conſ.5.

Abſentes

Abſentes contumaces de formali verè conuicti, quomodo tractandi. p.3.c.49.

Abſoluti iudicialiter tenentur eadem confeſſario confiteri par.2. com.65.

Abſoluendi non ſunt Rei Sacramentaliter priuſquam hæreſim iudicialiter manifeſtent, niſi in mortis articulo. p.2. com.25.

Abſolutione Sacramentali ſequuta poteſt contra hæreticum inquiri. p.2. c. 25

Abſoluendus à ſententia excommunicationis prius iurare debet; & molliter virgis percuti. p.3. c.7

Abſolutus tanquam innocens, ſi deferatur de eodem crimine, iterum iudicari, & condemnari poteſt. p 3.c. 37

Abuſus Sacramentorum, aut Sacramentalium reddit operantem ſuſpectum. com.67. 2. partis.

Affectus ad delictum quo puniendus. Menoch. de arbitr. caſu 360.

Accuſator hæretici non tenetur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. p.3.c. 14.

Si ſe ſubſcribat, & deficiat quomodo puniendus. par.3. com. 14

Accuſator in accuſatione deſiſtens non eſt audiendus. par. 3.com. 14

Vnicum teſtem producens initius puniendus. p.3. c. 14

Accuſatoris remiſſio, nihil valet. p. 3. c. 14

Accuſatores, & falſi teſtes puniuntur eadem pœna. par. 3. com. 48

Accuſatus, & legitimè conuictus de hæreſi, & negans, quando Curiæ ſæculari relaxandus. p.3. c.48

Acquiſita à marito ſtante matrimonio, an confiſcari poſſint. par.3. c. 160

Actio relaxationis Rei Curiæ ſæculari in Eccleſia fieri debet. par.3. com.45

Adimplere pœnitentias nolentes, vel omittendo, vel committen-

mittendo, quomodo intelligatur. p. 3. c. 146
Adoleſcentes quomodo abiurabunt. p. 3. c. 40
Adoratio dæmonum à quibus exorta. p. 2. c. 35
Adultis dormientibus, & amentibus non remittitur peccatum Originale ſine actuali. p 1. c. 11
Aduocatus quilibet admittitur ad tuendum defunctum. par. 3. com 92
Aduocatus Reo concedendus, & qualis. p. 3. c. 28
Aetas criminis capax quæ ſit. p 1. c. 13, & p. 3. c. 40
Alchimiſtæ, qui ſuſpecti quod dæmones inuocent. p 3 c. 26
Amantes, dæmones inuocantes, quando erunt de hæreſi ſuſpecti. p. 2 c. 68
Amatoria pocula propinantes quando reddantur de hæreſi ſuſpecti. p. 2. c. 68
Amentes, & dormientes baptizati quando ſuſcipiant characterem. p. 1. c. 11
Animaduerſionis nomine quæ intelligatur pœna. p. 2. c. 71
Animalia bruta Sacramenta ſumere poſſunt, ſed non Sacramentaliter. p. 1. c. 15
Apoſtolicæ traditiones quænam ſint, & quam auctoritatem habeant. p. 1. c. 14
Apoſtoli quare Symbolum condiderunt. p. 1. c. 16
Apocbryphus liber qui ſit. p. 2. c. 48
Apoſtaſia, & hæreſis an differant ſpecie. p. 2. c. 74
Apoſtata quis dicatur, & an recipiendus. p. 2. c. 74
Apoſtoli quid, & quot eorum genera. p. 3. c. 31
Appellans quomodo tractandus. p. 3. c. 31
Appellare licet hæreticis ob interlocutoria. p. 3. c. 31
Appellatio à quo recipienda, & admittenda. p. 3 c. 31
Appellatio quid ſit. p. 3. c. 30
Appellatione admiſſa quomodo tractandus Reus. p. 3. c. 31
Appellatione interpoſita nihil innouandum. p. 3. c. 31
Aquam vino miſcere in Miſſæ Sacrificio Chriſtus docuit. p. 1. c. 14

Amore

Amore capti delinquentis pœna. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 328.
Arreſtare quid, & quomodo arreſtandi Rei. p. 3. c. 31
Ars nulla datur includendi dæmones in rebus corporeis. p. 2. c. 68
Arma in fauorem fidei deferre qui poſſint, & quibus concedendum. p. 3. c. 105
Articulos fidei cur credimus. p. 1. c. 19
Eos memoria tenere, & explicitè credere tenentur fideles. p. 1. c. 19
Aſtrologia iudiciaria interrogatoria ſuperſtitioſa eſt. p. 2. c. 67
Auctore damnato etiam libri damnati cenſentur. p. 2. c. 3
Audiens ſemel hæreticorum conciones an dicatur hæreticis credens. p. 2. c. 75
Auxiliatores Inquiſitorum conſequuntur Indulgentias. p. 3. c. 178

B

Baptiſmus ab hæreticis collatus an ſit iterandus. par. 1. com. 12
Cur legitimè collatus non iterandus. p. 1. c. 12
Blaſphemia hæreticalis quæ ſit. p. 3. in fine.
Blaſphemiæ hæreticales, quæ. p. 2. c. 66
Blaſphemiæ quomodo puniendæ. p. 2. c. 65
Blaſphemiæ non omnes ſpectant ad ſanctum Officium. p. 2. c. 66
Blaſphemi an abiurare teneantur. p. 2. c. 66
Blaſphemiarum grauitas quomodo metienda. p. 2. c. 66
Bona Clericorum quæ confiſcari poſſint. p. 3. c. 161
Bona confiſcata cui applicanda. p. 3. c. 161
Bona feudalia quomodo confiſcari valeant. p. 3. c. 161
Bona hæreticis condonare quando poſſint Inquiſitores. p. 2. c. 9
Bona occulti hæretici fiſco non tradenda. p. 3. c. 157

Bona hæreticorum inſanientium an ſint adnotanda. p.3.c.22
Brachio ſæculari aliquem relaxando quid agatur. p.2.c.20

C

CAdauera hæreticorum, credentium, & fautorum, quando licitè ſepeliri poſſunt. p. 3. c. 89
Et quando exhumanda, & comburenda. p. 3. c. 89
Canonica purgatio quid ſit, & quando indici poſſit. p.2.c.14
Canonizatio habetur per traditionem in Eccleſia Dei. p. 2. c. 42
Captura mandari nequit ex delictis, & indicijs leuibus. p. 2. c. 12
Capturæ ordo, & à quo decernenda. p 3. c. 17
Captura reorum quomodo fienda. p.3. c. 108
Calumniator quomodo tractandus. Menoch. de arbitrarijs caſu 321. 322.
Carcerati pro hæreſi quare non admittendi ad miſſam & diuina, ſicut pro alijs erroribus. p. 3. c. 108
Carceres cur inuenti. p. 3. c. 107
Carceres non omnibus ſunt pares aſſignandi. p. 3. c. 108
Carcerati non ſunt de carcere ad carcerem transferendi. p. 3. c. 108
Carceratis pro cauſa fidei, confeſſarij ſunt concedendi. p. 2. c. 25
Carceri perpetuo qui ſint damnandi. p. 3. c. 46.
Carceris perpetui pœna quibus de cauſis, & quando remittenda. p. 3. c. 46. & c 108.
Cardinales quo tempore Inquiſitores generales eſſe cœperunt. p. 3. c. 11
Carnes diebus prohibitis comedere an ſapiat hæreſim. p. 2. c. 80
Catholicos libros falſificantes quomodo puniendi. p.2. c. 17
Cauilloſæ hæreticorum reſponſiones quomodo vitandæ. p. 3. c. 22

Cauſſa

Cauſſæ capitalis inimicitiæ. p.3.c.116
Cauſſæ friuolæ appellandi. p.3.c.31
Cauſſæ minuendi pœnam falſo teſti. p.3.c.122
Cauſſæ quibus Inquiſitores deponendi. p.3.c.66
Cauſſæ rationabiles ad minuendam, & augendam pœnam. p.3.c.44.& 122
Cautelarum genera. p 3.c.23
Cautionum ſpecies. p.3.c.139
Chriſtiani ad Iudæorum ritus reuertentes ſubduntur Inquiſitoribus. p.2.c.69
Cyprianus à Stephano Papa correctus. p.2.c.42
Chriſtiani ſi infantes, aut metu mortis baptizati redeant ad patrum ritum, mitius cum eis agendum. p.2.c.69
Celebrans exequias pro hæreticis, & eos apud ſe cuſtodiens eſt ſuſpectus. p.3.c.89
Circumſtantiæ quæ reticendæ quando reis proceſſus traditur. p.3.c.29
Citandus eſt Reus ad audiendam ſententiam. p 3 c.40
Citationis cauſſa in citatione non ponenda. p.3.c.33
Clerici ſede vacante non poſſunt fidei dubia definire. p 2 c.8
Clerici quomodo, & à quibus ſint ad beneficia, & dignitates reſtituendi. p.3.c.162
Clericis redeuntibus pecuniariæ pœnæ imponẽdæ. p 3.c.161
Clericorum bona quæ confiſcari poſſint. p.3.c.161
Comburere libros vetitos an quilibet poſſit. p.2 c.3
Combuſtio ſtatuarum valde antiqua eſt. p.3.c.49
Committentes non relapſi qui ſint. p 3 c.146
Committentes ea ad quæ ſe committere non obligarunt quomodo puniendi, & an interrogandi ſuper intentione. p.3.c.146
Commoda ab hæreſibus orientia. p.3 c.44
Comparentes non ſunt ab Inquiſitore audiendi in foro pœnitentiali. p.3.c.12
Comparentis beneficium non poteſt quis ſecundò conſequi. p.3 c.12

Comparens poſt ſuam combuſtam imaginem eſt audiendus. p. 3. c. 49
Complices hæreticorum renuentes intra annum ſatisfacere, puniuntur vt hæretici, & ipſo iure fiunt infames. p. 1. c. 4
Compurgatores ad quid teneantur, & quot in eis requirantur. p. 2. c. 14
Coactio quotuplex. p. 1. c. 24
Coacti hæreticalia committentes quando excuſentur, & quomodo tractandi. p. 1. c. 24
Concilia quatuor veneranda vt Euangelia, & cur celebrata. p. 1. c. 20
Concilium Nicenum quid ſenſerit de baptizatis ab hæreticis. p. 2. c. 42
Concluſio à Concilio, vel à Papa, vel à Sanctis Patribus confecta, & fidelibus præſcripta eſt de fide. p. 2 c. 27
Concors Sanctorum ſententia, aut ſcripturarum interpretatio in docendo aliquid ad fidem ſpectare, eſt de fide. p. 2. com. 27
Conatus ad delictum quomodo puniendus. Menoch. de arb. caſu 360.
Confeſſarius non abſoluat retinentes libros prohibitos. p. 2. c. 3
Confeſſarij partes cũ Reo conuicto per falſos teſtes. p. 3. c. 48
Confeſſarij quando hæreticum abſoluere poſſint, & quando non. p. 2. c. 25
Confeſſarius quauis de cauſa Rei confeſſionem reuelans, nullum facit indicium. p. 2. c. 25. & p. 3. c. 110
Confeſſarius ſolicitans confitentem quomodo ſuſpectus de fide. p. 2. c. 81
Confeſſio extraiudicialis an ſufficiat ad torturam. p. 3. c. 110
Coufeſſio fidei ad ſalutem neceſſaria. p. 1. c. 24
Confeſſio ſub impunitatis promiſſione extorta non ſufficere ad condemnationem. p. 3. c. 23
Confeſſio in tormentis facta quanto tempore erit ratificanda. p. 3. c. 39

Confeſſio per terrorem facta, quando ſit valida. p. 3. c. 39
Confeſſio Reorum ſufficit ad condemnationem. p. 3. c. 28
Confeſſio Sacramentalis an recipienda ab Inquiſitoribus. p. 3. c. 12
Confeſſori aſſerenti ſe abſoluiſſe hæreticum in foro conſcientiæ, non tenetur Inquiſitor credere. p. 2. c. 22
Confeſſus delictum in tortura, & in ratificatione negans quomodo retorqueri poſſit. p. 3. c. 39
Confeſſus ſpontè quis dicatur. p. 3. c. 12
Confeſtim redire ab hæreſim qui dicantur. p. 2. c. 8
Confirmans in tortura extraiudicialem confeſſionem, cur teneatur ad ratificationem. p. 3. c. 110
Confitens dictum, vel factum hæreticale, prauam negando intentionem torqueri poterit. p. 3. c. 110
Confiteri ſpontè, & metu probationum quis dicatur. p. 3. c. 12
Confitens hæreſim in priori dicto, & in poſteriori negans, vt falſus puniendus eſt. p. 3 c. 114
Confiens ſpontè metu probationum mitius eſt puniendus. p. 3. c. 12.
Confrontatio Reorum, & teſtium quomodo fieri debeat in crimine hæreſis. p. 3. c. 48
Congregationes priuatorum hominum in cauſis religionis nõ ſunt permittendę. p. 2. c. 37
Conſilia peritorum conſultiua tantum ſunt. p. 3. c. 127
Conſolatio hęreticorum quid ſit. p. 3. c. 170
Conſolationem petentes ad hęreticis quot modis, quaue ratione excuſari poſsint. p. 3. c. 170
Cõſtitutus in mortis articulo quomodo abſolui poſsit. p. 2. c. 22
de conſultoribus vide com. 3. p. 61. 126. 127.
Conſultores ad publicam ſententiam ſunt vocandi. p. 3. c. 40
Conſultores arma deferre poſſunt. p. 3. c. 105
Conſultores, etiam non iurati, ſecretum reuelantes, quomodo puniendi. p. 3. c. 129
Contrafaciens abiurationi quomodo ſit relapſus. p. 3. c. 146

Contumaces anno elapſo in quibus audiantur. p. 3. c. 69
Contumax abſens ſacris initiatus poteſt verbaliter degradari, & curiæ ſeculari relinqui. p. 3. c. 69
Conuictus de hæreſi, quam negat, non excuſatur proteſtatione aliqua. p. 1. c. 26. & p. 3. c. 48
Conuicti de factis, vel dictis hereticalibus antiquis an ſint habendi negatiui. p. 2. c. 59 & p. 3. c. 27. 48
Conuictus non reuelans omnes hereſes, vel complices, vel tempus, an ſit negatiuus vel diminutus. p. 2. c. 59
Conuictus per falſos teſtes non debet crimen fateri, vt mortem effugiat. p. 3. c. 48
Corpus, & Sanguis Chriſti Domini quamdiu maneat in Sacramento Altaris. p. 1. c. 15
Correctio fraterna an locum habeat in crimine hereſis. p. 2. com. 18.
Correi teſtes quam fidem faciant. p. 3. c. 11[illegible]
Corrumpentium teſtes pœna. p. 3. c. 122
Credentes hæreticorum quomodo dignoſcantur, & quomodo contra eos ſit procedendum. p. 2. c. 75
Credere explicitè quid ſit. p. 1. c. 19
Credere cur debeamus Deo. & articulis fidei. p. 1. c. 23
Cruce ſignati arma deferre poſſunt. p. 3. c. 105
Cumulatiua ſingularitas quæ ſit. p. 3. c. 121
Curatis imponendum eſt vt inquirant an pænitentes pænitentias adimpleant. p. 3. c. 108
Cuſtodes ſancti officij arma deferre poſſunt. p. 3. c. 105
Cuſtos carcerum qualis eligendus. p. 3. c. 108

D

DOemonum adoratio à quibus exorta. p. 2. c. 35
Dæmonum inuocatio à quibus, & quando cœpit. p. 2. c. 68
Dæmones an poſſint annulis alligari, & quare alligari videantur, & quo conſilio. p. 2. c. 68
Dæmones colens, & inuocans deprehenditur hæreticus. p. 3. c. 24

Dæmonum inuocatio quot modis fiat, & an poſſit fieri ſine eorum cultu. p. 2. c. 68
Dæmones cur bona quandoque conſulant. p. 2. c. 68
Damnatus ad carcerem, vel Monaſterium, & fugiens, quomodo poterit eſſe relapſus. p. 3. c. 146
Damnatus perpetuò ad triremes actualiter degradandus eſt de Iure. p. 3. c. 46
Deceptus à viro docto, pro catholico communiter habito excuſatur ab hæreſi. p. 1. c. 22
Defenſor hæreticorũ quis dicatur, & quo puniẽdus. p. 2. c. 77
Defenſiones dandæ Reo confeſſo. p. 3. c. 28
Defenſores hæreticorum ſunt per ſententiam beneficijs priuandi. p. 3. c. 162
Defenſor defunctis hæreticis quis aſſignari debeat, & quomodo ſit eorum cauſa diſcutienda. p. 3. c. 170
Deficiens in purgatione canonica quomodo puniendus, & an audiendus ſit, ſi pœniteat. p. 2. c. 14
Deficiens in purgatione, ſi alias in hæreſim incidiſſet, relapſus cenſebitur. p. 2. c. 14
Deficiens in purgatione canonica in cauſa fidei præſumitur hæreticus. p. 3. c. 24
Definita à paſtoribus Eccleſiæ in Concilio legitimo congregatis, ſunt de fide. p. 2. c. 27
Defuncto abſoluto ſi alia ſuperuenerint indicia quid agendum. p. 3. c. 92
Defunctus hæreticus quare, & quomodo damnetur. p. 3. c. 92
Decretum Papæ, tanquam de fide, non poteſt ab alio reuocari. p. 2. c. 42. p. 3. c. 162.
Degradatio quotuplex, & earum differentia. p. 3. c. 45. 46. 49
Delati de hæreſi poſſunt in carceribus laicis cuſtodiri, & à quibus. p. 3. c. 18
Delatores, & falſi teſtes eadem pœna puniuntur. p. 3. c. 48
Delinquens maior effectus non poteſt grauius puniri. p. 1. c. 13

De-

Denunciatio quid, & quot modis fiat. p. 3. c. 15
Denuncians dicens ſe falſo denunciaſſe, non eſt audiendus, p. 3. c. 14.
Denunciantes non ſunt publicandi, ſed eorum vita, & mores inquirendi. p. 3. c. 124
Denunciare ommittentes quando non dicuntur hæreticorum fautores. p. 2. c. 28
Denunciatoris remiſſio nihil valet. p. 3. c. 14
Deo cur credimus. p. 1. c. 23
Depoſitarius hæretico depoſitũ reddere nõ tenetur. p. 3. c. 168
Deprehenſus in hæreſi quando poſsit cum cautione relaxari. p. 3. c. 139
Deſcendentes hæreticorum à quibus excludantur. p. 3. c. 8
Determinationum Pontificum quot ſint genera. p. 2. c. 33
Deus mẽtiri, nec fallere poteſt per ſe, nec per alium. p. 1. c. 23
Dictum teſtis dubium in quo ſenſu ſit accipiendum. p. 3. c. 119
Dicto priori, an poſteriori ſtandum. p. 2. c. 15. & p. 3. c. 114
Diminutusne ſit, qui cõuictus eſt nõ reuelaſſe omnia. p. 2. c. 59
Diſcipuli à præceptoribus ſeducti qũo excuſentur. p. 1. c. 22
Diſcrimen inter præcepta affirmatiua, et negatiua. p. 1. c. 24
Diſpenſandum an ſit cum conſtitutis in minoribus p. 3. c. 162
Diſputare de fide quibus liceat, cum quibus, & quo fine. p. 1. c. 6. 25.
Diſputantes de fide in malum finẽ, qua pœna puniẽdi. p. 1. c. 6
Diſputatio de fide quibus de cauſis ſuſcipiatur. p. 1. c. 25
Diſsidens à communi vita fidelium aut ab Eccleſiæ probatis ritibus, aut à receptis Patrum doctrinis, vel hæreticus eſt, vel de hæreſi ſuſpectus. p. 3. c. 24
Diuinationum genera quot, & quę. p. 2. c. 54
Diuinationes manifeſtam ſapiẽtes hæreſim quę ſint. p. 2. c. 67
Diuinis officijs raro aſsiſtẽs deprehẽditur hæreticus. p. 3. c. 24
Diuerſificatiua ſingularitas quę ſit. p. 3. c. 121
Doctores approbatę doctrinæ. p. 2. c. 27
Dormientes hęreticalia proferentes. p. 3. c. 17

Domeſtici qui dicantur, et an admittantur in teſtes. p.3.c.119
Dormientibus adultis non remittitur peccatum originale ſine actuali. p.1.c.11.
Dubitans de credibilibus ſubreptitia tentatione non eſt hæreticus. p.2.c.1
Dubitans de rebus nondum definitis, vel de ſpectantibus ad fidem directè, vel indirectè qualis cenſendus. p.2.c.1
Dubitans & redire volens quomodo abiurabit. p.2.c.1
Dubitans paratus omnes opiniones ſequi hęreticus cur cenſendus. p.2.c.1
Dubitãtes circa definita ab Eccleſia quales exiſtimãdi p.2.c.1
Dubitantes de fide, imperfecta adhæſione non ſunt hæretici. p.2.c.1.
Dubitantes de tota fide Chriſtiana, aut certò de vno articulo hæretici ſunt iudicandi. p.2.c.1.
Dubitantes medij inter vtramque partem cur hæretici iudicandi. p.2.c.1
Dubitantes qui cenſendi ſint hęretici. p.2.c.1
Dubius in fide cur cenſenſus hęreticus. p.2.c.1
Dubius in fide quomodo ſit infidelis. p.2.c.1.
Dulcini Nouarienſis excuſatio. p.2.c.36
Duo ſcribentes Inquiſitionis acta æquiparantur Notario, licet non iurauerint. p.3.c.20
Duo teſtes omni exceptione maiores ſufficiunt ad probandam hæreſim. p.3.c.120

E

EBrij hęreticalia proferentes. p.3.c.17
Eccleſia cur Iudęorum ritus tolerat, & non aliorum infide ium. p.2.c.71
Eccleſia cur relapſos non recipit. p.3.c.148
Eccleſiæ ſacramenta non recipiens, vel pręcepta non obſeruans deprę henditur hęreticus. p.3.c.24
Effectus infamię Iuris qui ſint. p.1.c.4
Epiſcopi errantes in his quę ſunt fidei, grauius puniendi

quam

quam alij. p. 1. c. 24. & p. 3. c. 162
Hæreticis infamiam remittere nequeunt. p. 1. c. 4
An maiorem habeant iuriſdictionem in cauſis fidei, quam Inquiſitores. p. 3. c. 54
Non poſſunt Reos torquere ſine Inquiſitoribus, & è conuerſo. p. 3. c. 39
Poſſunt libros prohibitos legere. p. 2. c. 3
Prouidere debent Inquiſitoribus. p. 3. c. 157
Quando poſſunt aliquem declarare hęreticum. p. 2. c. 8
Quare aliquando non procedunt contra hęreticos. p. 2. c. 2
Sede vacante dubia fidei deffinire, non poſſunt. p. 2. c. 8
Triginta annorum eſſe debent. p. 3. c. 51
Epiſcoporum iuriſdictio in libris prohibēdis quāta. p. 2. c. 52
Epiſcopus & Inquiſitor ſunt legitimi monitores. p. 1. c. 26
In carcere perpetuo, & irremiſsibili diſpenſare poſsunt. p. 3. c. 108. & 145
In pronuncianda ſententia diſcordes, quid agere debeant. p. 3. c. 99.
Epiſcopus cur non poſsit expenſas exigere. p. 3. c. 153
Epiſcopus edicta in hæreticos ſtatuere poteſt. p. 3. c. 135
Epiſcopus hæreticos hęredes ſibi inſtituens qua pœna plectendus. p. 2. c. 4
Impedire nequit Inquiſitionis proceſſum. p. 3. c. 54
Non abſoluit hæreticos occultos. p. 3. c. 141
Non impediēs hæreticalium dogmatum prędicationem, & alia, quare hęreticus cenſendus, & qua pęna puniendus. p. 2. c. 2.
Nouas Religiones inducere nequit, nec inductas confirmare. p. 2. c. 41
Scienter conferēs hęreticis beneficia eſt puniēdus. p. 3. c. 162
Secretum cuſtodire tenetur, & reuelans peccat. p. 3. c. 132
Epiſcopus ſolus poteſt abiurationem, & pœnitentiam imponere, & abſolutoriam pro Reo ſententiam promulgare. p. 3. c. 97

Solus degradare poteſt. p.3.c.45
Et purgationem canonicam indicere. p.3.c.38
Error, & hereſis non ſunt idem. p.2.c.28
Examinandi quomodo ſint Rei. p.3.c.18
Exceptiones quæ teſtium fidem in totum euacuant. p.3.c.28
Excommunicari nequeunt Inquiſitores, nec eorum officiales. p.3.c.70
Excommunicati teſtes quam fidem faciant. p.3.c.113
Excommunicatus intra annum non reſcipiſcens, fit de hereſi ſuſpectus p.2.c.16.& 72. item 3 par. c.24.49. & 71 Nau. in manu.c.27.n.11.
Excuſari quomodo poſſit errans in fide. p.1.c.26
Exeommunicatus iurare debet antequam abſoluatur p.3.c.7
Excuſator admitti debet pro Reo abſente, & quales ſint eius partes. p.3.c.36
Excuſatores eorum, qui morientes hæreticalia dicunt, vel faciunt, quando ſint admittendi, & quibus teſtibus excuſari queant. p.3.c.170
Exempla factorum hæreticalium. p.2.c.59.75.p.3.c.24
Exempla fautoriæ vehementis. p.2.c.83
Exempla ignorantiæ circa credenda. p.1.c.22
Exempla præſumptionum. p.2.c.80.81
Exempla quando Inquiſitores procedunt contra Epiſcopos. p.3.c.76.
Exercitationes literariæ in priuatis Doctorum domibus cur permittendæ. p.2.c.41
Explicatio ſymboli cur fiebat in Conciliis. p.1.c.16
Explicitè credere quid ſit. p.1.c.20
Explicitè credere articulos fidei, & memoriæ tenere debent fideles omnes. p.1.c.20
Explicitè ſcire plura tenentur, qui alios inſtruere debent. p.1.c.21.

F

F*Acta in quibus propriè non eſt hæreticorũ ritus.* p. 2. c. 75
Falſantes libros catholicos quomodo plectẽdi. p. 2. c. 17
Falſi teſtes & delatores eadem pœna puniuntur. p. 3. c. 48
Falſus teſtis quis dicatur, & quomodo puniendus. p. 3. c. 121
Fama de aliquo vbi quęrenda, & per quot teſtes probanda. p. 3. c. 19.
Fama vehemens, quę ſit, & quando ſola eſt ſufficiens ad torturam. p. 3. c. 110
Fama cum delicto orta, vel cum alijs indicijs eſt ſufficiens ad torturam. p. 3. c. 110
Familia armata cõpetit Inquiſitorib' et Epiſcopis. p. 3. c. 105
Familiares qui dicãtur, & an admittãtur in teſtes. p. 3. c. 119
Fatuos ſe fingentes. p. 3. c. 22
Fauere hęreticis quot modis quis poſsit. p. 2. c. 78
Fautores hęreticorum, quot & quibus indicijs cognoſcantur. p. 2. c. 78
Quomodo tractandi. p. 3. c. 172
Non ammittunt ius patrię poteſtatis. p. 3. c. 165
Sunt per ſententiam beneficijs priuandi. p. 3. c. 162
Fautorię vehementis exempla. p. 2. c. 83
Fidei obiectum formale quid. p. 1. c. 23
Fidei non poteſt ſubeſſe falſum. p. 1. c. 23
Fidei confeſsio neceſſaria eſt ad ſalutem. p. 1. c. 24
Fideles omnes tenentur explicitè credere, & memoria tenere articulos fidei. p. 1. c. 19
Fidem abnegans metu mortis vel alio metu, (niſi ſit perſona grauis) excuſatur ab hęreſi. p. 1. c. 24
Fidem abnegans verbis vel factis coactè, an cenſendus hęreticus, & quomodo audiendus. p. 1. c. 24
Fideiuſſor non debito tempore Reum conſignans; vel ſi Reus aufugiat, qua pœna ſit puniendus. p. 3. c. 130
Fidelium conuerſationem euitans deprehenditur hæreticus. p. 3. c. 24

Filię

Filiæ Principum quorum bona fuerint ob hæreſim proſcripta honorificè ſunt dotandæ. p. 2. c. 9
Filij decepti à parentibus quomodo excuſentur ab hæreſi. p. 1. c. 22
Filij, & nepotes relapſorum pœnitentium Curiæ ſæculari traditorum an ſint infames. p. 3. c. 164
Filij damnatorum ob contumaciam quomodo ſint inhabiles. p. 3. c. 164
Filij hæreticorum ab officijs, & beneficijs publicis repelluntur. p. 1. c. 4
Filij hæreticorum credentium, & fautorum ad quæ fiant inhabiles. p. 3. c. 163
Filijs hæreticorum catholicis, nec etiam legitima eſt relinquenda, & quomodo illis prouidendum. p. 2. c. 9
Filij parentes hæreticos deferẽtes nõ ſunt infames. p. 3. c. 164
Filij ſuſpectorum propter fautoriam, an ſint inhabiles. p. 3. c. 164
Filius tenetur patrem hæreticum denunciare, & quod præmium aſſequetur. p. 2. c. 15
Firmitas, & ſimplicitas neceſſariò requiruntur ad fidem. p. 2. c. 1
Fœmina poſt 12. annum abiurant. p. 3. c. 40
Forma abſoluendi ab excommunicatione. p. 3. c. 7
Frater pro & contra fratrem poteſt teſtimonium dicere. p. 2. c. 15
Forma iuramenti teſtium. p. 3. c. 20
Fraterna correctio quomodo fienda in crimine hæreſis. p. 2. c. 15
Fuga quid ſit, & quid operetur. p. 3. c. 35
Fugiens de carcere non habetur pro conuicto de hæreſi, & quomodo puniendus. p. 3. c. 35
Furore capti quomodo tractandi. p. 3. c. 22
Futura inquirere ab Ariolis, vel dæmonibus quomodo manifeſtam ſapiat hæreſim. p. 2. c. 68

G

GEnera diuinationum quot. par. 2. com. 58
Genera eorum quæ ad fidem pertinent quot ſint. p. 2. c. 1
Genera eorum, quæ à Papa determinantur. p. 2. c. 42
Generales, & Prouinciales amouere poſſunt Inquiſitores. p. 3. c. 58
Genera librorum de Religione tractantium. p. 3. c. 31
Gladium temporalem habet Papa, quo vti poteſt in Principes ſæculares. p. 1. c. 8
Gradus ſuſpicionum ex vetitorum librorum lectione quomodo notandi. p. 2. c. 3
Gradus varij propoſitionum in fide peccantium. p. 2. c. 28
Grauis infamia hæreſis quæ dicatur. p. 3. c. 38

H

HAbitus pœnitentialis quando inſtitutus, & cuius coloris. p. 3. c. 42
Hæreſes proferentes, per lubricum linguæ, vel ebrietatem, aut in ſomnis quomodo puniendi. p. 3. c. 17
Hęreſes ex quibus vitijs oriantur. p. 2. c. 1
Hęreſiarchę conuerti volentes, an ſint relaxandi brachio ſęculari. p. 2. c. 64. p. 1. c. 6
Hęreſiarchę deprauantes Principes an ſint recipiendi; & recepti quomodo tractandi. p. 2. c. 64
Hęreſis quid. p. 2. c. 27
Hęreſis & error non ſunt idem. p. 2. c. 28
Hęreſis patris liberat ſtatim fidelium à patria poteſtate. p. 3. c. 165.
Hęreſis ſuſpicio quomodo purganda. p. 2. c. 14
Hęreſis ſuſpicione notati Magiſtratus gerere non poſſunt. p. 2. c. 82.

Hęreſis

Hęreſis vehementia ſigna. p 2. c. 59 07. 68. 81. & 3. pa. c. 24
Hęreſim vnam abiurans, ſi in aliam incidat eſt relapſus. p. 2. c. 65
Hereticalia committentes metu mortis excuſantur ab hereſi, & quomodo tractandi. p. 1. c. 24. & p. 2. c. 75
Hęreticalia committentes alio metu, quàm mortis, qui excuſentur, & quomodo tractandi. p. 1. c. 24
Hęreticalia facta triplicia. p. 2. c. 59
Hęreticalia ſponte committentes quomodo puniendi. p. 2. c. 59
Si per iocum, quomodo, & per quem plectendi. p. 3. c. 17
Hęredes ſuſpectorum morientium, quando non ſint grauandi. p 3. c. 164
Hęretici reuocari poſſunt correctione fraterna. p. 2. c. 2
Hęretici qua notentur infamia; & à quo tempore; & à quo remitti poſsit. p. 1. c. 4
Poſt mortem excommunicati declarari poſſunt. p. 2. c. 4
A Christo Domino excommunicari cœperunt. p. 2. c. 11
Banniti & diffidati impunè occidi poſſunt. p. 3. c. 36
Cur & quomodo etiam poſt mortem iudicentur. p. 3. c. 170
Hæretici fingentes ſe fatuos quomodo obſeruandi. p. 3. c. 22
In errore perſeuerantes relinquendi ſunt brachio ſæculari. p. 2. c. 25
Inzabbattati qui, & vnde dicti. p. 2. c. 25
Pertinaces quomodo tractandi. p. 2. c. 65
Perpetui carceris pœnam qui euitent. p. 3. c. 142
Pœnitentes non recuperant bona. p. 3. c. 158
Poſſunt ab interlocutoria ſententia appellare, non a definitiua. p. 3. c. 31
Priuantur omni dominio. p. 3. c. 165
Qui in conſcientia Fiſco bona reſtituere non teneantur. p. 3. c. 158
Quo mortis genere afficiendi. p. 2. c. 65
Reuertentes, & eorum deſcendentes à quibus excludantur. p. 3. c. 8

Sunt ipſo iure beneficijs priuati. p.3. c. 162
Hæreticos receptans, & non reuelans quomodo ſuſpectus. p. 2. c. 81
Receptans, & defendens deprehenditur hæreticus. p.3 c.24
Hæreticorum complices intra annum ſatisfacere renuentes ipſo iure fiunt infames, & tanquam hæretici puniendi. p. 1. c. 4
Credentes quomodo dignoſcantur. p. 2. c. 75
Filij ab officijs, & beneficijs repelluntur. p. 1. c. 4
Furentium bona quomodo Fiſco applicanda. p. 3. c. 22
Imagines & ſtatuæ quando permittendæ. p. 2. c. 4
Libros tranſcribentes, imprimentes, & deferentes quomodo plectendi. p. 2. c. 17
Hæreticorum nomina quando ex libris delenda. p. 2. c. 4
Hæreticus amittit ſeruorum dominium, & ad Eccleſiæ gremium rediens illud non recuperat. p.3. c.168
Hæreticus manifeſtus quot modis quis dicatur. p. 2. c.58
Hæreticus poſt mortem in quot & quibus caſibus damnetur, quare, & quomodo. p. 3. c. 92
Hæreticus quis propriè dicatur. p. 2. c. 1. & 57
Abſolutus in foro conſcientiæ poteſt conueniri in foro iudiciali. p. 2. c. 25
An in cauſis fidei pro & contra fideles, vel hæreticos teſtificari poſſit. p. 3. c. 117
In furorem incidens quomodo tractandus. p. 3. c. 22
Prædicans contra fidem ob temporalia tantum commoda non excuſatur. p. 2. c. 37
Quot modis quis deprehendatur. p.3. c.24
Homo eſt dominus famę ſuæ. p. 3. c. 48

I

Idiota à ſapiente deceptus in fide excuſabitur in his quæ explicitè credere non tenetur. p. 1. c. 21

Idonea

Idonea ſatisfactio quæ. p. 3. c. 89
Ignobiles magis puniendi quàm nobiles in cauſis fidei. p. 2. c. 16
Ignorantia an excuſare poſſit. p 2. c. 80
Affectata, craſſa, & ſupina, eorum quę quis ſcire tenetur non excuſat. p. 1. c. 22
Inuincibilis quę ſit. p. 1. c. 22
Probabilis excuſat in his, quę quis ſcire nō tenetur. p. 1. c. 22
Illuſtres viri quomodo relaxandi. p. 3. c. 139
Imagines qui deleuit quomodo recipiendus. p 3. c. 7
Immurandi perpetuò cur degradandi. p. 3. c. 46
Impedire ſanctum Officiū, quot modis quis poſſit. p. 2. c. 79.
Impediens ſanctum Officium quomodo ſit de hæreſi ſuſpectus, quomodo abiurabit, & quibus ſit pœnis afficiendus. p. 2. c. 77. 79. 81. & p. 3. com. 24. 172
Impœnitentes quomodo monendi, admittendi, vel Curię ſæculari relaxandi. p. 3. c. 42
Impotentia qua remouentur Inquiſitores ab Officio, quę ſit. p. 3. c. 61
Imprimentes libros hęreticorum quomodo puniendi. p. 2. c. 17
Impuberes quomodo torqueri poſſint. p. 3. c. 39
Impunitas Reo non promittenda. p. 3. c. 23
Incendiarij Eccleſiarum quomodo recipiendi. p. 3. c. 7
Indicia grauia, & leuia quę ſint. p. 3. c. 110
Iactantis ſe pœna, Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 331. *Baiard. ad Clar. q.* 87. *n.* 22.
Indicium vehemens ſufficit ad torturam. p. 3. c. 110
Indicia indubitata quę ſint. p. 2. c. 80
Indicia vehementem ſuſpicionem afferentia. p. 2. c. 81
Infamia quotuplex, & quæ ſint eius ſpecies. p. 1. c. 4
Infamia iuris ipſo facto notantur hęretici, & complices renuentes intra annum ſatisfacere. p. 1. c. 4
Infamia iuris quot operetur effectus. p. 1. c. 4

Infa-

Infamia notari quando cœperint hæretici. p. 1. c. 4
A ſolo Romano Pontifice remittitur. p. 1. c. 4
Infamia grauis hæreſis, quæ. p. 3. c. 38
Quot, & quibus teſtibus probari poſsit. p. 2. c. 82
Infideles an admittantur in teſtes contra Chriſtianos. p. 2. c. 1. & 13.
Inimicitiæ capitalis cauſæ, & quid in eis obſeruandum. p. 3. c. 116
Inimicitia capitalis euacuat teſtis dictum in totũ. p. 3. c. 116
Inimicus capitalis non admittitur in teſtem in ſancto Officio. p. 3. c. 28
Iniquitas prætextu Officij commiſſa eſt cauſa remotionis Inquiſitorum. p. 3. c. 61
Innocentes abſolutoria ſententia pronunciandi. p. 3. c. 37
Iniurioſum verbum, & iniuriarum exempla. p. 3. c. 116
Inquiſitio quid, quotuplex, & an ad eam requiratur præcedens infamia. p. 3. c. 16
Inquiſitionis Officium competit Epiſcopis. p. 3. c. 32
Impediens deprehenditur hæreticus. p. 3. c. 74
Quando à Dominicanis ſublatum in Hyſpania. p. 3. c. 32
Inquiſitor 40. annorum eſſe debet. p. 3. c. 51
Amoueri poteſt à ſuo Generali, vel Prouinciali. p. 3. c. 58
An in cauſis fidei maiorem habeat iuriſdictionem, quàm Epiſcopus. p. 3. c. 45. 48. & 54. 154. 160
An audire poſſit Sacramentalem confeſsionem accedentiũ. p. 2. c. 25. p. 3. c. 12
An Epiſcopum requirere teneatur, cum hæreticos & c. dignitatibus priuat. p. 3. c. 162
An poſsit impunitatem Reo promittere, & promiſſam an debeat obſeruare. p. 3. c. 23
An poſsit teſtes cogere ad ſe confrontandum cum Reo. p. 3. c. 23. 48
An procedere poſsit contra appellantem in alia cauſa, & iudicare. p. 3. c. 33

Com-

Comparentes non debet audire in foro pœnitẽtiali. p. 3. c. 1 2
Cur familiam armatam habeat. p. 3. c. 105
Cur peritos aduocare poſſit. p. 3. c. 126
Delegatus Iudex eſt non ordinarius. p. 3. c. 53
Eius officium non ſpirat mortuo Papa. p. 3. c. 56
Excommunicari nequit, nec eius Officiales. p. 3. c. 70
Filijs hæreticorum pauperibus relictis prouidere debet. p. 2. c. 9
Inquiſitor Indulgentiam concedere poteſt; & quibus. p. 3. c. 41. 176
In quas perſonas ius non habeat. p. 2. c. 8
Laicos poteſt ipſe ſolus officijs, & dignitatibus priuare, nõ autem Eccleſiaſticos ſine Epiſcopo. p. 3. c. 8
Magiſtratus compellere poteſt ad brachium ſibi præſtandum. p. 3. c. 106
Nomina teſtium publicare non debet. p. 3. c. 125
Non cogitur Peritorum conſilium ſequi, tutius tamen eſt ſi ſequatur. p. 3. c. 127
Non debet cum Reis diſputare. p. 3. c. 22
Non impediens hæreticalium dogmatum prædicationem, & alia quædam, hæreticus eſt cenſendus, quare, & qua pœna puniatur. p. 2. c. 2
Non poteſt ſolus confrontationem ſtatuere p. 3. c. 48
Non poteſt procedere contra Sedis Apoſtolicę Nuncios, & officiales. p. 3. c. 75
Neque contra Epiſcopos, & alios Inquiſitores. p. 3. c. 76
Non ſe lapſis ante definitiuam ſententiam Bona condonare poteſt. p. 2. c. 9
Non poteſt Reos torquere ſine Epiſcopo, & è conuerſo. p. 3. c. 39
Poteſt dicere Reo ſe delictum eius iam nouiſſe. p. 3. c. 22
Poteſt Iudicem laicum compellere ad ſtatim exequendum contra Reum ſibi relictum. p. 3. c. 85
Poteſt pœnas iniungere pecuniarias. p. 3. c. 12. 152

Poteſt procedere contra ſepelientes hæreticos in Eccleſia. p. 3. c. 89
Poſt quantum temporis ſpatium poſſit in carcere perpetuo, & irremiſſibile diſpenſare. p. 3. c. 108
Procedere poteſt contra dubitantes imperfecta adhæſione. p. 2. c. 1
Procedere poteſt contra hæreticos defunctos, & eorum credentes. p. 3. c. 92
Proprium carcerem habere poteſt. p. 3. c. 107
Quando ammoueri poſſit. p. 3. c. 59
Quando concedere debeat Aduocatum à Reo petitum. p. 3. c. 30
Quando poſſit plures Vicarios, & Commiſſarios conſtituere. p. 2. c. 63
Quæ dona, & a quibus recipere poſſit. p. 3. c. 153
Quas pœnas remittere poſſit. p. 3. c. 23
Quare procedere nequeat contra fautores &c. hæreticorum defunctos. p. 3. c. 92
Quid agere debeat cum primum Prouinciam ingreſſus fuerit, & quare. p. 3. c. 1
Quibus de cauſis priuari poſſit. p. 3. c. 61
Quid cauere inter examinandum, & quomodo ſe gerere debeat cum Reis. p. 3. c. 18
Quid facere debeat ſi in pronuncianda ſententia ab Epiſcopo diſcordet. p 3. c. 99
Quos ab excommunicatione abſoluere poſſit. p. 3. c. 141. 174
Quoties carceres viſitare, & de quibus cum carceratis loqui debeat. p. 3. c. 108
Redeuntibus multa condonare poteſt. p. 3. c. 7
Religioſos Notarios creare poteſt, quidque in hoc obſeruare debeat. p. 3. c. 67
Secretum cuſtodire tenetur, & reuelans peccat. p. 3. c. 132
Sine euidenti neceſſitate teſtium nomina publicare non debet. p. 3. c. 125

Solus an poſſit Reorum capturam decernere. p. 3. c. 17

Inquiſitor pœnam augere, vel minuere poteſt etſi facultatem ſibi non reſeruat. p. 3. c. 44

Recuſari poteſt, quibus de cauſis, & quid eo caſu agendum. p. 3. c. 30

Solus deponit Vicarium ſuum. p. 3. c. 66

Solus poteſt abiurationem, & pœnitentiam imponere, & abſolutoriam pro Reo ſententiam promulgare. p. 3. c. 97

Solus quando poſſit Reum in duriorem carcerem trudere. p. 3. c. 107

Solus purgationem canonicam indicere poteſt. p. 3. c. 38

Statuta dubia in hæreticos lata interpretari poteſt, & edicta ſtatuere etiam ſolus. p. 2. c. 8. & p. 3. c. 135

Teſtes euocare poteſt. p. 3. c. 123

Teſtium nomina publicare non debet. p. 3. c. 125

Torquere Reos non poteſt ſine Epiſcopo, nec è contra. p. 3. c. 39

Torquere teſtes ſolus quando poſſit. p. 3. c. 122

Vitam, & mores teſtium, & denunciantium inquirere debet.

Inquiſitores quo tempore, & quare inſtituti. p. 3. c. 32

Actionem fidei celebraturi prædicatores ſilere iubent. p. 3. c. 86.

An cognoſcere poſſint vtrum ſortilegia hæreſim ſapiant. p. 2. c. 67

Abſoluere poſſunt à cenſuris, diſpenſare ſuper irregularitate, & vota commutare. Innocentij IV. Bulla 17. & Clement. VII. p. 3. c. 72

Inquiſitores abſoluere poſſunt pertinaces in excommunicatione per annum. p. 3. c. 174

Cogere poſſunt habentes inſtrumenta ad Inquiſitionem ſpectantia. p. 3. c. 88

Cur Epiſcopis rationem non reddant de acceptis titulo expenſarum. p. 3. c. 154

Diſ-

Diſpenſant in carcere. p.2. c. 72 & p 3. c. 145
Diſpenſat ſuper irregularitate, & mutuò ſecum, & cum redeuntibus. p.3. c.72. & 175
Duo Inquiſitores cur non debeant diſtinctos proceſſus facere contra abſentem. p. 3. c. 91
Errantes non excuſantur Peritorum ſuffragijs. p.3. c.127
Expenſas ab Inquiſitis exigere poſſunt. p. 3. c. 153
Facultatem legendi libros vetitos concedere poſſunt, & quos libros. p. 2. c. 3
Indulgentias concedere poſſunt. p. 3. c.176
Initio officij prædicare, & poſt quid agere debent. p.3. c. 50
In quibus teneantur obedire Prælatis ſui ordinis. p.3. c.60
Interrogare non debent Confeſſarium de geſtis in confeſſione. p.2. c. 25
Non incurrunt excommunicationem. p.3. c.71
Præmouere teſtes de quibus debeant. p. 3. c. 17
Procedere poſſunt contra delatos alio ſe transferentes, & contra abſentes. p. 3. c. 91
Et contra exemptos. p. 3. c. 77
Et contra leuiter ſuſpectos. p. 2. c. 12
Et contra Reges quomodo procedere debent. p.3. c. 80
Quando ſuperſedere debeant ob defectum probationum. p. 3. c. 92.
Quid facere debent quando liber damnatus eis defertur. p. 2. c. 3.
Et ad irregularitatem vitandam. p. 2. c. 20
Quid obſeruare debent circa ſuſpectos. p. 2. c. 81
Inquiſitores procedere non poſſunt contra habentem Inquiſitorem à Papa. p. 3. c. 95
Procedere poſſunt in eadem Prouincia plures, ſimul & ſeiunctim. p. 3. c. 95
Quam Indulgentiam conſequantur. p. 3. c.179
Quid agere teneantur creſcente hæreticorum numero. p. 3. c. 80.

Quomodo poſſint aliquem pro hæretico declarare. p.2.c.8
Quomodo ipſi puniendi. p.3.c.61
Sententias pronunciare poſſunt per alios. p.3.c.40
Theologi potius eſſe debent, quam iuriſtæ. p.3.c.50
Tormenta noua excogitare non poſſunt. p.3.c.39
Vicarijs quid committere poſſint. p.3.c.10.64
Inquiſitor, & Epiſcopus diſpenſant in carcere perpetuò. p.3.c.145.
Sunt legitimi monitores. p.1.c.26
Inquiſitores quando in cauſis ſuperſedere debeant ob probationum defectum. p.3.c.170
Plura explicitè ſcire tenentur quàm alij. p.1.c.21
Poſſunt libros prohibitos legere. p.2.c.3
Inquiſitorum partes in teſtibus examinandis quales eſſe debeant. p.3.c.20
Inquiſitoribus prouidendum, & à quibus. p.3.c.157
In Inquiſitoribus hæreticos examinantibus, quæ requirantur. p.3.c.20.
Inquiſitione cœpta non eſt audiendus Reus abſolui petens in foro interiori. p.2.c.25. p.3.com.12
In ſacra Scriptura quæ de Patre dicuntur, quomodo de Filio, & Spiritu ſancto intelligi debeant. p.1.c.5
Inſaniam fingentes quomodo tractandi. p.3.c.22
Intercedere pro hæreticis quomodo liceat. p.2.c.20
Interfector Catholicorum quomodo recipiendus. p.3.c.7
Inuocatio dæmonum à quibus, & quo tempore cœperit. p.2.c.63.
Inuocantes dæmones ſubduntur Inquiſitoribus. p.2.c.53
Curioſitate, vel alio affectu, quomodo ſuſpecti. p.2.c.68
Poſt abiurationem, an relapſi. p.3.c.26
Irregularis fit, qui dictis vel factis cauſam dat, vt ad ſupplicium tractus celerius moriatur. p.3.c.45
Iudæi admittuntur in teſtes contra Chriſtianos. p.2.c.13
An per ſolum Epiſcopum puniendi. p.2.c.69

Quando Eccleſiaſticis Iudicibus ſupponantur, & quibus ſint afficiendi pœnis quum Chriſtianos ad Iudaiſmum inducunt. p. 2. c. 10. 69. & 71
Quomodo iurabunt de veritate dicenda. p. 2. c. 13
Iudæi & infideles hæreticos receptantes puniendi. p. 2. c. 76
Iudæis, & infidelibus interdicendum ne libros vetitos retineant, & qua pœna coercendi transgreſſores. p. 2. c. 8
Iudæus baptizatus nomen Iudaicum retinens eſt ſuſpectus. p. 2. c. 69.
Iudæus quomodo abiurare debeat. p. 2. c. 71
Iudæorum ritus cur toleret Eccleſia. p. 2. c. 71
Iudæorum Teuilà quid ſit. p. 2. c. 69
Iudex ſecularis non poteſt pœnam vltimi ſupplicij infligere rebaptizantibus, & rebaptizatis doloſè. p. 1. c. 13
Punire debet ſibi relictum ſine reuiſione proceſſus, & quantum differre poſſit. p. 3. c. 85
Punire poteſt delinquentes in delictis mixti fori. p. 1. c. 13
Iudex ſimpliciter, & de plano procedens à quibus eximatur. p. 3. c. 103.
Iudex appellationi deferens quando iuriſdictionem ammittit. p. 3. c. 31.
Iudices fidei cur Reos torquere debent. p. 3. c. 110
Cur ſtatuta in hæreticos interpretari poſſint. p. 3. c. 134
Iudices ſeculares compelli poſſunt ad exequendam bonorum confiſcationem. p. 3. c. 159
Iudicis ſæcularis præſentia quomodo neceſſaria ad ferendam contra hæreticos ſententiam. p. 3. c. 48
Iudicij ſubſtantialia quæ dicantur. p. 3. c. 104
Iuramentum hæretico præſtitum de non reuelando, non eum excuſat, qui denunciare debebat. p. 2. c. 18
Iuramentum iuxta Iudicis mentem præſtandum eſt. p. 3. c. 20
Iuramentum quando, & à quibus exigendum. p. 3. c. 7
Iuramentum teſtium. p. 3. c. 20
Iurare recuſans contrahit hæreſis ſuſpicionem. p. 3. c. 90

Iuriſdictio Epiſcopi, & Inquiſitoris in libris prohibendis quan ta ſit. p. 2. c. 52
Iuriſdictio Inquiſitoris in cauſis fidei an maior ſit iuriſdictione Epiſcopi. p. 3. c. 54
Iuriſdictionem temporalem poteſt Papa in ſæculares Principes exercere. p. 1. c. 8
Iuriſperiti quando tenentur ſequi ſuffragia Theologorum. p. 3. c. 127.
Iuuenes delinquentes an ſint puniendi. p. 1. c. 13

L

LAici non poſſent diſputare de fide. p. 1. c. 6. 25
Laici prædicare non poſſunt. p. 2. com. 11
Lamiæ an corporaliter deferantur. p. 2. c. 68
Leuia ſigna in bonam partem interpretanda. p. 2. c. 80
Leuis ſuſpicio quæ. p. 2. c. 80
Lex conſiderat quæ plerumque accidere ſolent. p. 3. c. 108
Lex Euangelica quare non fuit abinit o literis exarata. p. 1. c. 14.
Libri apochryphi qui ſint. p. 2. c. 48
Auctoris damnati ſtatim ſunt prohibiti. p. 2. c. 3
Auctoris incerti non permittendi. p. 1. c. 22
Libri prohibiti, & qui prohiberi poſſunt. p. 2. c. 52
Librorum genera de Religione tractantium. p. 2. c. 48
Librorum prohibitio quos afficiat. p. 2. c. 3
Libros hæreticorum tranſcribentes, imprimentes, & deferen tes, catholicosque falſantes, qua pœna plectendi. p. 2. c. 17
Libros vetitos comburere quibus liceat. p. 2. c. 3
Libros vetitos retinens ſub anathemate interdictos, an ſit de hæreſi ſuſpectus, & hæreticorum fautor dici poſſit. p. 2. c. 3.
Licentiam legendi libros vetitos quomodo concedere poſſint Inquiſitores. p. 2. c. 3

Locus,

Locus, & tempus delicti, quomodo publicanda Reo. p. 3. c. 14
Lubrico lingua hæreticalia proferentes. p. 3. c. 17

M

Magia quid ſit, & quotuplex. p. 3. c. 26
Magi poſt abiurationem de vehementi dæmones inuocantes, an ſint relapſi. p. 3. c. 26
Magorum ſcelera qualia. p. 3. c. 26
Magiſtratus ad quæ obligetur in cauſa hæreſis. p. 2. c. 78
Magiſtratus ex ſola omiſſione fautores hæreticorum dicuntur. p. 2. c. 78
Magiſtratus hæreticis fauentes quibus plectantur pœnis, & quid obſeruandum in eis puniendis. p. 2. c. 78
Magiſtratus renuentes iurare quod ſeruabunt ſtatuta contra hæreticos lata quomodo puniendi. p. 3. c. 5
Mandata quæ iuſta, & quomodo iniungenda. p. 3. c. 7
Magiſtratus Inquiſitoribus inobedientes quibus plectendi pœnis. p. 3. c. 6
Manifeſtam hæreſis quæ ſapiant. p. 2. c. 67
Maritus ad pœnam carceratus cum vxore habitare poteſt. p. 3. c. 108.
Maſculi poſt 14. annum abiurant. p. 3. c. 40
Mendacia officioſa quare non admittantur in ſacra Scriptura. in fine c.
Mendacium quando ſit mortale. p. 3. c. 48
Metus an excuſet ab hæreſi. p. 1. c. 24
Metus quos excuſet à denunciando. p. 2. c. 78
Minor ætate abiurationi debita quomodo tractandus. p. 3. c. 40.
Mitius punitus de hæreſi ob teneram ætatem non eſt de eodem delicto puniendus quum maior effectus fuerit. p. 1. c. 13
Modus examinandi hæreticos: in Bulla Martini V.

Modus procedendi in Reorum captura, & quando ommitti poſſit. p. 3. c. 108
Modi procedendi in crimine hæreſis quot. p. 3. c. 13
Modi purgandi ſuſpicionem hæreſis. p. 2. com. 14. & 75
Modus dubitandi circa credibilia. p. 2. c. 1
Monitores errantium legitimi qui ſint. p. 1. c. 26
Mores, & vita teſtium, & delatorum ſunt inquirendi. p. 3. c. 124.
Mortis ſuppliciū an ob fictam inſaniam ſit differēdū. p 3. c. 22
Mulier pregnans torqueri non poteſt. p. 3. c. 39
Mulieri coniugatæ qui perpetuus carcer ſit aſſignandus. p. 3. c. 142.

N

NEgatiuus an ſit; qui conuictus eſt non reuelaſſe omnia. par. 2. com. 59.
Negatiuus quomodo tractandus antequam condemnetur. p. 3. com. 32. 48.
Negligentia eſt cauſa remotionis Inquiſitorum, & quænam ea ſit. p. 3. c. 61
Neophytus poſt Baptiſmum vtens antiquo nomine, ſuſpectus eſt. p. 3. c. 25
Nobiles an mitius puniendi quam ignobiles. p. 2. com. 16
Nomina teſtium, & denunciantium non ſunt publicanda. p. 3. c. 124.
Nomina hæreticorum quando ex libris delenda. p. 2. c 4
Nomina teſtium quomodo peritis publicanda. p. 3. c. 128
Non punitus de hæreſi propter teneram ætatem non eſt de eodem delicto puniendus quum maior effectus fuerit. p. 1. c. 13.
Non reuelans hæreticos quomodo ſuſpectus. p. 2. c. 81
Notario quæ, & quanta fides adhibenda. p. 3. c. 20 & 170
Nuntij Apoſtolicæ Sedis qui ſint. p. 3. c. 75
Nuptias ſecundas contrahens priore viuente vxore. p. 2 c. 81
Nominis mutatio. Menoch. de arbitr. caſu 318.

O

Obligati hæreticis liberantur ob hęreſim. p. 3. c. 168
Obliuio quanto tempore inducitur. p. 2. c. 59
Obſeruanda ab Inquiſitoribus quum Religioſos Notarios creant. p. 3. c. 67
Obſeruanda cum non adimplentibus pœnitentias. p. 3. c. 146
Et cum Reo negatiuo antequam condemnetur. p. 3. c. 48
Obſtatiua ſingularitas quæ ſit. p. 3. c. 121
Occidens ſe in carcere quomodo puniendus. p. 3. c. 92
Officiales Inquiſitorum excommunicari nequeunt. p. 3. c. 70
Et lucrantur Indulgentias. p. 3. c. 177
Et quas. p. 3. c. 179
Officiales arma deferre poſſunt. p. 3. c. 105
Officium Inquiſitorum non ſpirat mortuo Papa. p. 3. c. 56
Officium publicum quodnam ſit. p. 3. c. 8
Opinio, quæ ſequenda circa nondum definita ab Eccleſia. p. 2. c. 1.
Ordo ſeruandus in appellationibus. p. 3. c. 32
Et in Reorum captura. p. 3. c. 17. & 108.
Et in Reis examinandis. p. 3. c. 18
Originale peccatum non dimittitur ſine actuali in adultis, dormientibus, & amentibus. p. 1. c. 11.
Et remittitur paruulis in baptiſmo, ſine illorum conſenſu. p. 1. com. 11.
Origo ſuſpicionem parit. p. 3. c. 18

P

PAPA definiens maturo conſilio aliquid ad fidem ſpectare, illud erit de fide. p. 2. c. 27
An poſſit in hæreſim incidere. p. 3. c. 74
Habet gladium temporalem, quo vti poteſt in Principes ſæculares. p. 1. c. 8

Non

Non ſemper reſpondet definiendo. p. 2. c. 42
Nullus inuentus fuit erraſſe definiendo, ea, quę ſunt de fide. p. 2 c. 42
Non poteſt errare in Canonizatione Sanctorum. p. 2. c. 42
Solus hęreticis infamiam remittere poteſt. p. 1. c. 4
Solus nouas Religiones, inducere, & confirmare poteſt. p. 2. c. 41.
Statuta prædeceſſorum, quæ reuocare poſſit p. 2. c. 42
Papæ decretum de fide non poteſt ab alio reuocari. p. 2. c. 42
Parochis committendum, vt inquirant, an pœnitentes pœnitentias adimpleant. p. 3. c. 109
Paruuli abſque vſu rationis ſunt baptizandi. p. 1. c. 11
Paruuli decedentes ſine baptiſmo, an crucientur pœna ignis. p. 1. c. 11
Paruulis ſine eorum conſenſu remittitur in baptiſmo originale peccatum. p. 1. c. 11
Patrocinari pro hęreticis quomodo liceat. p. 2. c. 10
Paulus Apoſtolus verè D. Petrum reprehendit. p. 2. c. 42
Periti, cur, & quoties ab Inquiſitore ſint aduocādi. p. 3. c. 126
Quando Theologorum ſuffragia ſequi debeant. p. 3. c. 127
Peritorum conſilia conſultiua tantum ſunt. p. 3. c. 127
Peritorum nomine qui intelligantur. p. 3. c. 61
Periuri admittuntur in cauſis fidei, & quando repellantur. p. 3. c. 114.
Periuri teſtes quando fidem faciant. p. 3. c. 113
Periuris vt fides habeatur quid obſeruandum. p. 3. c. 114
Perpetuo carceri qui damnandi. p. 3. c. 46
Perſiſtens in excommunicatione per annum fit de hæreſi ſuſpectus. p. 2. c. 16
Perſonarum ratio habenda in conuicijs. p. 3. c. 114
Pertinax quis dicatur. p. 2. c. 57
Pertinaces quomodo tractandi. p. 2. c. 65
Petens hæreticos conſolatores ſanæ mentis exiſtens deprehenditur hæreticus. p. 3. c. 24

Plębei non ſunt de ſubtilitatibus fidei examinandi. p. 1. c. 22
Pœna fautorum, receptatorum, & defenſorum hæretico-rum. p. 2. c. 77
Pœnæ Magiſtratibus imponendæ. p. 3. c. 6
Pœnæ augendæ, & minuendæ cauſa. p. 3. c. 44. & 127
Pœna Iudicis torquentis indebitè. Menoch. de arb. caſu 340.
Pœna adferentium opem conſilium delinquentibus. Menoc. caſu 349. 351.
Pœna mandantis delictum. Menoch. caſu 352. 353.
Pœna cognoſcentis mulierẽ carceratam. Menoch. caſu 292.
Pœna perpetui carceris quando remittenda. p. 3. c. 46
Pœna corrumpentium teſtes. p. 3. c. 122
Pœna ſortilegorum. p. 2. c. 67
Pœna inhabilitationis quomodo intelligatur. p. 3. c. 164
Pœnæ Iudæis imponendæ. p. 2. c. 69
Pœna minuentia in hæreticalibus per iocũ prolatis. p. 3. c. 17
Pœnæ recitantium hæreticalia per iocum. p. 3. c. 17. 152
Pœnæ remiſſibiles ab Inquiſitoribus. p. 3. c. 23
Pœna publicè diſputantis de fide in malum finem. p. 1. c. 6
Pœna Conſultorum reuelantium ſecreta. p. 3. c. 129
Pœna Sacerdotum rebaptizantium. p. 1. c. 13
Pœna blaſphemantium hæreticaliter. p. 2. c. 66
Pœnam carceris perpetui euitantes. p. 3. c. 142
Pœna fugientis è carcere. p. 3. c. 35. 146
Pœna pecuniaria quibus iniungenda. p. 3. c. 152
Pœna priuationis officiorum an locum habeat in pęnitenti-bus, & conuerſis. p. 3. c. 162
Pœna retinentis libros vetitos. p. 2. c. 3
Pęnitentiam us, ponitur in ſententijs, & non punimus, & quare. p. 3. c. 40
Pœnitentias non adimplentes cur Inquiſitoribus ſubiecti re-maneant. p. 3. c. 146
Pœnitentias adimplentes coram Iudicibus laicis conueniri poſſunt. p. 3. c. 146
Pon-

Pontifices in his quæ non ſunt fidei, poſſunt diuerſa ſtatuere. p. 2. c. 42.
Poſteriori an priori dicto ſtandum in crimine hæreſis. p. 2. c. 15. & p. 3. c. 114.
Prædicare non poſſunt laici. p. 2. c. 11
Præcepta affirmatiua, & negatiua quomodo obligent. p. 1. c. 24.
Prægnantes torqueri nequeunt. p. 3. c. 39
Prælatus Inquiſitoris an poſſit illum deponere. p. 3. c. 66
Præmium aſſequitur filius patrem hæreticum denuncians. p. 2. c. 15.
Præſentia Iudicis ſæcularis quomodo neceſſaria ad ferendum contra hæreticos ſententiam. p. 3. c. 68
Presbyteris, Clericis, & Religioſis licet de fide publicè diſputare. p. 1. c. 6
Præſumi an poſſit contra Reum negantem. p. 3. c. 48
Præſumptio quotuplex, & vnde oriatur. p. 2. c. 80
Præſumptio & ſuſpicio pro eodem accipiuntur. p. 2. c. 80
Præſumptio violenta ſufficit ad aliquem damnandum pœna criminis ordinaria. p. 2. c. 80
Et an admittat probationem in contrarium. p. 2. c. 80
Priuilegia Inquiſitorum quando ſint Epiſcopis communia. p. 3. c. 105.
Priuilegia Inquiſitorum ſupra Epiſcopos an competant eorũ Vicariјs. p. 3. c. 54
Priuilegiati torqueri poſſunt in crimine hęreſis. p. 3. c. 39
Prima veritas quæ ſit. p. 1. c. 23
Principes ſæculares poſſunt pœnas in hæreticos augere, & in vſum reuocare. p. 3. c. 135
Priuandi ſepultura qui ſint. p. 3. c. 89
Probationes contra defunctum quales eſſe debent. p. 3. c. 92
Proceſſus communicatio inter Epiſcopum, & Inquiſitorem fieri debet. p. 3. c. 100
Et ante torturam. p. 3. c. 102

Proceſſus cur Peritis integrè explicandus. p. 3. c. 128
Procurator non admittitur in criminalibus. p. 3. c. 36
Procuratores quando Reis concedendi. p. 3. c. 28
Proponens concluſionem de fide ſub dubitatione quomodo ſit laude dignus. p. 2. c. 1
Propoſitio quot modis dicatur hæretica. p. 1. c. 22
Propoſitionum in fide peccantium varij gradus expoſiti ſunt in fine tertiæ partis. p. 2. c. 28
Proprium aliquid an habuerit Chriſtus Dominus. p. 2. c. 42
Prouinciales amouere poſſunt Inquiſitores. p. 3. c. 58
Quando. p. 3. c. 59
Quibus de cauſis. p. 3. c. 61
Proteſtatio denunciantis, aut accuſantis non iuuat. p. 3. c. 14
Proteſtatio quid ſit, an iuuet necne. p. 1. c. 26
Publicè dici quid ſit. p. 3. c. 19
Publicè diſputantes de fide in malum finem qua pœna puniendi. p. 1. c. 6
Publicum officium quodnam ſit. p. 3. c. 8
Pueri hæreticalia proferentes excuſantur. p. 3. c. 17
Pueri doli capaces in crimine hæreſis mitius puniendi. p. 1. c. 13.
Pueris, & puellis hæreticorum pauperibus prouidere debent Inquiſitores. p. 2 c. 9
Puniendi magis ignobiles quàm nobiles in cauſis fidei. p. 2. c. 16.
Punitio delinquentis in quem dirigatur finem. p. 3. c. 22
Punitio quando differenda. p. 3. c. 22
Purgans ſe de hęreſi, & abiurans de vehementi quomodo differant. p. 3. c. 38
Purgans ſe de hęreſi, & in aliam atque aliam incidens an ſit relapſus. p. 3. c. 38
Purgatio canonica quid ſit, & quando indici poſſit. p. 2. c. 14
Purgatus canonicè de hęreſi remanet inhabilis. p. 3. c. 39
In quibus nunc ſit abolita, & à quibus indici poſſit. p. 3 c. 38

Q

QVę Paſtores Eccleſiæ in Concilio legitimo congregati docent ad fidem ſpectare, ſunt de fide. p.2.c.27
Quæ neceſſariò requirantur ad fidem. p.2.c.1
Quæ requirantur ad conſtituendam hęreſim. p.2.c.1
Quibus imponendum vt inquirant, an pœnitentes pœnitentias adimpleant. p.3.c.108
Qui dicantur ſpontè venire. p.2.c.25.& 65
Qui teneantur hęreticos reuocare, & denunciare. p.2.c.2
Quomodo quis deprehendatur hæreticus ex dictis, & factis. p.3.c.24.
Quoties in anno anathematizabantur hęretici. p.2.c.22
Quot modis quis deprehendatur hęreticus. p.3.c.24
Quot requirantur ad hoc vt quis propriè dicatur hæreticus. p.2.c.57.

R

RAtio perſonarum habenda eſt in conuitijs. p.3.c.116
Rebaptizans, & rebaptizatus doloſè, ſi pœnituerint, ſunt ad miſericordiam recipiendi. p.1.c.13
Rebaptizantes qua pęna puniendi. p.1.c.13
Rebaptizare malitioſè eſt in fide errare, & crimen mere Eccleſiaſticum. p.1.c.13
Receptator hæreticorum an quis dicatur ex vno actu. p.2.c.76.
Receptatores hæreticorum an excuſentur ignorantia. p.2.c.76.
Per ſententiam ſunt beneficijs priuandi. p.3.c.155
Quibus plectendi pœnis. p.2.c.76
Qui verè dicantur. p.2.c.76
Quomodo abiurabunt. p.2.c.76
Receptantes conſanguineos, & amicos hęreticos quomodo puniendi. p.2.c.81

Receptantes ſcienter hæreticos quomodo ſuſpecti. p. 2. c. 81
Recidens in hęreſim, vel vehementem eius ſuſpicionem, de quibus ſe purgauit per abiurationem, quare punietur, vt relapſus. p. 3. c. 38
Recitari an poſſint hęreſes ſine dolo. p. 3. c. 17
Recitantes doloſè hęreſes quomodo puniendi. p. 3. c. 17
Recuſans iurare contrahit hęreſis ſuſpicionem. p. 3. c. 90
Recuſari poteſt Inquiſitor, & quibus de cauſis. p. 3. c. 30
Recuſatio quid ſit. p. 3. c. 30
Redeuntium qualitates &c. conſiderandę. p. 3. c. 140
Rei appellantes quomodo tractandi. p. 3. c. 31
Bis torti, & delictum negantes ſunt abſoluendi. p. 3. c. 39
Confeſſi delictum in tortura, & in ratificatione negantes, quomodo, & quoties retorqueri poſſint. p. 3. c. 39
De carcere ad carcerem quare non ſint transferendi. p. 3. c. 108.
De origine ſua interrogandi. p. 3. c. 18
Eorum captura quomodo fieri debet. p. 3. c. 17
Fingentes ſe fatuos quomodo obſeruandi. p. 3. c. 22
Interrogandi non ſunt de ijs, de quibus non ſunt delati. p. 3. c. 18.
Qualiter interrogandi pro confeſſione ratificanda p. 3. c 39
Quomodo examinandi. p. 3. c. 18
Torqueri poſſunt ſi vnius teſtis dicto, & fama vrgeantur; vel fama cum indicijs, vel ſolis indicijs. p. 3. c. 110
Reiudaizantes quibus ſignis dignoſcantur. p. 3. c. 25
Reo confeſſo dandę defenſiones ſunt, & aduocatus. p. 3. c. 28
Reo docto quando præcipiendum, vt fidem publicè laudet. p. 2. c. 14.
Reo moriente interminata cauſa, quid agendum. p. 3. c. 92
Reus citatus ab Epiſcopo, & Inquiſitore coram quo comparere debeat. p. 3. c. 54
Reus an audiendus ab Inquiſitore in foro ſacramentali. p. 3. c. 12.

Ini-

Inimicorum nomina & cauſas recenſere debet. p.3.c.29
Qui relaxandus. & quando. p. 3.c.139
Quomodo relaxandus ſi fideiuſſorẽ non inueniat. p.3.c.139
Tormentum ſuperans quomodo tractandus. p.2.c.14
Reus relaxandus in Eccleſia, & non alibi. p.3.c.45
Relapſi primò qua occaſione poſſint ſęculari brachio relaxari. p 2.c 83.
Relapſis conuerſis brachio ſęculari relaxatis qua ſacramenta concedantur. p.3.c.149
Relapſos cur Eccleſia non recipiat. p.2.c.83.p.3.c.148
Relapſorum ſpecies quot, & quæ. p.2.c.83
Relapſus quis dicatur. p.2.c.81.83.& p.3 c.24.26.38.40
Relapſus in hęreſim quam abiurauerat deprehenditur hęreticus. p.3.c.24.26
Relapſus ſpontè veniens quomodo recipiendus. p.3.c.12
Relaxantes aliquem brachio ſęculari quid agere debeant. p.2.c.20.
Relaxatus curię ſæculari non eſt amplius ad pœnitentiam recipiendus. p.2.c.36
Religiones nouas inducere, & confirmare ſolus poteſt Summus Pontifex. p.2.c.41
Religioſi à quibus habilitandi ad beneficia, & dignitates. p.3.c.162.
Religioſi errantes in his, quæ ſunt fidei, grauius puniendi, quam laici, ſuſpendendi ab ordinibus. p.1.com.24. & p.3.c.162.
Religioſi in Sacris conſtituti matrimonium contrahentes ſunt de hęreſi ſuſpecti. p.2.c.74
Torqueri poſſunt, ſed mitius. p.3.c.110
Religioſi vltra mare degentes quomodo ſuſpecti de hęreſi. p.2.c.81.
Remedia ad excludendam hęreſis ſuſpicionem opportuna. p.3.c.72.
Remiſſio accuſantis, aut denunciantis nihil valet. p.3.c.14

Remiſsio Reorum quibus impediatur. p. 3. c. 33
Quorum expenſis fiet. p. 3. c. 32
Remittendi an ſint Rei ad Iudicem loci in quo deliquerunt, & quomodo. p. 3. c. 33
Remo tradendus an actualiter degradandus. p. 3. c. 46
Requiſita ad hoc vt quis proprie dicatur hęreticus. p. 2. c. 57
Requiſita in Inquiſitoribus hæreticos examinantibus. p. 3. c. 21
Reſpondens fraudulenter interrogationibus de fide malè ſentire præſumitur. p. 3. c. 22
Reſponſiones cauilloſæ quomodo vitandæ. p. 3. c. 22
Reſponſiones obſcuras reddens eas declarare cogatur. p. 3. c. 22.
Reſtituere bona Fiſco qui teneantur. p. 3. c. 158
Retinens libros vetitos quomodo ſuſpectus, & quæ ſit eius pœna. p. 2. c. 3
Reuertentes ab hæreſi an ſint ad Religionem admittendi, & quomodo tractandi. p. 2. c. 65
Reus cum ſemiplena vrgetur probatione, vel talibus indicijs vt abſolui non poſſit, quomodo tractandus. p. 3. c. 39
Reus ſufficienter tortus, liberandus; nec ad abiurationem compellendus. p. 2. c. 14. & p. 3. c. 39
Ritus hęreticorum quibus factis non ineſt. p. 2. c. 55
Ritus Iudæorum cur toleret Eccleſia. p. 2. c. 71
Ritus ſeruandi in purgatione canonica. p. 3. c. 38
Rudes non ſunt examinandi de ſubtilitatibus fidei. p. 1. c. 22

S

Sacerdos immurandus prius actualiter degradandus eſt. p. 3. c 46.
Sacerdos rebaptizans quomodo puniendus. p. 1. c. 13
Sacerdotes quomodo puniendi. p. 3. c. 78
Sacramenta conceduntur relapſis conuerſis brachio ſęculari relaxatis. p. 3. c. 149

Sacramentales ſpecies in ſtomachum deſcendunt ſine detrimento dignitatis Chriſti. p. 1. c. 15

Sacramenta, vel ſacramentalia ſortilegijs admiſcentes, cur ſuſpecti de hæreſi. p. 2 c. 67

Sacramentum à Brutis ſumi poteſt, ſed non ſacramentaliter. p. 1. c. 15

Senes & pueri hęreticalia proferentes excuſantur p. 3. c. 18

Senes quomodo torqueri poſſint. p. 3. c. 39

Salaria Inquiſitionis Officialibus ſtatuta in Hiſpania. p. 3. c. 153.

Sanguis, & corpus Chriſti quamdiu maneant ſub Sacramento Altaris. p. 1. c. 70

Saracenorum ſectatores quomodo puniendi. p. 2. c. 70

Sæculares confeſſiones audientes an ſuſpecti. Rodriquez quaſt. regul. tom. 2. q. 28 art. 2 circa finem. Quaranta in Summa Bullarij verbo Ordo in fine.

Scire quid ſit, vt quis teneatur denunciare. Nauar. de hæret. conſil. 4.

Schyſma quid. p. 2. c. 73

Schyſmatici duplices, & quomodo recipiendi. p. 2. c. 73

Scribentes libros hæreticorum quomodo plectendi. p. 2. c. 17.

Scriptura ſacra quid ſit. p. 1. c. 14

Eius interpretatio ab Eccleſia recepta eſt de fide. p. 2. c. 27

Eius verba detorquentes quomodo puniendi. p. 3. c. 17

Sepulcrorum violatores quibus feriendi pœnis. Menoch. de arbitr caſu 387.

Secreta reuelantis pœna. p. 3. c. 129. Menoch. de arb. caſu 537.

Sepelire ſuſpectum de hæreſi. Nauar. de hęret. conſ. 4.

Sententia abſolutoria quando ferenda. p. 3. c. 37

Condemnatoria qualiter ordinanda, & quando ferri poſſit ab inquiſitoribus ſine Ordinario. p. 3. c. 40

Declaratoria ſuper bonorum confiſcatione per quem ferenda. p. 3. c. 158

De die ferenda eſt. p. 3. c. 40
Definitiua ferri poteſt in cauſa hæreſis, etiam lite non conteſtata. p. 2. c. 19
Fauore fidei nunquam tranſit in rem iudicatam. p. 3. c. 37
Sepelientes hęreticos quo ſuſpitionis gradu ſint ſuſpecti, & ad quid teneantur. p. 3. c. 89
Sequeſtratio bonorum defuncti quando & quomodo fienda. p. 3. c. 92
Seruanda ante torturam. p. 3. c. 110
Serui an fideiuſſori relaxandi. p. 3. c. 139
Serui hæreticorum fiunt liberi, & quare. p. 3. c. 168
Serui magis puniendi quàm liberi in cauſis fidei. p. 3. c. 13
Signa de hęreſi ſuſpectum reddentia. p. 2. c. 59 67. 68. 75
Signa quibus hæretici, vel ſuſpecti de hęreſi deprehenduntur. p. 3. c. 24
Signa verę conuerſionis. p. 2. c. 15
Singularitas quotuplex. p 3. c. 121
Singulari teſti quare non credatur. p. 3. c. 121
Singulares quando ſint teſtes. p. 3. c. 121
Signa leuia in bonam partem interpretanda. p. 2. c. 80
Socij criminis dictum quando faciat indicium ad torturam. p. 3. c. 110.
Socius criminis iurare debet quum deponit, & an torqueri debeat. p. 3. c. 113
Sollicitans pęnitentem in Confeſſione an ſuſpectus, & quo ſuſpitionis gradu. p. 2. c. 81
Sortilegia manifeſtam hæreſim ſapientia quæ ſint. p. 2 c. 67.
Sortilegi quibus pœnis coercendi. p. 2. c. 67
Spectantia ad fidem directè omnes explicitè credere tenentur non autem ſpectantia ad fidem indirectè. p. 2. c. 1
Spectantia ad fidem non omnes æqualiter credere tenentur. p. 2. c. 1.
Spontè comparens poſt tempus gratiæ quomodo recipiendus. p. 3. c. 12.

Spontè confitens quis dicatur. p. 3. c. 12
Spontè confitens metu probationem quis dicatur, & quomodo puniendus. p. 3. c. 12
Spontè non reuertentes quomodo tractandi. p. 2. c. 65. & 12
Spontè ſecundo veniens quomodo tractandus. p. 3. c. 12
Spontè venire qui dicantur. p. 2. c. 25. 65
Spontè venientes quomodo tractandi. p. 2. c. 65. & p. 3. c. 12
Spontè venientes quid agere teneantur, vt impunitate gaudeant. p. 3. c. 12
Spontè non reuertentes quõ tractandi. p. 2. c. 65. & p. 3. c. 12
Statua ſe occidentis in carcere, an producenda, & comburenda. p. 3. c. 92
Statuæ Reorum quando produci cœperint. p. 3. c. 92
Stephanus Papa quid ſenſerit de baptizatis ab hæreticis. p. 2. c. 82.
Subdelegatus poteſt ſubdelegare. p. 3. c. 70
Subditi ab Epiſcopis, & Parochis in erroribus enutriti quomodo excuſentur ab hæreſi. p. 1. c. 22
Subſtantialia Iudicij quæ. p. 3. c. 104
Suggeſtio quomodo vitanda. p. 3. c. 18
Superſtitio quid ſit. p. 2. c. 68
Suſpecti de hæreſi defuncti quando vt hæretici damnari poſſint. p. 3. c. 170
Suſpecto leuiter poteſt indici abiuratio. p. 2. c. 12
Suſpectus fit de hęreſi qui per annum in excommunicatione perſiſtit. p. 2. c. 15. 72
Suſpectus fortus an abiurare debeat. p. 2. c. 14
Suſpectus vehementer quomodo tractandus. p. 2. c. 12. 14
Suſpicio quid, & quotuplex. p. 2. c. 80
Leuis vehemens, & violenta quæ. p. 2. c. 80
Quot, & quibus modis purganda. p. 2. c. 12. 75. p. 3. c. 39
Sola non inducit præſumptionem. p. 2. c 80
Vehemens etiam cum indubitatis indicijs non ſufficit ad condemnandum aliquem de hæreſi. p. 2. c. 80

Vio-

Violenta vnde exoriatur, & an admittat probationem in contrarium. p.2. c.80
Symboli noua explicatio cur fiebat in Concilijs. p.1. c.16
Symbolum Athanaſij cur regula dicatur, quando, & quare editum. p.1. c.18
Symbolum cur in Miſſa recitetur, & quando id fieri cœptum eſt. p.1. c.16
Symbolum quid ſit; an ſit vnum tantum, & quare ab Apoſtolis conditum. p.1. c.16
Synodus Nicena quando celebrata. p.1. c.5
Synodus Calcedonenſis quando celebrata. p.1. c.6
Synodus Conſtantinopolitana quando celebrata. p.1. c.19
Synodus Epheſina quando celebrata. p.1. c.19

T

TEmporalem iuriſdictionem habet Papa quam exercere poteſt in Principes ſeculares. p1. c8
Tempus delicti quomodo publicandum Reo. p.3. c.14
Ter in anno anathematizabantur hæretici. p.2. c22
Teſtes de eodem delicto deponentes, ſi de loco, & tempore diſcordes fuerint ſingulares erunt. p.3. c.121
De quibus præmonendi ab Inquiſitoribus. p.3. c.17
Diuerſi in nominibus perſonarum, tempore, loco, & cauſa ſcientiæ famam probant. p.3. c.19
Duo aut plures, qui vel periuri, vel excommunicati, vel corræi ſint, quam fidem faciant. p.3. c.113
Duo ſat erunt ad conuincendum de hæreſi. p3. c.27
Infideles admittuntur in cauſis fidei. p2. c.13
Inhabiles admittuntur in crimine hæreſis. p.3. c.113
Inhabiles cur torqueri non debeant. p.3. c.113
Neſcientes quid ſit fama, non probant, & quomodo ſufficit eos reſpondere. p.3. c.17
Per eadem formalia verba non deponentes quando non ſint ſingulares. p.3. c.121
Qui cogendi in crimine hæreſis. p.3. c.111

Quid operentur teſtes recepti lite non conteſtata. p.2.c.19
Quales eſſe debeant per quos probatur fama. p.3.c.19
Qui eſſe nequeant. p.3.c.116
Quomodo iurare debeant. p.3.c.20
Teſtes euocare poſſunt Inquiſitores. p.3.c.127
Teſtes recipi poſſunt etiam lite non conteſtata. p.2.c.19
Et publicatis atteſtationibus. p.3.c.111
Singulares plures duobus quam fidem faciant. p.3.c.121
Tenentur dicere apud quos ſit Reus diffamatus. p.3.c.19
Teſti non iurato nulla fides adhibenda. p.3.c.20
Teſti ſingulari non creditur. p.3.c.121
Teſtis à Reo ſemel approbatus reprobari non poteſt. p.3.c 29
Teſtis dicto Priori, an poſteriori ſtandũ p.2.c.15.p.3.c.114
Teſtis dictum dubium quomodo intelligendum. p.3.c.111
Teſtis falſus quis dicatur, & quomodo puniendus. p.3.c.122
Et cauſa minorandi pœnam. p.3.c.122
Teſtis primo confitens, ſecundo negans, puniendus tanquam falſus. p.3.c 114
Vnius dictũ cũ fama, & ſine, ſat erit ad torturã. p.3.c.110
Teſtis poteſt eſſe frater, pro & contra fratrem, & quando. p.2.c.15.
Teſtis renuens dicere teſtimonium an ſuſpectus de hæreſi. p.3.c.111.
Teſtium examinationes quando non committendæ Vicarijs.
Teſtium nomina non ſunt publicanda, ſed vita & mores diligenter inquirendi. p.3.c.124
Textus dubius intelligendus eſt ex rubrica ſub qua ponitur. p.2.c.1.
Textus, qui alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat, quomodo intelligendus. p.2.c.2
Theologica concluſio quæ ſit, & quænam ſit de fide. p.2.c.27
Theologi quando peritorũ ſuffragia ſequi debeant p.3 c.127
Theologus deficiens in his, quę ſcire tenetur, vel probabiliter præſumitur, non excuſatur. p.1.c 22

Teuilà Iudæorum quid ſit. p.2. c.69
Torqueri an poſſint Religioſi. p.3. c.110
Priuilegiati. p.3.c.39
Qui torqueri poſſint. p. 3. c. 110
Torqueri an poſſit Reus ex Indicijs. p.3. c. 110
Torqueri poteſt religioſè ſeruans oſſa, vel veſtes hæretici cõbuſti, & hæreticorum litteras, vel munera recipiens. p. 3 c. 110.
Torquere nequeunt Reos Epiſcopi ſine Inquiſitoribus, nec è conuerſo. p.3.c.39
*Torquentis Iudicis indebitè pœna. Menoch. de arb.caſ.*340.
Tortura an facilè vſurpanda. p.3. c 39
An ſuper intentione. p. 3. c. 110
An differenda pro ficta inſania. p.3. c.22
Facit euitare abiurationem. p.2. c. 14.75. p.3.c.40
In quibus delictis locum habeat. p.3. c. 110
Quando ſit iteranda. p 3. c.39
Tortus confirmans extra iudicialem confeſsionem cur ratificare teneatur. p.3. c.110
Tortus ſufficienter quis dicatur. p 3. c.39
Traditiones Apoſtolicę quæ ſint, & quam anctoritatem habeant. p.1.c.14
Tranſiens ad ſecundas nuptias viuente vxore, quare ſubdatur Inquiſitoribus. p.2.c.81
Tranſiens ad ritus Iudęorum, & Idolis thurificans deprehenduntur hęretici. p.3. c.24

V

V*Arÿ gradus propoſitionum in fide peccantium in fine deſcripti, &* p. 2. c. 28
Variatio quando excuſari poſſit, & quando ſit ſufficiens indicium ad torturam. p. 3. c. 110.
Vaſalli à Dominorum hæreticorum iuramento abſoluuntur. p. 3. c.168.
Vehemens indicium quando ſufficiat ad torturam. p.3. c.110

Vehementia hæreſis ſigna. p.2.c.59.67.68.87,& p.3.c.24
Verbum Dei non eſt ſemper,& vbiq; prædicandũ. p.1.c.24
Veritas prima, quæ ſit. p.1.c 13
Verſati in locis de hæreſi ſuſpectis quomodò notãdi. p.2.c.82
Via Inquiſitionis mitius agendum, quam via accuſationis. p.2.c.14.
Vicarij Inquiſitorum poſſunt libros vetitos legere. p.2.c.3
Cuius ætatis eſſe debeant. p.3.c.65
Et quales. p.2.c.63
Quas ſententias pronunciare poſſint. p.3.c.10
Viles an fideiuſſori relaxandi. p.3.c.139
Vita, & mores teſtium ſunt inquirendæ. p.3.c.124
Vitia ex quibus hæreſes criuntur, quæ ſint. p.2.c.1
Vnam hæreſim abiurans, ſi in aliam incidat eſt relapſus. p.2.c.65.
Vnanimis Sanctorum ſententia, aut ſcripturarum interpretatio eſt de fide. p.2.c.27
Vniuerſitatum auctoritas in erroribus damnandis, quæ ſit. p.2.c.68.
Vſus Bullæ Cœnæ Domini quando cœperit. p.2.c.21
Vſus per auctoritatem Principis quomodo puniendus. Menocb.de arbitr.caſu 320. Simanca in Enchiridion. tit.67. n.19 Riccius Collect. 1626. Farin. conſ. 74.& q 114.
Vxor ad mariũ carceratũ ad pœnã accedere poteſt. p.3.c.108
Vxori propter hæreſim qui perpetuus carcer ſit aſſignandus. p.3.c.142.
Vxor hæretico nupta quando perdat dotem. p.3.c.160
Vxor maritum hæreticum non denuncians, an dicatur hæreticorum fautrix. p.2.c.78.p.3.c.160
Vxor maritum hæreticũ receptans non punienda. p.3.c.160
Vxore viuente tranſiens ad ſecundas nuptias. p.2.c 81

FINIS INDICIS.

TA-

TABVLA CONSILIORVM.

CONSILIVM PRIMVM.

PVsè admodum tractatur de Cambio cũ recurſa ad ipſum Campſorem datorem.

Conſilium Secundum.

Diſputatur de legato vxori facto vltrà quartam.

Conſilium tertium.

Agitur de contractu venditionis.

Conſilium quartum.

Diſputatur de contractu Societatis.

Conſilium quintum.

Tractatur de ſolutione creditorum reſpectu debitoris decocti.

Conſilium ſextum.

Agitur de contractu Emptionis, & venditionis.

Conſilium ſeptimum.

Tractatur de contractu emptionis in quo reſpectu pecuniæ non ſolutæ, ſed expectatæ conueniunt contrahentes, vt interim emptor ſoluat venditori tot pro centenario.

Conſilium octauum.

Creditor proteſtatus eſt iudicialiter debitori moroſo omnia damna &c. quęritur an debitor teneatur ad damna reſarcienda.

Conſilium nonum.

Agitur de electione Vicarij Capitularis mortuo Epiſcopo.

Conſilium Decimum.

Agitur de Matrimonio data opera contracto in fraudem proprij Parochi.

Con-

Conſilium Vndecimum.

Agitur de matrimonio contracto per verba de præſenti non conſummato; Vir tamen de facto ſeruatis ſeruandis, contraxit cum alia, & conſũmauit.

Conſilium duodecimum.

Quæritur an filius tuta conſcientia poſsit mouere litem ciuilem contra Patrem.

Conſilium decimumtertium.

Quæritur an Ordinarius poſsit citrà Irregularitatis notam tradere Iudici Laico inſtrumenta ad falſam monetam cudendam reperta in domo Parochiali vbi habitabant laici.

Conſilium decimumquartum.

Quæritur an Sacerdos teneatur applicare valorem Miſſę pro fundatore, de quo tamen non conſtat, quod teneatur pro illius anima celebrare.

Conſilium decimumquintum.

Quæritur an vxor poſsit tuta conſcientia mouere litem fratri mariti, ob non ſolutum ſibi pretium pignoris dotalis eidem venditi.

Conſilium decimumſextum.

Quæritur an vidua poſsit tuta conſcientia recipere alimenta ab hæredibus mariti præmortui ob ſtatutum 312. Mediolani, etiam quod hæredes non ſint in mora reſtituendi dotem.

Conſilium decimumſeptimum.

Agitur de Societate, quæ vulgo vocatur accomundita in quibuſdam Italiæ Ciuitatibus inſtituta.

Conſilium decimumoctauum.

Quæritur an Monachus Carthuſianus ob grauia delicta poſsit à Religione expelli, & habitu priuari.

Conſilium decimumnonum.

Quæritur an Monialis illegitimè nata poſsit eligi, & aſſumi in Vicariam Monaſterij.

Con-

Conſilium Vigeſimum.
Quæritur an Laicus poſſit in propria domo ex pecunijs tamen Sacerdotis Regularis inſtituere Ius patronatum pro filijs ſuis.
Conſilium vigeſimumprimum.
Quæritur an Regularis Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrans laicis infirmis ſine Parochi licentia, ſit eò ipſo excommunicatus.
Conſilium vigeſimumſecundum.
Quæritur an Regularis cum alio Regulari verbis altercando, & illum de loco ſuo aliquantiſper reijciendo incidat in excommunicationem Canonis, ſi quis &c.
Conſilium vigeſimumtertium.
Quæritur an Prior permittens fratres, ex dominio interdicto aufugientes, celebrare in ſua Eccleſia, inciderit in aliquam cenſuram, aut pœnam.
Conſilium vigeſimumquartum.
An Prior, cenſurã, aut pœ-ã aliquã contraxerit ob extractionẽ Sacrarũ Reliquiarum à loco in quo iacebant, & illas alio in loco decentius aptaret.
Conſilium vigeſimumquintum.
Quæritur an Prior impediens in ſua Eccleſia quæſtorem laicũ pro ſocietate ibidem erecta, & præcipiens fratri Converſo, vt illas quæritet, & ſibi conſignet, incurrerit in excommunicationem latam contra vſurpantes bona Eccleſiæ.
Conſilium vigeſimumſextum.
Quæritur an Titius feudatarius vnius Oppidi inciderit in excommunicationem 17. Bullæ Cœnæ, vnà cum ſuis Officialibus, eò quòd impedierit Regulares cauponæ, & Clibani eiuſdem Oppidi patronos, quominùs ibidem carnis, panis, & vini exercitium fieret.

Con-

Conſilium vigeſimumſeptimum.

Quæritur an Decuriones Ciuitatis teneantur obedire Principi præcipienti aliquid præiudiciale Ciuitati, & repugnans Priuilegijs ab Imperatore conceſsis.

Conſilium vigeſimumoctauum.

Quæritur an Regulares, Mendicantes præcipuè, teneãtur ad refectionẽ Viarũ, Montiũ, Pontiũ &c.

Conſilium vigeſimumnonum.

Agitur de pręcedentia inter Regulares Graduatos eiuſdem Ordinis.

Conſilium Trigeſimum.

Agitur de pecunijs menſę Campſorum expoſitis ad effectum, vt Campſores ipſi illas tenerent ſuper Cambijs, & quæritur an contractus iſte ſit iuſtus.

Conſilium trigeſimumprimum.

Quæritur an Regularis nõ profeſsus per aſſumptionem ſacrorum Ordinum, & eorumdem vſum ſit ſuſpenſus, aut Irregularis præcipuè ex Bulla Pij Quinti, Romanus Pontifex &c.

Conſilium trigeſimumſecundum.

An Cenſuræ in Concilijs Prouincialibus, vel Synodalibus per locorũ Ordinarios promulgatę, ligẽt etiam Regulares, pręcipuè quando Concilia ipſa non fuerunt per ſanctam Sedem confirmata.

Conſilium trigeſimumtertium.

Quæritur qua pęna puniri debeant, ſtercorantes alterius fores.

Conſilium trigeſimumquartum.

Quæritur, an ſtatutum laicorum generaliter prohibens impreſsionem librorum, abſque illorum auctoritate, comprehendat, & afficiat Eccleſiaſticas perſonas.

TABVLA BVLLARVM APOSTOLICARVM,

Hic nouiter additarum.

LEONIS X. contra falſidicos teſtes.

Pij V. quod negotia fidei præferantur quibuſcunque alijs cauſis.

Pij V. contra offendentes, perterrefacientes miniſtros Sancti Officij, vel eidem quomodolibet inſeruientes.

Gregorij XIII. contra miſſas celebrantes, & confeſsiones audientes cum non ſint Sacerdotes.

Clementis VIII. contra præſumentes Miſſas celebrare, & confeſsiones audire cum ſacris Ordinibus non ſint inſigniti.

Clementis VIII. Innouatio Conſtitutionis Pauli IV. contra negantes Sanctiſsimam Trinitatem, Chriſti humanitatem, B. Virginis puritatem &c.

Clementis VIII. contra ſolicitantes in confeſsione &c.

Pauli V. quod Regulares in cauſis fidei ſint ſubiecti locorum Ordinarijs.

Greg. XV. contra ſolicitantes in confeſsione &c.

Litteræ Illuſtriſsimi Cardinalis Milini ad Illuſtriſsimum Cardinalem Borromæum Archiepiſcopum, pro vero intellectu Gregorianæ Conſtitutionis contra ſolicitantes.

Gregorij XV. contra Hæreticos commorantes in Italia.

Gregorij XV. Reuocatio facultatum legendi, & retinendi libros vetitos.

Gregorij XV. contra maleficas, & maleficia.

Gregorij XV. Super conceptione Beatiſsimæ Virginis Mariæ.

Vrbani VIII. contra imprimentes libros, & retinentes imagines eorum, qui per ſanctam Sedem, vel canonizationem, vel beatificationem hucuſque non ſunt adepti.

Decretum Illuſtriſsimorum,& Reuerendiſsimorum Cardinalium ſupremorum Inquiſitorum contra hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, denunciandos.

Innocentij VIII. qua excommunicantur Magiſtratus Sæculares nolentes exequi Inquiſitorum ſententias, niſi prius examinauerint proceſſus, & ſententias latas.

LE-

LECTORI.

NE mireris quod, & in tabula Alphabetica, & in Commentariorum Floribus aliquando reperies Doctores à me citatos, quos nec Eymericus in Directorio, neq; Pegna in Commētarijs ipſis produxerunt. Id enim à me factum putes, vt eorum laboribus, & doctrinis potiri poſſes. Etenim cum libros euoluendo, ac ſtudendo vidiſſem, Doctores iſtos materias eaſdem examinare, de quibus in Commentarijs nonnumquam diſputatur, rem tibi gratam me facturum exiſtimaui, ſi illos ipſos tibi ob oculos proponerem. Horum autem meminiſſe haud potuerunt Eymericus, & Pegna, quod omnes poſt illos ſcripſerint, quorum nomina hæc ſunt, quæ ſequuntur.

Martinus Nauarrus.
Gregorius Sayrus.
Martinus del Rio.
Iacobus Menochius.
Petrus Cenedo.
Marcus Antonius Genuenſis.
Thomas Sanchez.

Pater

Pater Henricus Henriquez.
Ioannes Azorius.
Emmanuel Sà.
Martinus Viualdus.
Ioannes Chapeauilla.
Iulius Clarus.
Stephanus Quaranta.
Bullæ Pontificiæ, &
Commentaria ſeſe reſpicientia, & coadiuuantia &c.

FLORES

FLORES COMMENTARIORVM, FRANCISCI PEGNÆ in Directorium Inquiſitorum.

FLORES COMMENTARIORVM Primæ Partis.

EX COMMENT. IV.

Quotuplex eſt infamia?

DVplex: vna Iuris, altera facti.

Quænam eſt infamia facti?

Ea dicitur eſſe, quæ ex turpi aliquo actu oritur, & opinionem apud bonos grauat: quæ contingit multis modis, vt docet Din. in c. Infamibus. de reg. iur. in 6. Baiard. ad Clar. q. 24. nu. 60.

Quænam appellatur iuris infamia?

Ea, quæ deſcendit ex legibus nominatim cauentibus, vt qui tale cõmiſerit delictum infamis eo ipſo habeatur. Vide Innocentij III. Bullam ſecundam.

Quotupliciter in iure dicitur quis infamis?

Dupliciter: Vno modo ipſo facto, quales ſunt ij, qui per legem infamia notantur: Altero modo ſequuta ſententia: vt in furto, vi bonorum raptorum, & ſimilibus.

Hæretici qua notantur infamia?

Iure nouo certum eſt hæreticos omnes cuiuſcunque ſectæ ipſo Iu-

re infames eſſe: id quod verum eſt etiam Iure veteri, licet quidam dubitent.

Hæretici notanturne infamia ipſo facto, an pronunciata ſententia? Et ipſo facto, & poſt latam ſententiam. Vide Innocent. III. bullam ſecundam. Item Honorij IV.

Hæreticorũ cõplices, renuentes intra annũ ſatisfacere, puniũtur tamquam hæretici, et ipſo Iure fiunt infames? Vtiq; cap. Excommunicamus, de hæret. §. Credentes. Vide Martini V. bullam.

Infamia iſta quot operatur effectus? Multos; inter quos præcipuus ille eſt in filios quoque redundans, vt à beneficijs omnibus, & officijs publicis repellantur. cap. Statutum de hæret in 6. Vide Mart. V. bullã: & Innoc. III. bullam ſecundam. Alex. Peſant. 2 2. q. 11. ar. 1 diſp. 1.

Inquiſitores poſſuntne hæreticis infamiã remittere? Nequaquam: quia cum ſint Iudices delegati. c. Per hoc. de hæret. in 6. mandati fines tranſgredi minimè poſſunt, c. penultimo. de officio delegati. Id enim nuſquam eſt ſibi permiſſum.

Epiſcopi poteruntne hæreticos bonori reſti tuere? Minimè: Id enim eſt ſolius Romani Pontificis.

Hæretici quo tempore infamia notari cœperunt? De anno 261. Epiſtola quadam à Stephano Papa eius nominis primo ad Hilarium Epiſcopum ſcripta; vt habetur in c. Infames. 6. q. 1. Infames (inquit) eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur

tantur infamia : ideſt omnes qui chriſtianæ religionis normam abijciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt.

Ex Comment. V.

Sinodus Nicena quãdo celebrata?

Tempore Conſtantini Imperat. & Sylueſtri Papæ, anno Dñi 326. cum interuentu 318. Epiſcoporum.

In ſacra Scriptura id, quod de Patre dicitur, intelligi ne debet etiam de filio, & Spiritu ſancto?

Vtique etiamſi dictio addatur excluſiua; niſi ſolum in illis, in quibus perſonæ diuinæ diſtinguuntur ſecundum oppoſitas relationes: vt eſt illud D. Matth. Nemo nouit filium, niſi Pater; nõ excluditur quin filius ſeipſum cognoſcat. D. Thom. par. 1. q 36. ar. 2. ad 1.

Ex Comment. VI. Vide Comment. XXV. huius partis.

Licetne diſputare de fide Catholica?

Nequaquam: cum ex diſputatione quæritur occaſio tumultus, & perfidiæ, & iam definita in dubium reuocantur. Pet. Cened. collect. 20. ad 6.

Cur ſemel definita in dubium reuocari non debent?

Quia non plus tribuẽdum eſt ſingulorum opinionibus, de fide arbitratu ſuo diſputantium, quam definitis in ſynodis legitime congregatis; in quibus nutu Spiritus ſancti Patrum corda reguntur.

Licebit Clericis, Religioſis, &

Licetne aliquando cum hæreticis, de fide diſputare? Presbyteris, quibus ſolis prædicare, & de fide tractare Iura concedunt; vt gloria Dei manifeſta fiat, & veritas catholica defendatur. D. Paulo teſte ad Titũ ſcribente, c. 1. Oportet Epiſcopũ doctum eſſe, vt exhortari ſciat in ſacra doctrina, & eos, qui contradicunt, arguere.

Qua pœna puniendi ſunt publicè de fide in malum finem diſputantes? Qui vera fidei documenta non reciperet, ſed falſa publicè dogmata prædicaret; ſine vlla penitus miſericordia, ab Inquiſitoribus Curiæ ſæculari relaxandus eſſet. Vide Leonis X. Bullam tertiam, & Pauli III. Bullam primam, & concl. 64. & 37. par. 2.

Synodus Chalcedonẽſis quãdo celebrata? Anno 450. cum interuentu 630. Epiſcoporum. c. ſicut. diſt. 15.

Ex Comment. VIII.

Petr. Cened. collect. 167. ad decretales.

Summus Põtifex habetne gladium temporalem? Etiam in ordine ad ſpiritualem; nec vnquam, niſi ob fidei cauſam, Regna per Summum Pontificẽ fuerunt mutata.

Poteſtne Summus Põtifex temporalẽ exercere iuriſdictionem in Principes ſeculares? Vtiq; : cũ illi poteſtate ſibi data in detrimẽtũ catholicæ Religionis abutuntur. Põtifex enim Romanus omnes iudicat: ipſe autem à nemine iudicatur. c. Nemo. 9. q. 3.

Ex Comment. XI.

Paruuli abſque vſu rationis ſuntne baptizandi?

Etiam;& eſt de fide ;& contrariũ hæreticum eſt. Erat enim hæreſis Pelagianorum. Eccleſia namq; catholica diuinitus inſtituta, à Chriſto edocta paruulos baptizare ſemper conſueuit.

Paruulis, ſine eorum conſenſu, remittitur peccatũ originale in baptiſmo?

Vtique: ea nimirũ ratione:quod ſine proprio quoq; conſenſu originale peccatum contrahant.

In adultis dormientibus, & amentibus, dimittitur peccatũ originale ſine actuali?

Minimè; neque actuale ſine originali.

Amentes, & dormiẽtes baptizati ſuſcipiunt characterem?

Etiam; ſi prius baptizari voluerint.

Paruuli ſine baptiſmo decedentes cruciabũtur pœna ignis?

Anceps eſt queſtio. Nam in c. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu, negatiuè reſpondetur: Sanctus autem Auguſtinus in lib. de fide ad Petrũ. c.24. relatus ab Eymerico pag. 40. affirmatiuè loquitur. Fuit enim varius D. Aug. in hac quæſtione.

Ex Comment. XII.

Baptiſmus ab hæreticis collatus eſtne iterandus?

Quoties in forma Eccleſiæ conſueta ab eiſdem eſt collatus, non eſt iterandus.

Baptiſmus ſemel ritè

Quia vna eſt fides;& baptiſmus,

collatus cur non eſt iterandus? cum ſit fidei ſacramētum, vnus eſſe debet. Quia baptiſmus eſt natiuitas quædam, & regeneratio, nec homo bis naſcitur. Quia in baptiſmo commorimur Chriſto, qui ſemel mortuˢ eſt. Quia baptiſmus charactere imprimit indelebilem: Tum præcipuè, quia in remediũ peccati originalis fuit inſtitutus: peccatũ vero originale ſemel ablatũ nunquã reuertitur.

Ex Comment. XIII. & 17. 5 q.

Quâ puniuntur pœna Sacerdotes rebaptizantes? Sacerdotio indigni cēſentur, excommunicantur, ab officio, & beneficio deponuntur. c. fin. de baptiſ. & eius effectu.

Puniendusne eſt rebaptizatus ignoranter? Nequaquã tamen ordinari non poteſt. c. Qui bis. de conſecr. diſt. 4. niſi aliqua magna neceſsitas cogeret. Pet. Cē. collect. c. 63. ad Decretũ.

Rebaptizare malitioſè eſtne in fide errare, & crimen merè Eccleſiaſticum? Vtiq;. c. Vt inquiſitionis. §. Prohibemus. de hæret. in 6.

Rebaptizans, & rebaptizatus doloſè, recipiedine ſunt ad miſericordiam, ſi pœnituerint? Vtiq; & proinde cum his, ac cum cæteris, quia in fide errant, agendum erit.

Iudex ſecularis poteritne huiuſmodi delinquentibus pęnam vltimi ſupplicij infligere? Minimè; cum crimen merè ſit Eccleſiaſticum; & præcipuè cum pœna à Iudice Eccleſiaſtico impoſita tendat etiam ad vindictam.

Ne-

Hoc idem ſeruandūne erit in delictis mixti fori?

Nequaquam; vt in blaſphemia, & alijs huiuſmodi: nam tunc pœna Iudicis Eccleſiaſtici, ſecularis Iudicis pœnam haud impediret.

Iuuenes delinquentes ſuntne puniendi?

Minime; niſi criminis, quod cōmiſerint, capaces fuerint. cap. Eos quos. §. Pueris autē. de conſecr. diſt. 4. nam ætati ſubuenitur, & parcitur. Vide cap. fin. de ſententia excōmunicationis. Vide comment. 17. 39. 40. 110. 152. tertiæ partis.

Quænam ætas criminis capax dicitur?

Non ſatis cōſtat inter Doctores; neque per legem id definiri poteſt; cum non omnes ex æquo eodē tempore ſint doli capaces; cum alij alijs iudicio præſtent; & ideo Iudicum arbitrio id relinquendum eſt.

Vbi ſint pueri doli, & criminis capaces quomodo puniētur?

Adhuc mitius, quia adoleſcētia eſt ſuapte natura ad vitia labilis, & prona. Si enim peccauerit adoleſcens, ætatis vitio potiuſquam pertinaci malitiæ, & improbitati erit adſcribendum: quia huic ætati nōdum plenum eſt rationis iudicium, atque conſilium: quia ſpes eſt emēdatiores futuros iuuenes, vitiaq́ue vna cum adoleſcentia depoſituros. Neque propterea impunitum omninò relinquendum eſt adoleſcentis delictum. cap. ſi quis cuiuslibet, & gloſ. 21. quæſt. 5.

Habentene locum iſta in crimine hæreſis?

Vtique; quia cum in alijs tribunalibus, vbi tantę miſericordiæ non eſt locus, ætati parcatur, vel aliquid

condonetur; multò magis hic obſeruari debet, in benignitatis, & miſericordiæ iudicio. Adde quod difficilius credi poteſt, Iuuenes in ſcrimine hæreſis; & malitia; & animi improbitate peccare, quã in alijs; veluti homicidijs, adulterijs, furtis, &c. quia crimen hæreſis; cum ſit ſpirituale, quod intellectu concipitur, & voluntate perficitur; non ita facilè credendum eſt ab adoleſcentibus patrari, qui perfectam nondum habent intellectus ratiocinationem, nec ità comperta habent Chriſtianæ fidei dogmata; idque maximè cum à Parentibus, vel Magiſtris decepti forent.

Delinquens, vel mitius, vel nullo modo punitus propter tenerã ætatem poteritne maior effect⁹, de eodẽ puniri delicto?

Nequaquam.

Ex Comment. XIV.

Quænam eſt traditionum Apoſtolicarũ auctoritas, & vnde traducta?

Magna profecto: eſt enim inuiolabilis regula, ritus Eccleſiæ vniuerſalis antiquos, & approbatos (quorum non extat memoria, tam circa ſacramenta conficienda, & miniſtranda, quam circa miniſtros Eccleſiaſticos, & Eccleſiaſtica miniſteria, quorum in euangelio nulla eſt

eſt mentio) Chriſtum, aut viuæ vocis oraculo, aut per reuelationē à Spiritu ſancto factam, Apoſtolis tradidiſſe: Apoſtolos autem ſucceſſoribus ſuis indicaſſe, & obſeruandos reliquiſſe.

Apoſtolicæ traditiones minorem habētne quàm ſacra ſcriptura auctoritatem? Minimè, ſiquidem Eccleſiæ traditiones ſacra ipſa ſcriptura ſunt antiquiores. Chriſtus enim librum nullum ſcripſit: immo, (vti legimus) nec vt ſcriberetur præcepit. Euntes ait prædicate (non dixit ſcribite) Euangelium omni creaturæ. Matth. vltimo. vide c. cum Marthæ. de celebr. Miſſar.

Lex euāgelica fuitne ab initio literis exarata? Nequaquam, ſed in animis fidelium fuit primo ſculpta: Apoſtoli namque Euangeliū viua voce prius docuerunt, deinde literis mandarunt. D. Chryſoſtom. homil. 1. in Matthæum.

Per ſcripturam quid intelligis? Documenta in ſcripturam redacta id eſt nouum, & vetus Teſtamentum.

Quid per traditiones? Quæ non ſunt ſcripta; quia neceſſarium minimè viſum fuit Spiritui ſancto. Et Eccleſia retinet illa eadē ab Apoſtolis accepta: vt eſt, Perpetua Mariæ matris Dei virginitas: Quod paruuli ſint baptizandi Sanctorum auxilium implorandum: Eorum memoriam piè colendam: Eorumdem imagines adorandas: & cætera, quæ nullis ſunt ſa-

cris literis prodita ; ſed quia traditione Apoſtolica hæc tenet Eccleſia, perindè certa ſunt, ac ſi in Euangelio ſcripta eſſent. Harum autem traditionum quanta ſit auctoritas docuit Concilium Tridentinum Seſs. 4. in Decreto de Canonicis ſcripturis.

Quiſnam auctor fuit, vt aqua, in ſacrificio miſſæ, vino miſceretur?

Id Chriſtus docuit Apoſtolos, & illi nobis obſeruandum tradiderũt. Sot. 4. ſentent. diſtinct. 9. quæſtio. 1. artic. 6.

Ex Comment. XV.

Quandiù manet Corpus, & ſanguis Chriſti in Sacramento altaris?

Quamdiù ibi manent ſpecies panis, & vini : ſpecies verò tandiù manent, quamdiù ſub illis maneret ſubſtantia panis, & vini. Si ergò peccator, vel mus, vel aliud animal, ſumeret panem, & vinum, ſubſtantiæ illæ non illicò deſinerẽt eſſe, aut corrumperentur ; ſed durarent quouſque per calorem naturalem eſſent digeſtæ, & conſumptę. Fit ergo vt vſque ad illud momentum maneat Corpus, & Sanguis Chriſti ſub illis. Idem dicendum ſi in locum immundum ſpecies ſacramentales ceciderint. Hanc enim ſententiam approbat Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4.

Sacramentales ſpecies deſcenduntne in ſtomachum?

Vtique ; aliter enim non proijcerentur per vomitum. Quod eſt con-

contra tex. in cap. ſi quis per ebrietatem. de conſecrat. diſtinctio. 2. & contra communem Theologorum ſententiam.

Vergitne id in detrimentum, & dedecus dignitatis corporis Chriſti?

Nequaquam: ſiquidem nihil dignitatis eidem detractũ fuit ex eo quod à peccatoribus, & conſpurcari ſputis, & cædi alapis, & crucifigi voluit.

Si brutum animal Sacramentum deglutiret, ſumeretne ſacramentaliter?

Minimè; quoniã eodem vti haud poteſt, vt ſacramento: cum ſit rationis expers: ſed ſumit corpus Chriſti per accidens, ſicut ille, qui hoſtiã conſecratam comederet ignorans conſecratam eſſe.

Ex Comment. XVI. & XVII.

Quid eſt Symbolũ?

Vox græca, quæ latinè collectio dicitur; eo quod in ipſo collectæ ſint ſententiæ, & articuli ad fidem ſpectantes; quos neceſſarium eſt explicitè credere, qui varijs locis diſperſi in ſacra ſcriptura continentur. Vel dicitur etiam Iudicium, quòd per hoc qui rectè crediderint iudicantur.

Reperiturne vnũ tantum Symbolum?

Vnum tãtum Apoſtolorum: alia autem multa, quæ potius declarationes Symboli Apoſtolorum, quã noua Symbola ſunt dicenda: vt eſt illud Nicenum, & Conſtantinopolitanum, quæ vnum, & idem Symbolum videntur.

Vt

Quare Symbolum cō diderunt Apoſtoli?

Vt diſcedentes ab inuicem hāc regulam per omnes gentes prædicarent.

Cur in Concilijs fiebat Symboli Apoſtolorum noua explicatio?

Quia in ijſdem damnabatur aliquis error, & propterea quod implicitè continebatur in vno Symbolo, in alio explanabatur, contra hæreſes inſurgentes.

Symbola hæc iuſſa ne ſunt inter Miſſarum ſolemnia recitari?

Vtique in Eccleſijs Orienralibus ad mentes hominum in fide confirmandas, quo tempore Arrij, Sabellij, & cæterorum hæreſes pacem, & fidem orientalium Eccleſiarū perturbabant.

Quo tempore cautum eſt, vt Symbolum in Eccleſijs omnibus recitaretur?

Prope annum Domini 580. in Cōcil. Tolet. tertio ſub Pelagio Papa eius nominis Secundo.

Ex Comment. XVIII.

Symbolum D. Athanaſij cur regula dicitur?

Quia ordinationes de fide à priuatis Patribus factæ, licet ab Eccleſia fuerint comprobatæ, regulæ dicuntur, ſiue confeſsiones, non Symbola: quoniam Symbolū fidei edere Pontificis munus eſt, non priuatorum Patrum.

Quando, & qua occaſione regulam iſtam edidit D. Athanaſius?

In Concilio Niceno aduerſus Arrianos, cūm quibus fortiter eſt congreſſus. Quod enim dicitur de D. Athanaſij regula, accipiendū quoque eſt de confeſsione B. Hieronymi, & de libro de fide ad Petrum B. Auguſtini.

Ex Comment. XIX.

Quæ veneratio quatuor Concilijs, Epheſino, Conſtantinopolitano, Niceno, & Calcedonẽſi debita?

Illa ipſa quæ quatuor Euangelijs debetur?

Concilia iſthec cur celebrata?

Nicenum ad deſtruendum Arrij dogma peruerſum. Conſtantinopolitanum ad Eunomij, & Macedonij errorem conuincẽdum. Epheſinum ad Neſtorij impietatem iudicandã. Calcedonenſe ad Eutichis, & Dioſcori prauitatem reprobandam.

Synodus Conſtantinopolitana, quando habita?

Anno Domini 352. cum interuentu 150. Epiſcoporum.

Synod⁹ Epheſina quãdo habita?

Anno Domini 430. cum interuentu 200. Epiſcoporum.

Legendine, ac permittendi libri quorum ignorãtur auctores?

Nequaquam; de rebus præcipuè ad religionem ſpectantibus differẽtes. Concil. Trid. ſeſs. 4.

Ex Comment. XX.
Pet. Cened. collect. 6. ad Decretum.
Item collect. 63. ad Decretales.

Quid eſt explicitè credere?

Eſt apertè, clarè, ſingulariter, & non in confuſo credere. Nam explicare (vnde explicitè ductum eſt) propriè eſt extendere: & quæ extenduntur, perfectius videntur.

Quilibet fidelis obligaturne clarè, &

Vtique; Reliqua enim quæ in ſacris literis continẽtur explicitè credere

apertè ſcire articulos fidei, ita vt ſciat hunc eſſe articulum fidei, quoties de eo fuerit interrogatus? dere non eſt ad ſalutem neceſſariũ. Symbolum autem Apoſtolorum diuinitus fuit cõditum, vt fideles ſummą religionis capita in promptu haberent breui ſermone comprehenſa. Nauar. in Manua. cap. 11. n. 22.

Neceſſariũne eſt vt quilibet fidelis ad annos diſcretionis peruentus, articulos fidei memoriter teneat? Vtique: nam qui legem non recordatur peccat facilè. In his autẽ peccare eſt à recto veritatis tramite deficere. Vide Alex. Peſant. 2.2. q. 2. art. 8. diſp 1.

Ex Comment. X X I.

Quibus incũbit alios in Religione inſtruere, neceſſariumne eſt plura ſcire explicitè? Etiam: nam ſimplicibus, & popularibus ſatis eſt vt articulos fidei ſciant explicitè: Inquiſitores autem, qui Reorum errores refellere debent, oportet in catholicis dogmatibus eruditos eſſe.

Idiota à viro docto deceptus in fide, excuſabiturne in humano iudicio? Vtique; quamdiù non fuerit legitimè admonitus per Epiſcopum, vel Inquiſitorem, vel alium, cui admonẽdi ius legitimè competit.

Excuſabiturne in omnibus? Minimè; ſed in his tantũ, quæ in Eccleſia nõ ſunt ita vulgata, & quæ explicitè credere non tenebatur.

Ex Comment. X X I I.

Ignorantia poteſtne excuſare aliquẽ ab hæreſi? Vtique; ſed non in his, quæ ſunt in Symbolo Apoſtolorum comprehenſa, & in eccleſia vulgata, & ſolem-

lemnizata: ſic enim hæreticus eſſet, ſi pertinacia adiungeretur. Vide Comment. 27. 2. partis.

Ignorantia affectata poteſtne excuſare? Minimè, præſertim in his, quæ quis ſcire debet, aut ſcire præſumitur. Qui enim affectata errat ignorantia, ex malitia propria, & animi iniquitate errare præſumitur.

Excuſareturne Theologus ſi deficeret in his, quæ ſcire tenetur aut ſcire probabiliter præſumitur? Haud quaquam; ſaltem quoad pœnas pœnitentiales, & bonorum confiſcationem, fugiendas: tametſi paratus corrigi, eſſet recipiendus.

Ignorantia craſſa, & ſupina excuſabitne ab hæreſi? In his, quæ ſunt fidei, ac ſcire debet, nec eſt probabile à fidelibus, vel à ſuæ conditionis hominibus ea ignorari, non excuſat, ſed hæreticus cenſendus eſt.

Afferas exempla, ſi quæ habes huic rei accommodata. Si quis plebeus neget Chriſtum crucifixum, aut verè mortuum, aut verè a mortuis reſurrexiſſe: aut dicat ſuperfluum eſſe, aut vanum orare pro mortuis, aut nullo præmio iuſtos à Deo affici; nullo ſupplicio improbos; & his ſimilia.

Promas exemplũ aliquod de viro Theologo? Si contendat Spiritum ſanctum à Filio non procedere: vel per Patrẽ, & Filium Spiritus ſancti duo eſſe principia: aut tres non eſſe pœnitentiæ partes: vel Chriſtianis cum hoſtibus fidei bellum gerere nullo modo licere: aut Epiſcopum ſimplici ſacerdote maiorem non eſſe: aut aliud ſimile, quod vix credibile eſt

Theo-

Theologos ignorare ad Eccleſię cõmunem fidem pertinere. Hic enim hæreticus præſumendus erit, & pro tali in exteriori foro iudicandus: niſi fortè adeò ſtupidus, ruſticus, & imperitus fidei iudicibus videretur, vt omni prorſus malitia careret: vt ille fuit, qui Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum ſimul incarnatos fuiſſe aſſerebat, quia legerat: Qui natus es de Virgine, cũ Patre, & Sancto Spiritu; hic enim in grammatica potius quam in fide deprehenſus eſt errare. Nau. conſil. 20. de vſuris.

Ignorantia probabilis excuſabitnè ab hæreſi? Etiam: in his præſertim, quæ explicitè credere quis non tenetur; qualia ſunt, quæ indirectè ad fidem ſpectant; & ea ſunt ex quibus aliquid contrarium fidei conſequitur. Vt, ſi quis diceret; Samuelem non fuiſſe filium Helcanæ; ex hoc enim ſequitur ſcripturam diuinã eſſe falſam. Et huiuſmodi ſunt multæ ſidei ſubtilitates ab hæreſi, & hæreticorum pœnis excuſantes, donec admonitus quis ſit legitimè, ideſt iudicialiter per Epiſcopum, vel Inquiſitorem. Si enim poſt admonitionem perſeueraret, non excuſaretur.

Habeſne exemplũ ad rem hanc illuſtrandam? Vtique: ſi quis ruſticus, ratione quadam naturali motus, dixiſſet, Patrem in diuinis maiorẽ eſſe filio,

filio, quoniã in humanis maior eſt; crederetq; Eccleſiam ita tenere; hæreticus reuera non præſumitur, niſi admonitus perſiſtat. Idem de eo dicas ruſtico, qui Patrem, & Filium duos eſſe Deos aſſeruit.

Aperias quanã ratione excuſatur.

Quia ruſticus, vel idiota, qui falsò ita opinatur, credit opinionẽ ſuam, opinionem, & veritatem eſſe Eccleſiæ, nec opinatio illa eſt fides ſua; cum ipſe fidem Eccleſiæ teneat.

Rudes homines, & plebei ſuntne facilè examinandi in fidei ſubtilitatibus?

Nequaquam; niſi cum timetur ne in eiſdem ſubtilitatibus ab hæreticis ſint deprauati. D.Thom. 2.2.q.2. art.6. in reſponſione ad ſecundum.

Ignorantia inuincibilis excuſatne ab hæreſi?

Vtique. Et ea eſt, quam homo ſuperare non potuit, poſtquam diligẽtẽ adhibuit ſolicitudinẽ in inueſtiganda veritate. Hodie autem poſt tam apertam Chriſtianæ religionis notitiam, vix in his, quæ ſunt fidei, ignorantia inuincibilis eſſe poteſt.

Deceptus viro docto, pro catholico cõmuniter habito, excuſabiturne?

Et ab hæreſi, & ab hæreticorũ pœnis, & à peccato excuſabitur: in his tamen, quę explicitè credere ipſe nõ tenetur: quia putauit eam doctrinam ſanam eſſe. Oppoſitum innuit Nauar. de pœnit. diſt.7.nu.50 ex doctrina, D. Tho. quol.8. art.13.

Quid dicendum de filijs à parentibus in fide ſeductis? & de diſcipulis ac ſubditis, à præceptoribus

Idem quod ſupra; præſertim ſi nõdum iudicij compotes erant; aut ſi erant; decepti tamen fuerãt in his, quæ explicitè ſcire non tenentur.

Epiſcopis, & Parochis in errore enutritis?

Eritne aliqua pœna bis iniungenda?

Mitiſsimè ſunt tractandi, & leuiſſimæ pœnitentiæ eiſdem iniungēdę.

Quot requiruntur vt propoſitio aliqua hæretica dicatur?

Duo. Primum quod ab homine Chriſtiano proferatur; quod verè exigitur ad hæreſim, & ad hominē hæreticum conſtituendum. Secundum, quod fidei catholicæ ſit contraria; qua ratione à quocunq; propoſitio fidei cōtraria proferatur, hęretica dici poterit.

Ex Comment. XXIII.

Fidei poteſtne ſubeſſe falſum?

Nequaquam; quoniam veritati primę nititur. Fides enim noſtra pro obiecto formali Deum habet, quatenus Deus veritas prima eſt.

Quid per primā intelligis veritatem?

Simplicem, & ſemper exiſtentem veritatem infallibilem, & nuſquam mutabilem, vel in minimis incertā.

Quare credim⁹ Deo.

Quia eſt ipſa certiſsima, & conſtantiſsima veritas.

Quare credimus articulos fidei, & cætera ad Deum ſpectantia.

Quia à prima, & infallibili veritate, nempè, Deo ſunt reuelata. Et propterea prima ipſa veritas hoc eſt Deus dicitur fundamentū fidei.

Poteſtne Deus mentiri, aut quemquam fallere?

Minimè, nec de potentia abſoluta, nec ordinaria; nec per ſe, nec per alium: & contrarium aſſerere hæreticum eſſet.

Cur nec per alium,

Quia mendacium natura ſua eſt

vtputa per homi-nem, vel per Ange-lum? peccatum, cuius Deus cauſa eſſe nō poteſt. Si enim per miniſtros ſuos aliquando feſeliſſet, ſacrarum litterarum firmitas certè corrueret, fideique fundamenta laberentur, dū dubitaretur, an in his, vel in illis per miniſtros ſuos vera locutus eſſet Deus. Vide comment. 162. tertiæ partis.

Ex Comment. XXIV.

Vide cap. nunc autem, diſt. 21. p. 2. 75.

Confeſsio fidei neceſſariane eſt ad ſalutem? Vtique, ex vi præcepti affirmatiui obligantis pro loco, & tempore: & hoc eſt de fide.

Eſtne diſcrimen aliquod inter præcepta affirmatiua, & negatiua? Etiam: Præcepta enim negatiua obligant vbique, ſemper, ad ſemper: vt eſt illud: Nec iures vana per ipſum; ſi quidem nullum eſt tēpus, vel locus, in quibus oppoſitum præſtare liceat. Affirmatiua verò, vt: Vnum cole Deum; obligant quidem ſemper, ſed non ad ſemper; at pro certis locis, atque temporibus. Præceptum igitur confitendi fidem per actum exteriorem, cum ſit affirmatiuum, non obligat pro quauis temporis differentia ſed pro loco, & tempore.

Quid intelligis pro loco, & tempore? Quando, ſcilicet, per huius confeſsionis ommiſsionem ſubtraheretur honor debitus Deo; vel vtilitas

proximis impendenda: quibus ceſſantibus neceſſarium non erit confiteri, ſed verbis, & factis poterit exterior fidei confeſsio ommitti.

Differūtne propriam fidem occultare, & alienam profiteri?

Vtique; nam primum licet, cum nec honor Dei, nec vtilitas proximi contrarium poſtulat. c. Clerici. de vit. & honeſta. cleric. Alienam autem profiteri fidem, vel negare propriam, dicendo ſerlò ſe non eſſe Chriſtianum, vel proprio infidelium vtendo habitu; eo præſertim, qui in honore Idolorum, & ſectæ ſuæ inſtitutus eſt, nullo pacto licet: quoniam id ſuapte natura malum eſt, quod nuſquam licet admittere; cum hæc fieri haud poſsint ſine profeſsione cultus illius, quem infideles retinent. Vide Comment. 66. Secundæ Partis.

Cenſenduſne hæreticus, qui quo tempore fidem fateri obligatur, eam abnegat verbis vel factis, veluti à Turcis captus?

Hæreticalia facta, vel coactione abſoluta, & inſuperabili committuntur: vt ſi quis ligatus, & penitus renitens per alios cogatur genua Mahometo flectere, aut circuncidi. Nullum enim hic adeſſet peccatum; cum nulla eius interueniat voluntas. Vel committuntur coactione mixta, ſeu conditionali: vt ſi quis metu mortis cogatur abnegare Chriſtum; vel Papæ poteſtatē, verum eſſe prophetam Mahometū confitendo. Hic enim proculdubio mortale peccatum committit. Nam potius

potius moriendum eſt, quàm id perpetrandum. Vide Alex. Peſant. 2. 2. q. 3. art. 2. diſp. 1. Nauar. de hæret. conſ. 7. n. 23.

Qui ergo coactione mixta hæreticalia committunt, excuſabunturne à ſuſpitione hæreſis?

Etiam; ſiquidem manifeſtum eſt hos inuoluntarios hæc mala patrare, licet moriendo poſsint euitare. At quia mori magnum eſt virtutis opus, & valde difficile: ideò vitam potius elegerunt cũ peccato, quàm mortem cum gloria. Verum quoniã eorumdem volũtas in facta ipſa hæreticalia apertè conſentire minimè videtur; cum ſuppliciorum metu, & mortis hæc fecerint; ideo ab hæreſi excuſantur. Hæreſis enim nec in dictis, nec in factis conſiſtit, ſed in intellectu, & voluntate: attenta præcipuè humanæ naturæ noſtræ fragilitate, quæ incommode quæque timens, mala quæq; grauiſsima committit.

eſt ſ a-cilè talia coactè ſe commiſiſſe aſſerẽs?

Nequaquam: ſed requiritur vt doleat, & metu ceſſante ſtatim conuertatur, & pœniteat: alioquin, ſi diù tacuerit, nec reclamauerit, ratum habuiſſe videtur turpem, & hæreticalem actum.

Si metus fuerit fuſtigationis, carceris, vel eorum, quæ nec vitam adimere, nec membrorum mutilationem afferre poſ-

Perſona grauis, cauſam fidei probè intelligens, quales ſunt Epiſcopi, Clerici, Theologi, Nobiles, vehementem ſaltem non effugient hæreſis ſuſpicionem: nam indicare videntur, ſe in fide languere, dum

ſunt, excuſabiturne? leuem ob cauſam eidem renunciârȝ & non obſcurè præſumuntur, corde fidem deſeruiſſe, ac contrarium errorem approbaſſe.

Idemne iudicandum erit de fœminis, puellis, pueris, & ſimilibus? Nequaquam; cum minor metus eoſdem facilius auertat.

Quonam pacto tractandi erunt hæreticalia committentes coactione abſoluta? Benignè, & mitiſsimè tractandi, ſi ſtatim poſt lapſum reuertantur; ſi nulla in eis hæreſis, aut ſuſpicio orta fuerit: impoſitis pœnitentijs pro qualitate culpæ, & perſonæ; propriæque ignauiæ, & turpitudinis admonebuntur.

Quid agendum cum tardè reuertentibus, aut leui timore ſuccumbentibus? Si Prælati ſint, Clerici, Monachi, vel Theologi, grauius puniēdi ſunt, & ad abiurationem cōpellēdi, propter hæreſis ſuſpicionem, quam meritò contraxerunt.

Verbū Dei eſtne ſemper, & vbiq; prædicandum? Nequaquam id temerè faciēdū, vbi præcipuè fides noſtra deluderetur, & nulla vtilitas inde ſperaretur. Vide Leonis X. bullam tertiam, & Pauli III. bullam ſecundam.

Ex Comment. XXV.

Vide Comment. VI. huius partis; P. Cened. collect. 20. ad 6.

Licetne publicè diſputare de fide? Vtique; ſed non de ea dubitādo: ſiquidem peccatū eſt infidelitatis. Diſputare autem ad eam confirmādam:

dam: & ad hæreſes ei oppoſitas refutandas; & ad exercitationem, vt veritas intelligatur, licet; coram ſapientibus tamen in fide firmis; non autem coram ſimplicibus, & idiotis; quoties vel infirmi, vel titubantes ſunt in fide; vel corrupti, aut deprauati ab hæreticis.

Quibus de cauſis diſputatio de fide ſuſcipitur?

Vt ſimpliciores in veritate inſtruantur, & confirmentur; impij verò conuicti reducantur, & decepti ab erroribus liberẽtur. Vt de vero ſcripturarum ſenſu diſputetur, non in dubium definita per Eccleſiam renocando; ſed dubia in eis reperta declarando. Vt dogmatum cõtrouerſiæ inter catholicos, & hæreticos componantur.

Quinam poſſunt publicè, vel priuatè diſputare de fide?

Clerici.c.2.§.inhibemus.de hære. in 6. Non autem laici, quamuis eruditi. Nam verè laicus in Iure dicitur, qui Clericus non eſt, ſiue ſit literatus, ſiuè illiteratus. Quibus etiã prædicare interdicitur. Nauar. de hæret. conſ. 17.

Id ergo indiſtinctè eſt tenendum?

Bifariam de fide diſputare contingit. Primò quidem ſeriò, vel cũ hæreticis, vel inter catholicos: Et hoc modo laicis omnibus nõ licet. Id enim eſt Eccleſiaſticorum, vti fiebat in Concilijs. Indignum namq; eſſet, præſentibus Dei Sacerdotibus, laicos de fide tractare, niſi laici alicuius inſignis eſſet eruditio

hic enim de fide diſputans audiri poſſet; præcipuè in caſu neceſsitatis, vt in partibus & locis hæreticorum propinquis. Secundò poteſt diſputari de fide non ſeriò, ſed fictè, nempe honoris, & exercitationis cauſa; qua ratione non eſt prohibitum laicis.

Ex Comment. XXVI.

Quid eſt proteſtatio? Eſt profeſsio, ſiue confeſsio fidei exterius facta, ad oſtendendũ quid interius de fide ſentiat proteſtans.

Qui generaliter proteſtatus eſt ſe credere quod credit Ecclesia ſi poſtea labatur, excuſabiturne? Minimè, ſi erret in his, quæ ſcire debet explicitè: nam ſi huiuſmodi proteſtationes excuſarent, liberum cuique eſſet quas vellet hæreſes impunè docere. Et pauci fuere hæretici, qui huius proteſtationis velamine, non fuerint conati ſuas hæreſes tegere, & pietatis prætextu ita defendere.

Excuſabiturne ſi negauerit id quod explicitè credere non tenetur? Vtique; ſi tamen paratus ſit legitimo obedire monitori, errorẽ poſt monitionem deponendo.

Idne verum erit de quibuſcunque errantibus perſonis? Verè de idiotis, & rudioribus tãtum id eſt accipiendum, quos probabilis ignorantia excuſare poteſt. Literati autem errantes in his, quæ difficilia adeò, & obſcura exiſtunt, vt doctos quoque interdum lateãt, præcedẽti iuuabũtur proteſtatione.

Inqui-

Quinã legitimi erunt monitores? Inquiſitor, & Epiſcopus; cum m nent vt Iudices; hoc eſt, re matur conſiderata, inſpecta prius propoſitionũ qualitate, habita cũ Iuriſperitis deliberatione exquiſita.

Proteſtatio contraria factis iuuabitne proteſtantem? Proteſtans ſe generaliter credere prout Eccleſia, ſi ritu tamen Iudeorum Paſchalem agnum occidat, & manducet, Sabbatum colat, &c. nõ iuuabitur.

Conuictus de hæreſi, quã non vult confiteri, ſi proteſtetur ſe credere &c. excuſabiturne? Nequaquam, ſed tanquam negatiuus, & impœnitens brachio relaxãdus erit ſeculari. Vide comment. 48. 3. partis, & 59. 2. partis.

Finis Commentariorum, Primæ Partis.

FLORES COMMENTARIORVM, SECVNDAE PARTIS.

EX COMMENT. I.

Opus morale Sanchez lib. 2. cap. 3.
Pet. Cened. collect. 66. & 103. ad decretales.
Silueſt. verbo hæreſis. q. 3.
Nauar. Man. conf. c. 11. nu 22.

Quomodo intelligendus textus de hæreticis: Dubius in fide infidelis eſt, nec eis omninò credēdum.

HOC pacto, nimirum, Vt infideles aduerſus Chriſtianos non teſtificentur de fide: id enim deducitur ex Epiſtola Decretali prima Sixti Papæ I.

Habetne alium ſenſum?

Etiam: Intelligitur namque de dubitantibus in fide catholica: quia ponitur ſub titulo de hæreticis, non autem de teſtibus. Ratio eſt: Quia quando textus eſt dubius, rubrica, ſub qua ponitur, probat qualiter ſit intelligendus: itaut hoc in loco Summ. Pont. velit dicere: Qui dubitant de fide Catholica hæretici ſunt iudicandi.

Cur dubius in fide cēſendus hæreticus?

Quia deſerentes fidem catholicā hæretici, vel apoſtatæ fiunt; & ideo deſerere videntur, quia de bonitate, & certitudine eius dubitant; illā

eligen-

eligentes diſciplinam, quam putan meliorem. c. hæreſis. 24. q. 3.

Cum aliquid credendũ proponitur, quid neceſſariò requiritur?

Firmitas, & ſimplicitas: illa ad excludẽdam titubationem; hæc ad errorem repellendum: Siquidem error, & titubatio in credendis fidei aduerſantur.

Ad hæreſim conſtituendam quid neceſſariò exigitur?

Scientia, vel notitia contrariæ veritatis; quia non ſufficit quod Chriſtianus erret in fide, niſi ſciat etiam id quod approbat contrariũ eſſe catholicæ veritati, & ita hæreticus verè cenſendus, qui ſciens, & ſufficiẽter monitus illud eſſe catholicum dogma, deliberatè ſciens, & volens amplectitur contrarium. Caet. 2. 2. quæſt. 11. art. 2.

Quot ſunt genera eorum, quæ ad fidem pertinent?

Tria, ex D. Tho. 2. 2. q. 2. Primum eorum quæ ad fidem ſpectant directè; cuiuſmodi ſunt duodecim articuli in Symbolo Apoſtolorũ contenti, à quolibet fideli explicitè credendi. Alterum eorum, quæ indirectè ad fidem pertinent; quia nõ proponuntur principaliter ad credendum, prout duodecim articuli; ad eorum tamẽ negationem ſequitur negatio omnium articulorũ fidei; cuiuſmodi ſunt ea, quæ in ſacris litteris continentur. Tertium eorũ eſt, quæ in ſacris litteris expreſsè nõ ponuntur, ex illis tamen per Eccleſiam deducta ſunt, & definita, tanquam de fide credenda: V. g. Quod

Spi-

Spiritus ſanctus procedat à Patre, & à Filio, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione, cap. fideli. de Sũma Trinit. & fid. cath. in 6. Quod vſuram exercere ſit peccatũ mortale. Clement. 1. de vſuris.

Dubitans de credibilibus ſubreptiiia tẽtatione eſtne hæreticus?

Nec hæreticum facit talis tentatio, nec ſapit hæreſim; quia contra voluntatem frequenter accidit; immo qui bene ſe confirmat in fide, & reſiſtit, meretur. Et ita intelligendum Apoſtoli dictum: Tentatio vos non apprehendat, niſi humana.

Quid de proponente conclusionem de fide ſub dubitatione: videlicet, An Deus ſit trinus?

Non peccat ſed dignus eſt laude; quoniam per modũ dubitationis procedit ad declarandas fidei veritates, ſuppoſito tanquam certo fundamento, quod veritates illæ veriſsimæ ſint, & certiſsimæ.

Quid de dubitantibus imperfecta adhæſione, vt peccatores?

Omnes, eo ipſo quod non viuunt ſecundum illa, quæ credunt, imperfectè credunt; quia ſi perfectè ijs, quæ credunt, adhærerent, ſic profectò viuerent, quaſi de hoc mũdo poſt modicum egreſſuri: hic enim dubitandi modus hominem conſtituit non hæreticum, ſed malum Chriſtianum.

Cõtra peccatores ſic dubitantes poterit Inquiſitor procedere?

Etiam, ſi vel conſortium hominum euitẽt, vel nunquam aſſumant pœnitentiam: vel ſacrum nunquam audiant, aut Eccleſiaſtica ſacramenta nunquam recipiant; vel Eccleſiæ mandata ſuo tempore, non obſeruent;

uent; vel, impedimento ceſſante, tempore opportuno non ieiunent; vel ab eſu carnium non abſtineant. Ex his, & ſimilibus hæreſis ſuſpicio oritur, maior, aut minor, pro quālitate criminis, & aliarum circumſtantiarum. cap. Excommunicamus. de hæret.

Danturne vitia, ex quibus ratione ſpeciali oriuntur hæreſes?

Etiam: Amor ſui, Inanis gloria, Auaritia, Concupiſcentia carnis, Superbia, Ambitio, & Inuidia.

Datur alius dubitãdi modus circa credibilia?

Vtique; vt cum quis ſciens, volens, nec dubitationi reſiſtens, nec magis applicat mentem ad veritatē Catholicam, quam ad errorem contrarium; ſed medius inter vtramque partem nutat, & inuitus fertur; nec curat quid potiſsimum ſequatur, pãratus nunc illam, nunc aliam ſequi, aut eligere partem; parum intereſſe ſua cogitans, aut dicens, An hoc, vel illud credat. Talis enim hæreticus cenſendus. D. Thom. 2. 2. q. 10. artic. 7. & q. 4. art. 8.

Dubitantes hoc modo, & redire volentes, quomodo abiurabunt?

Vt hæretici formales; niſi tales ſint, vt probabiliter præſumi poſsit, ꝙ verè, & perfectè nō ſciebāt catholicas veritates, de quibus dubitabant; quia ſimplices erant; quales multi Laici, & Ruſtici: Vel quia in hæreticorum terris commorati, vbi Catholica dogmata rarò prędicantur, vel in dubium reuocantur, Aut

quia

quia non dubitarunt de ijs articulis, quæ in Eccleſia ſolemnizari conſueuerunt; tunc Iudicantis arbitrio, vt ſuſpecti de hæreſi abiurabunt.

Cur tanquam hæretici iudicandi, cum abſuerit pertinacia? Satis pertinaces fuerunt, quia catholicam ſcientes veritatem, de ea deliberatè dubitarunt: nec Eccleſiæ doctrinam firmiter infallibilem, & certam ſuppoſuerunt: Nec poteſt negari, quo tempore volũtariæ dubitationi hæreticæ aſſenſerunt, pertinaces non fuiſſe.

Si quis dubitaret declinando ad fidei veritatem, magis quã ad oppoſitã partẽ? Hæreticus non iudicandus, ſi ex infirmitate quadam dubitaret, prout in primis motibus: & in illis, qui a natura hoc habent, vt in qualibet re ancipites ſint, & dubij, aſsiduis conſcientiæ ſcrupulis agitati.

Si quis dubitaret ſcienter, & voluntariè, inclinando magis in doctrinam catholicæ fidei contrariam tenaciter ei adhærendo? Hic verè, & propriè cenſendus hæreticus: quia nil eorum deeſt, quæ ad hæreſim, & hominem hæreticum cõſtituendum exiguntur.

Quid ſi de tota fide Christiana dubitaret? Hæreticus, infidelis, & pertinax, immo apoſtata verius exiſtimãdus; quia non eſt paratus corrigi per doctrinam quam dubitat veram.

Quid ſi certò & deliberatè de vno tantum fidei articulo dubitaret? Hæreticus cenſendus, & vt talis puniendus: quoniam non habet fidẽ formatam, nec informem, D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 3.

Quid ſi dubitaret de Si rationis capax, ſcienter, & deliberatè;

ijs, quæ ad fidē ſpe-ctant directè?

liberatè; nec ab hæreſi, nec ab hæreticorum pœnis excuſarur D Tho. quol.3.q.4.art.10.

Quid ſi dubitaret circa ea, quæ ſunt fidei indirectè?

Abſque hæreſis,& peccati periculo id euenire poteſt,donec admonitus fuerit legitimè: quia non tenetur explicitè credere huiuſmodi credibilia: ſed implicitè tantum, & in præparatione animi; videlicet,vt paratus ſit credere quicquid in diuina ſcriptura continetur: & quando ei conſtiterit, ſecluſa pertinacia, in doctrina fidei ea contineri, de quibus dubitat, tunc illa credere tenebitur explicitè. D.Tho.1.par. q 32. artic.4.

Tenentur oēs æqualiter ad hæc credibilia credendum?

Nequaquam;ſed magis, & minus attenta perſonarum, ac ſtatus qualitate;qui enim alios erudire debēt, vt Epiſcopi,Theologi,Curati, & Sacerdotes, obligantur magis ad plura huiuſmodi credenda; & ideo præſumuntur explicitè plura credere. D. Thom.1.par.q.12.

Quid ſi dubitaret circa credibilia tertij generis (nimirum) per Eccleſiam definita?

Non cenſendus hæreticus. quando ea ſcire veriſimiliter non præſumitur, & antequam legitimè fuerit admonitus: Quod ſi monitus in dubitatione perſiſtat, tunc velut hæreticus iudicandus.c.Maiores.24.q.1. D.Tho.1.par.q.32.art.4.

Obligantur omnes ad credibilia tertij generis?

Etiam; non æqualiter tamen, ſed gradus hominum,ac ſtatus, pro munerum diuerſitate, & officiorum verè attendendi.

Si quis de rebus dubitaret ad fidem ſpectantibus, hucuſque non definitis?

Talis enim exempli gratia dubitans, An Beata Virgo Maria fuerit in originali peccato concepta, non erit de hæreſi ſuſpectus, nec peccabit; ſi tamē paratus ſit credere quod Eccleſia definiet, vbi determinatio ſubſequetur aliquando D. Tho. loco præcitato.

Obſeruandumne aliquid circa ea, quæ adhuc per Eccleſiã non ſunt definita?

Etiam: Tenemur enim ſequi opinionem multorum potius paucorũ; grauiorum doctorum, magis probatorum, & celebrium, qui Sanctorum Patrum doctrinis adhærere conſueuerunt, fortioribus, ac validioribus rationibus innixi.

Quid de ſequentibus incertas, ac dubias Magiſtrorum opiniones?

Videndus D. Thom. quodl. 3. q. 4. art. 10. Albertin. de agnoſcendis catholicis aſſertionibus, q. 21. num. 34. Auguſt. de Anconá de poteſtate Papæ. q. 28. art. 2.

Ex Comment. II.

Quomodo intelligendus tex. Qui alios, cum poteſt, ab errore non reuocat ſe ipſum errare demōſtrat?

Non de quolibet errore generaliter, ſed tantum de fidei errore; quia fauentes hæreticis, & eorum errores permittentes, cum impedire poſſint, & debeant; id tamen reuera non faciant, (non tamen intellectu errante, ſed affectu alliciente) quãuis verè, ac propriè non ſint hæretici, iuris tamen fictione cenſentur hæretici. c. Error. & c. Conſentire. 83. diſtin.

Etiam;

Habenda eſtne perſonarum ratio? Etiam;quia ſi Epiſcopus, aut Inquiſitor, non impediat, vbi poſsint, hæreticalium dogmatum prædicationem,ſiue librorum vetitorum lectionem, aut retentionem, hæretici cenſentur, & vt tales in exteriori foro poſſunt tractari.

Cur ita? Quia quandocunque poteſt aliquis contradicendo impedire,ſi nõ impediat, ſed diſsimulet, & taceat conſentire præſumitur.

Quibus tales coercendi pœnis? Acrioribus, ijs ipſis, qui propter malorum conniuentiam, & conſenſum delinquunt: imò Epiſcopi dignitate priuandi. Glo. Clement. 1. de pœnis. c. Excommunicamus. il primo de hæret.

Cur aliquando nõ procedunt Epiſcopi contra hæreticos? Quia à Dominis temporalibus illis interdicitur, & nonnunquã ob hæreticorum potentiam, & multitudinem; Aliquando verò propter auaritiam, ab hæreticis eorumq; fautoribus pecunia corrupti: Vel ob alias cauſas,quibus interdum ſuccũbit humana fragilitas.

Alij ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus tenẽtur hæreticos reuocare? Etiam ſub excõmunicationis pœna: imò tenentur denunciare, ij præcipuè qui ſuper hoc iuramentũ præſtiterunt. cap. Excommunicamus, de hæreticis. Et ita Greg. 9. in bulla Excommunicamus, prout in fine huius operis.

Reuocarine poterunt correctione fraterna? Vtiq; ſed tuti' correctione omiſſa illos denunciare.

Ex Comment. I I I. Vide Comment. LII. huius partis.

Vide Alex. Peſant. 2. 2. q. 11. art. 1. diſp. 1. Pet. Cened. collec. 8. ad decretales.

Damnato auctore cẽſentur damnati eiuſdem libri? Vtique: cum ad plures perueniãt libri, quam auctores, & magis noceant. Idque verum eſt etiam *ſi* de eiuſdem libris nominatim nihil caueatur; quamuis multa bona continerent libri ipſi. Idque debet intelligi non modo de libris iam conſcriptis dum ille damnaretur, ſed etiam de quibuſcunque alijs deinceps compoſitis, & editis abſque noua damnatione.

Librorum prohibitio quoſnam afficit? Omnes, præter Inquiſitores, & eorum Vicarios.

Comprehenduntur ne Epiſcopi? Vtique, Iure communi; quamuis per noui Indicis regulas eandẽ obtineant facultatem, quam Inquiſitores.

Poteſtne quilibet comburere, vel aliter perdere libros vetitos? Affirmant quidam: licet tutius videatur eoſdem Inquiſitoribus côſignare. Imò neceſſarium videtur, attento Iulij Tertij reſcripto, prout in fine huius operis.

Quid Inquiſitoribus agendum cum liber dãnati hæretici illis defertur? Interrogent deferentem vnde illum habuerit; ne fortè eo libro fuerit abuſus, aut ab aliquo timente prodi mittatur.

Poſſuntne Inquiſito- Minimè; vbi libri ipſi damnati fue-

res, legendi libros damnatos facultatē concedere?

fuerint abſolutè: vbi verò vſque ad correctionem tantum, illos ipſos viris doctis permittere poſſunt. Hodie tamen reſcripto Gregorij XV. non poſſunt Inquiſitiones concedere facultatem retinendi, & legendi libros vetitos.

Inquiſitores poſſuntne hæreticorū libros aliquos permittere?

Vtique; ſed eos, qui ex profeſſo de religione non tractant: aut ab hæreticis conſcriptos, dum catholici forent; ab ipſis tamen Inquiſitorib⁹ examinatos, & approbatos. Vide Iulij III. Bullam ſecundam, & Pij IV. Bullam quintam.

Quid de libro praua continente dogmata ab auctore nondum damnato?

Legēdus per theologos graues, & probatos, prauorum dogmatum, & catholicarum aſſertionum notitiam habentes.

Confeſſarij poteſtate ordinaria poſſunt abſoluere retinentes libros prohibitos?

In Bulla Cœnæ excommunicātur hæreticorum libros retinentes, vnà cum Confeſſarijs eoſdem abſoluere præſumentibus. Vbi autem libri alio titulo, quàm propter hæreſim fuerint damnati; poterunt eoſdem retinentes abſoluere; ſi tamen illos ipſos Inquiſitoribus, vel eorum Vicarijs prius conſignauerint. Nauar. de hæret. conſ. 3.

Vbi ſub anathemate interdicatur ne quis libros vetitos retineat, contrafaciens erit hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus?

Suſpectus habendus eſt: & eò magis vbi liber ab eodem fuerit compoſitus. Si autem ex propoſito hæreſim in eodē libro ponat, eamque contra catholicam fidem ſtabilire cōtēdat, hæreticus cenſendus erit.

Si verò ex ignorantia potius, quàm malitia hæreticale dictum continere videatur, in rebus præcipuè obſcuris, quas nõ facilè explicitè quis ſcire præſumitur, re vera non putaretur hæreticus.

Libros igitur vetitæ lectionis retinentes, quo ſuſpicionis gradu erunt ſuſpecti?

Perſonarum, & librorum habenda erit ratio, vt ſuſpicio ipſa vel leuis, vel grauis, vel vehemens, vel violenta cenſeatur. Fieri namque poteſt, vt abſq; vlla hæreſis ſuſpicione, libri damnati penes aliquem reperiri poſsint: vt de imperito, & de eo, qui cum hæreditate, vel mercibus accepit occluſos, nec adhuc exſoluit. Vel ſi libri ab hæreticis eſſent conſcripti, nihil tamen contra fidem continerent. Aut retinens ipſos vir probatiſsimus eſſet, à quo malitia omnis abeſſe putaretur.

Libros huiuſmodi retinentes poterũt hæreticorum fautores appellari?

Vtique; nec illa iuuabũtur proteſtatione, quod illos eoſdẽ ad cõfutandum ſibi retinerent. ita in Cõcil. Conſtantienſi ſeſſ. 15.

Qua ergo puniendi ſunt pœna?

Iure Ciuili, vltimo ſupplicio: at Iure Canonico, nunc acriori, nunc leuiori, pro qualitate, & modo delicti, & delinquentium. Aliquando verò poſt abiurationem, ieiunia, orationes, & peregrinationes inflicta fuere.

Gradus ſuſpicionum ex vetitorum librorum lectione quomo

Præter perſonarum qualitatem, ſequentia etiam attendenda. Si inconſideratè legit: Si parum, & ſe-

do notari poſſunt? mel: Si vnum librum tantum: Si monenti, & reprehendenti non difficulter obtemperauit: Si præſentauit Inquiſitori, vbi nouit vetitum; Si abſolutionis beneficium quęſiuit ſedulo: Et ſimilia, quæ obedientis ac Chriſtiani pectoris vera ſunt indicia. Hæc enim leuem, aut nullam præſeferent hæreſis ſuſpitionem. Si autem res aliter ſe habeat, & reſultent indicia ſupranarratis cōtraria; tunc vehemētis hæreſis ſuſpicio cōſurget.

Vetandum Iudæis, & infidelibus ne libros retineant vetitos? Etiam. Ita Gregorius XIII. Bulla incipiente: Antiqua Iudæorum &c. 1581. prout in fine huius operis.

Tranſgreſſores quibus coercendi pœnis? Arbitrarijs; quia nil in Iure cautum. Attendenda tamē delicti qualitas, ac delinquentis malitia.

Ex Comment. IV.

Epiſcopus poterit hæredes inſtituere hæreticos, ſiue conſanguineos, ſiue extraneos? Nequaquam: immo in pœnam poſt mortē erit anathematizandus; ac nomen eius ex memoria ſacerdotum amouendum. Eccleſia enim capiet eius bona.

Hæretici poſſunt poſt mortem excommunicari? Cum primū in hæreſim incidūt, ipſo Iure ſunt excommunicati, taleſque decedunt; niſi ante mortem Eccleſiæ reconcilientur. Nō igitur poſt mortem iterum excommunicātur, ſed maledicuntur, execrātur, & excommunicati declarantur.

Hæreticorum propria nomina deleri debent ex eorũ libris, qui de fide ex profeſſo non tractant? Vtique; quoties non nominãtur vt refutentur, & damnentur.

Permittēdæ ſunt imagines, vel ſtatuæ hæreticorum? Minimè, niſi cum dedecore, & ignominia pictæ, & factæ fuiſſent.

Ex Comment. VIII.

Epiſcopi, vel Clerici poſſunt ſede vacante definire dubia circà fidem? Haud quaquam. Id enim ſolius Romani Pontificis munus eſt. Declarare quidem poſſunt Epiſcopus, vel Inquiſitor quempiam hæreticũ eſſe; cũ in ijs errauerit, quæ iã declarata ſunt, & definita per Eccleſiã.

Quinam confeſtim ab hæreſi redire intelliguntur? Ij ſanè, qui ante ſententiam definitiuam conuertuntur. Vel Inquiſitorum arbitrio id relinquitur; cum ſtatuta in hæreticos lata, ſi dubia fuerint, interpretari poſsint.

Inquiſitores habentne Ius in quoſcunque perſonarum gradus? Etiam: Epiſcopis, legatis, & Sedis Apoſtolicę officialibus exceptis. Vide Pij IV. Bullam quartam. Item Pauli V. in fine huius operis.

Ex Comment. IX.

Poſſunt Inquiſitores hæreticis non relapſis redeuntibus ante definitiuam ſententiam, bona condonare? Poſſunt; & ſententia iſta de Iure communi vera eſt.

Hæreticorum filijs catholicis ſuntne relinquenda aliqua?

Minimè; nec etiam legitima; & præcipuè in terris Summi Pontificis iuriſdictioni ſubiectis. Nec eſt iniquitas tanta vti ſeueritate, vt Parẽtes à graui hoc crimine committendo auocentur.

Pueris, & puellis hæreticorum pauperibus relictis prouidebuntne Inquiſitores?

Etiam, ex miſericordia: nam maſculos iam corpore validos, alicui arti mechanicæ iubebunt addici: fœminas quibuſdã matronis aſſignabunt, vt eis famulentur, & ab eis in fide inſtruantur. Cæteris, quibus per ætatem, aut incommodam valetudinem laborare non licet, tenuia alimenta ex paternis bonis, ex ſola miſericordia ſubminiſtrabũt: Principes cum Eccleſiaſticos, tum ſeculares interdum deprecantes, vt in huiuſmodi filios aliquã exerceãt liberalitatem. Quæ res in primis ad eos ſpectat, ad quos dãnatorum bona ex confiſcatione prouenerunt:

Quid, ſi magni alicuius Principis ob crimen iſtud bona fuerint proſcripta?

Is, ſi filias habuerit, ab eo cui bona obuenerunt, honorificè erunt dotandæ.

Ex Comment. X.

Patrocinari licet pro hæreticis?

Nullo modo. Secus vbi nondum exploratum eſt; an verba, vel facta alicui obiecta, ſint hæretica, manifeſtamq; hæreſim ſapientia. Vel cũ nondum teſtibus, vel legitimis probationibus de hæreſi conſtat: habi-

ta: tamen ab Inquiſitoribus facultate, ſolemni præcedente iuramento de iuſta defenſione præſtanda, & de abſtinendo, vbi clarum erit, qui defenditur hæreticum eſſe.

Ex Comment. X I.

Laici prædicare poſſunt diuinū verbū?

Minimè. Per laicos autem eos intelligimus, qui ſacro aliquo ordine, haud ſunt inſigniti: tametſi ſciētia valde ſint eruditi. Neque fœminis, quamuis doctiſsimis vllo modo licebit. c. ſicut in vno de hæret.

Cur dicitur, Ne laici præſentibus Clericis prædicent? ergo ijs abſētibus licebit?

Argumentum à contrario ſenſu non valet, quoties abſurdum aliquod ſequitur, aut alijs repugnat legibus.

Ex Comment. X I I.

Inquiſitores procedere poſſunt contra leuiter ſuſpectos de hæreſi?

Vtique; ad examinationem, inquiſitionem, & veritatis indagationem: non tamen ad condemnationem, & punitionem.

Suſpecto leuiter poterit indici abiuratio?

Vtique.

Ex delictis, & indicijs leuibus, poteſt ad capturam procedi?

Nequaquam, propter inſigne honoris detrimentum, quod in hoc crimine ſola captura afferre dignoſcitur. Prudentia opus eſt, & iuxta perſonarum qualitatem iudicandum.

Hæretici quot, & qui-

Tribus præcipuè: Spirituali vna, vide-

bus præcipuè affi-ciuntur pœnis. videlicet, excommunicatione. Corporali altera, cum, niſi reſipiſcant, Curiæ relaxentur ſeculari. Tertia itẽ vitæ afflictiua, nempè confiſcatione bonorum. Vide Innoc. III. Bullam ſecundam. Nicol. III. primam. Innóc. IV. 16. & Mart. V. in fine huius operis.

Quo tempore excommunicari cœperunt hæretici? A Chriſto ipſo: vt dicitur Matth. 18. Si te non audierit, ſit tibi tamquam Ethnicus, & publicanus.

Ex Comment. XIII.
Pet. Cened. collect. 83. ad decretales.

Infideles admittuntur ad ferendũ teſtimonium contra Chriſtianos? Vtique: immo & Iudæi ipſi, ne ex defectu probationum tã graue ſcelus impunitum remaneat.

Iudæi ſubduntur Inquiſitorum poteſtati? Vtique; quoties fidem impediũt, vel blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, vel apertis perſecutionibus. Vide Pauli Tertij Bullam ſecundã.

Q̃uo iurabit Iudæus de dicenda veritate. Non ſuper Euangelia, quibus nõ credit, ſed ſuper legem ſuam.

Ex Comment. XIV.

Quid eſt purgatio canonica? Eſt innocentiæ oſtenſio de crimine obiecto.

Ad quid tenẽtur cõpurgatores? Iurare debent ſe credere Reum iuraſſe verum; cum dixit ſe nunquã, aut cõmiſiſſe, aut dixiſſe ea, ob quæ infamia laborat, Iudicis autem arbitrio

bitrio compurgatorum munus relinquitur.

Purgatio Canonica quādo indici poteſt?

Cū graui hæreſis infamia aliquis laborat, aut eſt de ea vehementer ſuſpectus, aut graue ſcandalū in cauſa fidei populo dedit.

Quot requiruntur in compurgatoribus.

Quinque. Primum vt ab Eccleſia tolerentur. Secundum, quod ſint bonæ famæ. Tertium, quod non fuerint de criminibus condēnati. Quartum, vt illius, quem purgant, vitam notam habeant. Quintum, quod iurent ſe credere, verum iuraſſe Reū.

Canonica purgatus purgatione poterit ad abiurationem cō-pelli?

Vtique non ob illas hæreſes, de quibus iam purgatus erat; ſed ob familiaritatem ſcienter cum hæreticis initam.

Si in ipſa deficiat purgatione quomodo puniendus?

Regula communis eſt: quod ſicuti puniretur Reꝰ de crimine, de quo impetebatur, ſi cōuinceretur: ſic punietur ſi in purgatione deficiat. Pœna igitur ordinaria puniri poteſt, & Curiæ ſeculari relinqui.

Eritne audiendus, ſi pœniteat, & miſericordiam imploret?

Vtique.

Quid ſi in purgatione deficiens, alias in hæreſim incidiſſet?

Tamquam conuictus, & relapſus Curiæ ſeculari penitus tradendus erit.

Quid agendum cū vehemēter ſuſpecto de hæreſi?

Vel Canonica purgatio indicenda, vel abiuratio, vel torquendus. Siquidem quælibet iſtarum pœna-

rum

rũ eſt efficax ad ſuſpicionẽ tollendã

Quid ſi Reus tormentum ſuperauerit?

Attendenda indiciorũ qualitas, & modus tormenti. Nã & ætas Rei torti, & vbi indicia omnia Reus purgaſſe videatur, abſoluendus, rebus ſic ſtantibus. Vbi verò non ſufficienter tortus appareat; ad abiurationem de leui, aut vehementi compellendus, vel ſaltem mulctandus.

Præcipiendum Reo, vt fidẽ publicè laudet, errores deteſtando?

Vtique doctis tantum; cum de fide, verbis, aut factis malè ſenſerint.

Cum agitur per viam inquiſitionis mitius agendum, quàm per viam accuſationis?

Vtique.

Ex Comment. XV.

Petr. Cened. collect. 127. ad decret.
Menoch. de arbitr. caſu 104.
P. Cened. collect. 5. ad 6.
Prax. Archiep. Neap. c. 8. & 32.

Frater poteſtne, pro, & contra Fratrẽ teſtimonium dicere?

Vtique: in defectum tamen aliarum probationum.

Filius tenetur Patrẽ hæreticũ denunciare?

Etiam; quia Deo potius, quam parentibus eſt obediendum. c. Relatum. de ſenten. Excõmunicationis. Contrarium tamen docet Simãca, in libello de Patre hæretico.

Præmium aſſequetur

A pœnis in hæreticorum filios à

Iure

filius Patrem hæreticum deferendo? Iure ſtatutis liberabitur.

In crimine hæreſis ſtabitur primo, vel ſecundo dicto? Speciale eſt in hoc crimine, vt poſteriori dicto fides adhibeatur, ca. Accuſatus.§.licet.de hæret. in 6. Vide Comment. 114. Tertiæ par. Menoch. conſ.1255.n.15.

Ex quibus ſignis coniicitur quempiam verè eſſe conuerſum? Si paratus eſt cautionem dignam præſtare: Si iniunctam humiliter receptet pœnitentiam: receptamque verè, & patienter adimpleat. Si autē vel vnum, vel alterum ex his deſit, non cenſetur verè conuerſus.

Ex Comment. XVI.

Mart. del Rio diſquiſit. mag. lib. 5. ſect.5.num 6.

Vide Comment. LXXII. huius par. Menoch. de arbitr. caſu 416.

Perſiſtens in excommunicatione per annum ſit de hæreſi ſuſpectus? Vtique; cum malè ſentire videatur de Sacramentis Eccleſiæ: ſiquidem ea non recipit, vt cæteri fideles, iuxta præceptum in c. omnis. de pœniten. & remiſs. Tum quia malè ſentire cenſetur de poteſtate Eccleſiæ; quoniam eiuſdem claues, & pœnas animo indurato contemnit. Vide Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 3. de reformatione. Vide Comment. 80. huius partis. Item Comment. 24. 49. 71. 3. part. Vide Bullam Nicol. III. & Innoc. IV. decimamſextam. Vide Sayrum de cenſuris. lib. 2. c. 10.

Vti-

In cauſis fidei puniuntur magis ſerui quã liberi, & ignobiles quam nobiles?

Vtique pœnis corporalibus, aut omninò arbitrarijs. Alias enim nobiles magis ſunt puniendi, quã ignobiles, aut ſaltem æquè. 24. quæſt. 1. c. Quia contra. c. grauem, de pęnit.

Ex Comment. XVII.

Menocb. de arbit. Iud. caſu 549.

Hæreticorũ libros trãſcribentes quanã afficientur pœna?

Amputatione manus, Iure Ciuili: at Iure Canonico, velut hæreticorũ fautores poterũt per Inquiſitores pęnis arbitrariis coerceri.

Idemne erit iudicium de impreſſoribus, ac hæreticorum librorum delatoribus?

Vtique: Aliquando enim præter excommunicationem, bonorũ quoq; patientur confiſcationem; aut, ſi viles fuerint, fuſtigari poterunt; ſi honeſtiores, exilio mulctari.

Quid ſi ſcriptor quid ſcribat, & librorum lator quid deferat, ignorent?

Immunes erunt ab huiuſmodi pœnis; quoniam ignoranti nihil imputatur: atq; ignorãtia præſumitur ſemper vbi ſcientia non probetur.

Qua puniendi pœna, qui catholicos libros falſauerunt, hæretica dogmata immiſcentes?

Excommunicandi; vt hæretici cẽſendi, & tractandi.

Ex Comment. XVIII.

Fraterna correctio habetne locum in crimine hæreſis?

Qui ſecretò quempiã audiuit proferentem hæreticam propoſitionem nec ſibi conſtat eundem hæreticum eſſe, cum ſit neſcius an ex ignorantia

illam protulerit, tenetur ſemel ſaltē illum ſecretò corripere, antequā fidei Iudicibus denunciet; vbi præcipuè delinquēs ſit vir ſimplex, & pius, & probabiliter præſumatur admonitione corrigendus.

Quid ſi nouerit quiſpiam ſecreto aliquē eſſe hæreticum, num denunciare tenebitur?

(Secluſis Inquiſitorum priuatis edictis, quibus omninò denunciari iubentur) denunciandus eſt occultus hæreticus abſque fraterna correctione præcedenti. Niſi quis forte exiſtimaret firmiter, quod ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet eum à tanto malo reuocare. Ita D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Idque licet vna tantum vice: quãuis tutius ſit correctione fraterna ommiſſa eoſdem denunciare: & præcipuè vbi in iudicio interrogati, quos ſcimus hæreticos, iuſiurandi religione maniſeſtare cogimur.

Excuſabitur quis iuramento de non reuelando præſtito?

Nequaquam. Ita D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. in reſpon. ad ſecundum.

Ex Comment. XIX.

In cauſa hæreſis poſſent teſtes recipi, ac ſententia ferri definitiua lite non conteſtata?

Vtique.

Quid operabuntur teſtes ita recepti?

Primò ad inquirendum iuuabunt. Secundò repetiti indicium faciunt. Tertiò

Tertiò ſi fuerint omni exceptione maiores, ad probandum, & conuincendum erunt idonei, reliquis iuxta judiciarium ordinem ſeruatis: vt videlicet, reis legitimæ defenſiones, vnà cum debitis defenſionum inducijs concedantur.

Ex Comment. XX.

Pet. Cened: collect. 55. ad Decret.

Quid cum quis brachio relaxatur ſeculari?

Exuitur priuilegio Clericali: â foro Eccleſiæ proijcitur; nec non Iudici ſeculari præſenti dicitur: vt eũ hominem in ſuum forum recipiat.

Inquiſitores pro irregularitate vitanda, quo pacto ſe habere debent?

Rogent Iudicem, vt cum ſibi traditis, miſericordia, ſi velit, vtatur. Vel Inquiſitores ipſi reos condẽnent coram Iudice Laico, atque ita damnatos â propria dimittant Iuriſdictione; quò ſecularis Iudex eoſdem ſtatim recipiens vltimo afficiat ſupplicio. Vide Innoc. VIII. bullã: & Alex. IV. bullam ſeptimam.

Nonne vetitum pro hæreticis intercedere, non modò cũ pro talibus ſunt declarati, ſed etiam pendente contra eos inquiſitione?

Vtique apud Eccleſiam, & forum Eccleſiaſticum. At cum ab hoc expulſi ſunt foro, non inconuenit Iudices Eccleſiaſticos pro eiſdem apud alienum forum intercedere. Vel dicas: Vetari quidem interceſsionem, quæ ad hæretici fauorem vel ad Iuſtitiæ impedimentum tendat: nõ autem eam, quæ conducit ad Irregularitatem vitandam, & ab ipſo Iure nomina-

minatim præſcriptã. Sayrus theſau. caſ. conſcientiæ.lib.6.c.18.n.15.

Ex Comment. XXII.

Quoties in anno hæretici cuiuſcunque ſectæ olim anathematizabantur?

Ter; videlicet, In die Cœnæ Domini: Aſcenſionis, & in feſto Dedicationis Baſilicarum Petri, & Pauli.

Vſus Bullæ Cœnæ Domini eſtne multum antiquus?

Minimè; cum nec S.Thomas, nec Eymericus, nec alij vetuſtiores auctores illius meminerint. Sed incepiſſe videtur à tempore Martini V. circa annum 1420. quo tempore Bohæmorum hæreſes in Concilio Conſtãtienſi damnatæ fuere.

Ex Comment. XXV.

Menoch. de arbit. Iudic. Caſu 539. & 414.

Pet. Cened. collect. 60. ad Decret.

Item collect. 101. ad decretales.

Nauar. c. Inter verba. n. 707.

Itẽ c. Humanæ aures. 22. q. 5. n. 7.

Item in Manual. c. 8. nu. 15. Dominicus Soto de ratione tegendi &c. memb. 3. q. 4. dub. 4. Item de iuſti. & iu. lib. 5. q. 6. art. 2. Royas de ſingularibus fidei, ſingulari 3 num. 36. vſque ad finem. Henriquez in ſumma moral. l. 3. c. 19. & 20.

Confeſſarij poſſuntne aliquando hæreticũ

Etiam, occaſione Iubilæi, in quo Summus Pontif. facultatem concedit

abſoluere, non obſtã-te Bulla Cœnæ? dit abſoluendi à tali crimine. Siue cũ hæreticus moriturus pœnitet, nec locus datur, vt, Iudiciario ordine ſeruato, Eccleſiæ reconcilietur.

Papa caſum hæreſis non excipiente in Iubilæo, poterit Confeſſarius hæreticum abſoluere? Negat Couarruuias. Dominicus Soto affirmat. At communior ſentẽtia eſt, non poſſe. Et ita ſtylus, & praxis totius orbis.

Credendum eſt Cõfeſſori aſſerenti ſe hæreticum abſoluiſſe in foro conſcientiæ? Non arctãtur Inquiſitores ad recedendum ab his, quæ ordine iudiciario probata ſunt contra Reum, propter dictum confeſſoris excuſantis: quia ſecundum allegata, & approbata eſt iudicandum; non autem iuxta priuata indicia. B. Thom. 2.2.q.67.art.2.

Quid ſi Confeſſarius ſpectatæ probitatis eſſet? Multum proderit ad pœnam minuendam; vbi præcipuè reus nõ fuerit alias ſuſpectus, aut moribus malis præditus.

Secuta in Reum abſolutione ſacramẽtali poterit contra eundẽ de hæreſi inquiri? Vtique nam pœna in foro pœnitentiali, quamuis maxima, pœnam in foro Iudiciali Canonico imponẽdam non tollit. Illa enim ſatisfacit Deo, & animæ ſuæ: hac verò punitur corpus, vt Reipublicæ ſatisfaciat, mitius tamen cum eo agendũ ex quo petijt & obtinuit abſolutionem in foro interiori.

Inquiſitione cœptà, ſi reus gemebũdus petat in interiori foro abſolui audiendus erit? Minimè: quia peccatum eius nõ eſt amplius occultum. Vide Eymericum in 3. parte, ſub titulo de ſpontè venientibus; propè initium.

Quinam dicuntur verè,& propriè ſponte venire?	Qui ante Incœptam Inquiſitionem contra eos; & ante receptas probationes humiliter accedũt, plenè confitentes. Vide Comment. 65. huius partis:& 12.3. partis.
Exiſtentibus in carcere pro cauſa fidei,cõcedi debent Confeſſarij?	Vtique quoties illi petierint.
Abſoluendi ſunt Rei ſacramẽtaliter priuſquam hæreſim iudicialiter manifeſtẽt?	Minimè.
Quid cum conſtituto in mortis articulo?	Cum per tempus non liceat eundem iudicialiter examinare, & reconciliare; ſi verè cõtritus eſt;& paratus Eccleſię mãdatis obedire, abſoluendus erit ſacramentaliter.
Quid ſi Reus Confeſſarium haud peteret, medicus autem morbum periculoſum cenſeret?	Reus omnino perſuadendus, vt confiteatur.
Quænam erunt Confeſſarij partes hoc in caſu?	Reos cohortari ad dicendam integrè veritatem, tam de ſe, quam de alijs. Addat tamen; ne carceris tædio, vel celerioris ſpe liberationis, vel tormẽtorum metu, ſibi aut alijs falſum imponant crimen.
Inquiſitores poſſunt Confeſſarium interrogare de geſtis in confeſſione?	Abſit; neq; de ijſdem percunctari poſſunt quicquã nimis ſolicitè; nec Cõfeſſarium in teſtem compellere, vt proferat ea, quæ audiuit in Confeſsione: ſi autem extra confeſsionem

nem aliquid perceperit, id poterit Inquiſitoribus reuelare.

Quid ſi vel iuramento, vel alia methodo cogatur? Nullo modo obtēperare debet; immò licitè poteſt aſſerere, ſe nihil eorum ſcire.

Quid ſi Reus Confeſſario dixerit aliqua ſub magno ſecreto, ac proteſtatione præmiſſa, ne reuelet? Si producatur in teſtem confeſſarius, poteſt, & debet veritatem reuelare.

Quid ſi Confeſſarius per imprudentiam, aut alia cauſa Confeſſionem reuelauerit, faciet indicium contra Reum? Nullum penitus effectum operabitur; quia facta fuit tamquam ſoli Deo, non tamquam homini.

Hæretici in errore perſeuerantes ſunt relaxandi brachio ſeculari? Vtique ſed non ſtatim. Diu enim aſſeruandi ſunt, ac ſæpius monēdi, vt reſipiſcant?

Hęretici Inzabbattati qui? Illi qui in ſotulari, quod Zabbati vulgò dicitur, ſignum ſingulare quoddam, vt ab eorum cōplicibus cognoſcerentur, deferebant.

Vnde dicti? A Zabbata, quod eſt pedis indumentum ex corio confectum. Hoc Itali, ſcarpa; Hiſpani, Zabbatto, vocant.

Ex Comment. XXVII.

Vide Comment. 22. primæ partis.

Quid eſt hæreſis? Dogma falſum contra fidem ca-

tholicam pertinaciter aſſertum ab eo, qui fidem eſt profeſſus.

Quænam eſt propoſitio hæretica? Quæ repugnat articulis fidei, aut Eccleſiæ definitionibus aut ſacris literis.

Quæ paſtores Eccleſiæ in Concilio legitimè congregati populum docent ad fidẽ ſpectantia, erũt de fide? Vtique.

Si Papa maturo conſilio quidpiam definiat tanquam ad fidem ſpectans erit de fide? Etiam.

Vnanimis Sanctorum ſententia, aut ſcripturarum interpretatio in docendo aliquid ad fidem ſpectare, erit de fide? Vtique Beato Hieronymo teſte ſuper Epiſtolam ad Galat. c. 1. dicente: Doctores Eccleſiæ non tam ipſi docent, quam in ipſis Deus, qui ad Sanctos loquitur. Vide Concil. Trid. ſeſs. 4.

Quinam ſunt Doctores, quorum doctrinam approbatã vocamus? Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus; & alios addit B. Tho. contra gentil. lib. 4. c. 24.

Si Eccleſia ex Apoſtolorũ traditione aliquã ſcripturæ interpretationem acceperit erit de fide? Vtique.

Si Eccleſia habuerit dogma fidei auctoritate Concilij per Etiam.

Vtique

Papam roboratì, erit de fide?

Si Eccleſia, Conciliū, Papa, vel Sancti Patres vna voce ali quam Theologiæ cō cluſionē cōfecerint, & fidelibus præſcri pſerint, erit de fide?

Vtique. Theologiæ autem conclufio ea dicitur, quæ ex principijs facultatis Theologicæ firma, & certa conſecutione deducitur.

Si ſcholaſtici aliquā concluſionem firmā ſtatuerint, vt certū Theologiæ decretū fidelibus amplecten dum eritne de fide?

Affirmant quidam, ea ratione; quod concors, & penitus conſentiēs ſentētia ſit in Spiritum Sanctum referenda, qui corda eorū ad ita vnanimiter ſentiendum mouerit, & illuſtrauerit. Vide Alex. Peſant. 2. 2. q. 11. art. 1. diſp. 1.

Ex Comment. XXVIII.

Suntne idem error, et hæreſis?

Minimè: latius enim ſe habet error, cum genus ſit, ſub quo falſorū dogmatū ſpecies continentur. Multæ enim propoſitiones falſæ ſunt, quæ tamen hæreſes, vel hæreticæ dici non poſſunt.

Propoſitionum in fide peccantium varij ſunt gradus?

Vtique: hæretica, erronea, ſapiēs hæreſibus, piarum aurium offenſiua, temeraria, ſcandaloſa, bonis moribus contraria blaſphema, ſchiſmatica, ſeditioſa, iniurioſa, hæreticis fauens. & ſi quæ ſunt ſimiles. Vide Simancam de cathol. Inſti. tit. 54. lege Varios propoſit. grad. poſt. com. fin. tertiæ partis.

Ex Comment. XXXV.

A quibus exorti errores de adorandis dæmonibus?

A Magicis viris, & Incantatoribus. Nam hi, vt ſuam tuerentur damnatam artem, quam rarò exercent abſque adoratione, & ſacrificijs dæmoni exhibitis, alium errorem de adorandis dæmonibus adiunxerunt. Vide Bullam Alexandri VI. & Leonis X. Bullam 6.

Ex Comment. XXXVI.

Relaxatus Curiæ ſeculari, ſi dicat ſe pœnitere velle, recipiēdus erit?

Nequaquam: quoniam huiuſmodi conuerſiones fieri non præſumūtur puro corde, ob dolorem peccatorum, ſed ob præſentis, & vrentis ignis metum. Experientia enim docuit homines ita receptos deteriores fieri. Licet ſummo Iure (dūmodo non ſint relapſi) recipi posſint.

Ex Comment. XXXVII.

Hæreticus ſi dicat prædicaſſe contra fidē, non quia ita crederet, ſed ob commoda temporalia, nūquid excuſabitur?

Minimè. Hæc enim vana erat Dulcini Nouarienſis hæreſiarchæ excuſatio. Tom.6.1.p.& 64.2.p.

Ex Comment. XLI.

Permittendæ ſunt cōgregationes in cau-

Nequaquam: non enim carent hæreſis ſuſpicione, maximè ſi de nocte

ſis religionis à priuatis hominibus? noctæ fiant. Vide Innoc. III. Bullam tertiam.

Literariæ exercitatio nes in priuatis domibus, vbi de rebus Theologicis diſſeritur permittendæ? Vtique: cum in bonũ finem ordinentur, multaq́; inde oriantur commoda.

Poterit Epiſcopus nouas inducere Religiones, aut inductas confirmare? Nequaquam: cum ſolius Summi Pontificis ſit munus. Vide lib. 5. cap. 4. 5. 6. 2. Partis inſtitut. moral. Ioan. Azorij.

Ex Comment. XLII.

Pet. Cened. collect. 52. ad Decret.

Poſito, ſed non conceſſo quod Papa ſanciret aliquid, contra ſacram ſcripturam, cui credendum? Non propterea recedendum eſſet à veritate in diuinis ſcripturis expreſſa. Sed caſus iſte dari non poteſt: Nam tanta fuit orationis Chriſti vis, pro Petro rogantis, vt eius fides non deficeret; vt nullus vmquam Romanus Pontifex inueniatur erraſſe definiendo quid ſit credendum, propter Spiritus Sancti aſsiſtentiam.

Habuit Chriſtus vna cum Apoſtolis aliquid proprium in cõmuni, vel in ſpeciali? Duas Chriſtus paupertates ordinauit, congruentes diuerſis perfectorum ſtatibus: Primam illis qui prædicatores erant mittẽdi in Iudæam ad annunciãdum Regis aduentum: & hæc nihil proprium habere permittebat, nec in communi, nec in ſpeciali. Alteram ijs, qui fixi erant manſuri in Congregatio-

ne cuius proprium eſt nihil habere in ſpeciali, benè tamen in communi: & hæc ſecunda perfectioni Euãgelicæ non repugnat. B. Thom. 2.2. q.188.art.7.

Decretum per vnum Papam tanquam de fide poteſt per alium reuocari?

Minimè: quia determinatio Papæ definiendo quid credendum ſit, vel non credendũ ligat omnes perſonas Eccleſiæ, atque eius perſonã propriam, & ſucceſſorum ad recipiendam determinationẽ ſemel de fide factam.

Papa reuocare poteſt ſtatuta à prædeceſſoribus?

Etiam, quæ ad mores pertinent, ac regimen populi Chriſtiani; & quæ priuata negotia reſpiciunt; & ea quæ ſunt facti. Non autem ea, quæ ſemel de fide iudicialiter ſancita fuerunt, tanquam ab omnibus credenda.

In priuatis negotijs, & in his, quæ ſunt facti, Romani Pontifices citra fidei iacturam, poſſunt diuerſa ſtatuere?

Vtique & interdum falli poſſunt, & poſteriores acutius proſpiciunt, & rectius determinant, quam priores; in his præcipuè, quæ ad regimẽ populi Chriſtiani, & mores pertinẽt.

Quot & quæ ſunt genera eorum, quæ à Papa determinantur?

Duo. Quædam enim ſpectant ad priuatas perſonas, & particularia negotia: Alia verò ad fidem, & vniuerſales Eccleſiæ mores in neceſſarijs ad ſalutem, & in his poſtremis nullo modo Papa, aut Conciliũ auctoritate Papæ confirmatum errare poteſt. In prioribus autem decipi quandoque poteſt, præſertim cum

in his humano vtatur teſtimonio, quod ſæpe fallax, & incertum eſt.

Papa, cum interrogatur, reſpondet ſemper definiendo? Minimè: ſed interdum veluti priuatus, & peculiaris Doctor,

Quicquid in voluminibus Iuris Canonici continetur eſt fidei dogma cẽſendũ? Minimè: cum ſæpè contingat in his ſtatuta per vnũ, per alios aut immutata, aut reuocata reperiri, abſq; vllo fidei præiudicio: quoniam hæc directè ad fidem non pertinent.

Papa errare poteſt in Canonizatione Sanctorum? Minimè. Qui enim aliter ſentiret, velut temerarius, per Eccleſiaſticos Iudices puniri poſſet. Nam ſanctorum Canonizatio per traditionem habetur in Eccleſia Dei, cum ad cõmunes Eccleſiæ mores multum referat ſcire quos debeamus religione colere. Vide cap. à nobis el ſecondo, de ſenten. excomm. & glo. in cap. glorioſus de relig. & ven. ſanctorum. in 6. Candel. aureum par. 3. cap. 17.

Paulus verè, an ſimulatè Diuum Petrum reprehendit? Verè. Nec tamen Diuus Petrus aliquid ibi ſtatuerat, quod ad communem fidem, & mores Eccleſię pertineret; neque in religione nutauit.

Stephanus Papa fuit à Cypriano correctus, ac vterque à Cõcilio Niceno emendatus? Nequaquam: ſed cum Diuus Cyprianus Conciliũ Prouinciale Carthaginenſe collegiſſet anno 260. ac ſtatuiſſet, baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos; Huic Stephanus Papa reſtitit: Cui Cyprian' cognita manifeſtius veritate obtemperauit. Concilium autem Ni-

cenum

cenum cap. 19. ſtatuit, baptizatos à Paulianiſtis, & Cataphrigis rebaptizandos: quod in forma Eccleſiæ conſueta non fuerint baptizati.

Ex Comment. XLVIII.

Quot ſunt genera librorum de Religione tractantium?

Tria. Primum eſt liber totius ſacræ ſcripturæ. Alterum eſt Doctorũ Eccleſiæ continens ſcripta. Tertium eſt liber, qui Apochriphus vocatur.

Quid eſt liber Apochriphus?

Eſt cuius auctor incognitus exiſtit: quamuis nihil contrarium fidei contineat. Vel talis dicitur, quia extra Canonem feratur. Vel is eſt, qui ab hæreticis aduerſus fidem catholicam eſt conſcriptus. Vel qui modicam, leuiſsimamque habet auctoritatem.

Ex Comment. LII.

Vide Comment. 3. huius partis.

Quanta eſt Epiſcoporum, & Inquiſitorũ Iuriſdictio in libris prohibendis?

Poſſunt in ſuis Diœceſibus prohibere libros omnes, dogmata expreſsè per Eccleſiam condemnata continentes, quamuis compoſiti ſint ab auctoribus nominatim non damnatis. Poſſunt inſuper prohibere libros de hæreſi ſuſpectos, quamuis à Catholicis auctoribus ſint editi. Libros quoque propoſitiones ſuſpectas continentes, ſcandaloſas, periculoſas, erroneas, Chriſtianæ pie-

tati,

tati,ac bonis moribus non confor-mes, ancipites, dubias, & ambi-guas, duplicem ſenſum habentes,ca tholicum vnum, hæreticum alterũ, Vide Pauli III. Bullam primam. It. Aſtrologiæ Iudiciariæ libros.

Quid ſi tales cõtineãt propoſitiones,de quibus nondum conſtat an fidei repugnent?

Adhuc prohibere poterunt, donec re cognita, ſuperiores decernãt Iudices quid facto opus ſit.

Ex Comment. LIII.

Vide Comment. 68. huius partis. Nau. Man. conf. c. 11. n. 23. 24. 25.

Inuocantes dæmones ſubduntur Inquiſitorum iuriſdictioni?

Etiam; quia cum inuocationes iſtæ rarò fiant ſine ſacrificio dæmoni exhibito,hæreſim ſapiunt manifeſtè. Vide Bullam Alexandri VI. & Leonis X. Bullam ſextam.

Ex Comment. LIV.

Quot ſunt Diuinationum genera?

Plura. Per terram, vnde Geomã tia. Per aquam, vnde Hydromantia. Per aerem,vnde Aeromantia. Per ignem, vnde Pyromantia. Per mortuorum cadauera, quaſi excitata,& ad vitam reuocata; & hæc Necromãtia dicitur. Et per lineas manuum, quæ eſt Chyromantia.Et plura alia, quæ non ſunt præſentis negotij.

Ex

Ex Comment. LVII.

Quot requiruntur ad hoc vt quis verè, & propriè hæreticus dicatur? Tria. Primum vt fidem catholicam ſit profeſſus, ideſt vt ſit baptizatus. Alterum eſt, vt errorem habeat in intellectu eorum, quæ fidei ſunt. Tertiam, quod pertinaciam habeat in voluntate.

Quinam dicitur Pertinax? Qui id temerè protendit, quod debet dimittere. Dicitur enim pertinax, quaſi per omnia tenax.

Ex Comment. LVIII.

Quot modis hæreticus manifeſtus quis dicitur? Pluribus. Ita in c. Super quibuſdã. de verb. ſignif. Primo modo, qui cõtra fidem catholicam publicè prædicat. Secundo, qui profitetur morem hæreticorum fidei contrarium. Tertio, qui proprium, vel alterius hæretici tuetur errorem. Quarto, qui coram Iudicibus fidei de hæretica prauitate eſt conuictus. Quinto, qui coram fidei Iudicibus hæreſim confitetur iudicialiter. Sexto, qui per eoſdem fidei Iudices de prauitate hæretica fuit damnatus.

Ex Comment. LIX.

Vide comment. 67. & 81. huius partis, & 24. Primæ & tertiæ partis. Nauar. de hæret. conſ. 3.

Facta

Facta hæreticalia ſpõtè committens, puniendus erit tanquã hæreticus?

Facta ſunt diſtinſtuenda: Quædã enim ſunt ex quibus violentæ oriuntur ſuſpiciones: vt de hæreſi infamatus, aut ſuſpectus, mortis tempore conſolationem petens ab hæreticis, iuxta eorum conſuetudinem: & hic præſumptione Iuris, & de iure cenſetur hæreticus, & habere prę ſumitur pertinaciam in voluntate. Alia ſunt facta in quibus error exprimitur manifeſtè; vt Dæmones adorare, Idolis genua flectere, hæreticis reuerentiam exhibere, communionem ab eis recipere, more Iudæorum ſe circuncidere, Mahometo diuinum cultum præſtare, & ſimilia. Alia denique ſunt facta in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis, vt hæreticos viſitare, alimoniam eis præſtare, comitari, perſonas eorum defendere &c.

Quomodo procedendũ contra committentes hæreticalia facta ſecundi generis?

Velut contra hæreticos, quoniam præſumptione Iuris intentio infidelitatis in illis actibus cõcurrit. Hæc autem præſumptio vera, & propria eſt probatio, quamuis de eorum intentione formaliter non conſtaret.

Facta ſecundi generis admittent probationem in contrarium?

Vtique; nam dicere poterit ſe talia commiſiſſe, aut ob amorem, aut cupiditatem habẽdi theſauros, vel ob commoda temporalia: quamuis difficulter hęc ſuaderi poterint, nec Iudices huiuſmodi excuſationes admittere debent, niſi cum exquiſitiſ-

ſima conſideratione. Quis enim fa cilè credat hæc fuiſſe patrata (à vo lente, & non coacto) abſque mentis errore?

Hæreticalia facta ter tij generis committentes, quomodo tractandi?

Ex factis hæreticis ſuſpicio oritur, non tamen hæreſis credentia: & propterea, non tanquam contra hæreticos, aut hæreticorum credentes procedi poterit; ſed tanquam contra ſuſpectos: cum ex affectione carnali, vel amicorum precibus, vel pecunia interueniente facta hęc interdum committantur.

Conuicti de factis, vel dictis hæreticalibus antiquis, erunt habē di tanquam negatiui?

In arduis, & horrendis factis non præſumitur obliuio: vt ſi quis lutheranorum more Eccleſias dirruiſſet, aut ſanctorum imagines deleuiſſet; aut hæreticas propoſitiones, ex propoſito prædicaſſet, aut ſcripſiſſet. Idem dicas de factis delinquentem ſemper comitantibus: vt paſſus ſe libenter circunc idi. Hi enim tanquam hæretici negatiui tractandi erunt. Vide Comment. 26. 1. partis. & 48. 3. par.

In factis, vel dictis nō arduis obliuio quanto tempore inducitur?

Communior hæc eſt ſententia; quando tempus à Iure non eſt præfinitum, id iudicantis arbitrio relinquitur, penſata delicti qualitate, delinquentis ingenio, & natura, ſunt enim aliqui ſuaptè natura obliuioſi, & in his minori tempore præſumetur obliuio, nec iudicabuntur negatiui. Alij verò ſunt memoroſi, & fa-

factorum, & dictorum tenaces, in quibus memoriæ lapſus difficilius creditur: & hi negantes, non facilè ſe tuebuntur, obliuionem allegãdo.

Erit negatiuus, vel diminuitus qui vel omnes hæreſes, vel omne delicti tempus, vel omnes complices, conuictus, non reuelat?

Si hæc recentia ſint, in quibus nõ facilè præſumatur obliuio, damnari poterit. At ſi quædam in his erãt paulò antiquiora, quæ à memoria receſsiſſe facilè credantur, Vel ſi aliæ cauſæ ſubſint, vt grauis infirmitas, leſio capitis, negocia plurima, ex quibus præſumi poſsit obliuio: veriſimile namque eſt, grauiores confitentem hæreſes, & complices reuelantem amiciſsimos, cętera, ſi recordaretur, dicturum.

Negatiuus Curiæ ſeculari relaxandus conuincendus per teſtes omni exceptione maiores?

Vtique: & hic locus à Conſultoribus memoriæ commendandus. Vi de Comment. 48. 3. p. Item 27. 3. p.

Ex Comment. LXIV.
Com. 6. p. 1. & 37. 2. p.

Hæreſiarchæ, etiam ſi conuerti velint rela xandi ſunt brachio ſeculari?

Si magnæ ſint auctoritatis doctrinæ, & dignitatis, quibus mediantibus ſperari poſsit multa ſeductorũ conuerſio, & vbi ſpontè, non inquiſiti, nec nominatim citati, aut vocati ad miſericordiam implorandam accederent, recipiẽdi benignè eſſent, & non relaxandi. Quamuis pruden tiſsimi eſſe debeant Inquiſitores; nã

maiori

maiori ex parte ficta ſolent eſſe eorum conuerſiones.

Hæreſiarchæ ad gremium Eccleſiæ recepti quomodo tractandi? Grauiſsimæ ſunt illis pœnitentiæ iniungendæ,nec mitigandæ,niſi poſt longum tempus, & poſt manifeſtiſſima veræ pœnitentię,conuerſionis, & humilitatis ſigna.

Quid de hæreſiarchis Principibus, vel eorũ filijs hæreſes ſuadentibus, aut ſuadere conantibus? Ijs nullo modo parcendum, quia Principes deprauantes, aut corrumpere tentantes,in totam Rempublicam machinantur.

Ex Comment. LXV.

Quid agendum cum hæreticis pertinacibus? Detinendi ſunt diù,& ſæpius monendi,vt conuertantur: quod ſi noluerint, Curiæ ſeculari abſque miſericordia erunt relaxandi.

Quo mortis genere afficiendi ſunt hæretici Curię ſeculari traditi? Viui in conſpectu hominum flammarum commiſsi iudicio ſunt comburendi: ita tamen vt lingua eorum alligetur, & impium os obſtruatur; ne,ſi liberè loqui poſsint,impijs blaphemijs audientes offendant. Vide Innoc.IV.bullam 16.

Quinam ſponte venire dicuntur? Qui intra tempus gratiæ, non citati, aut vocati nominatim,nec ſpecialiter inquiſiti redeunt. Lege Cõment.25.huius partis:& 12.3.partis.

Quomodo tractandi erunt? Mitiſsimè: & ſi peccatum occultum fuerit, occulta quoque pœnitentia erit iniungenda. Abiurabũt tamen errores, obligando ſe ad ea,

quæ

quæ fuerint ab Inquiſitoribus illis iniuncta.

Spontè non reuertentes quomodo tractandi? Acriores pœnitentiæ illis imponendæ Inquiſitorum arbitrio.

Abſoluti iudicialiter ab Inquiſitoribus tenentur confiteri eadem crimina Confeſſario, vt abſoluantur ſacramētaliter? Vtique S. Tho. 4. ſent. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 2.

Qui ſolam hæreſim abiurauit, ſi in aliā incidat erit relapſus? Vtique.

Qui ab hæreſi reuertuntur debent admitti ad religionē? Cum grauiter fuerint culpabiles non facilè admitti debent.

Ex Comment. LXVI.

Vide Farinac. q. 20. n. 29. Simanc. de cathol. inſtit. tit. 8. Repert. Inquiſit. & Vmber. Locat. Verbo Blaſphem. Royas. 2. part. de hæretic. aſſertione 12. Nauar. c. Humanæ aures. q. 3. nu. 169. Item de pœnit. diſt. 1. cap. Poteſt fieri. Pet. Cened. collect. 126. ad decretales. Menoch. de arbitr. caſu 375. 376. Pract. Archiepiſc. Neap. c. 78.

Quæ blaſphemiæ dicuntur hæreticales? Illæ, inquam, quæ infidelitatis ſignificationem habent, & fidei abnegationem, & opponūtur directè cō-

feſsioni fidei, vel quæ pugnant cũ articulis fidei, aut quibus negatur Chriſtus dictis vel factis. Canone Aeſtimant. & Can. Non ſolum 11. q. 3. vt Abnego Deum, Non credo in Deũm, Diſcredo de Deo, Renego Fidem, vel Crucem Ieſu Chriſti, vel Chryſma quod in fronte recepi, vel Virginis Mariæ puritatem.

Blaſphemiarũ grauitas quo pacto metienda? Ex verborum, ac perſonarũ qualitate: ex circunſtantiis locorum, & temporum.

Cur aliquæ blaſphemiæ, & non omnes ad ſanctum officium ſpectant? Regulariter blaſphemãtes aliud animo ſentiunt, quam dicunt: attamen dicendo, & blaſphemãdo perſonam induunt ſentiẽtis rem ita ſe habere vt verba ſonant: Et cum per exteriorem actum oſtendatur infidelitatis indicium, propterea iuriſdictioni fidei ſubijciuntur; vt intelligãt Inquiſitores, An blaſphemi quãdoque ita ſentiant, vt dicunt.

Quæ puniuntur pœna blaſphemias hæreticales euomentes? Plebeius infami mitra cõſpicuus, alligata lingua, & ſine pallio in publicum ducitur; flagellis ceditur, & in exilium mittitur. Nobilis verò ſine mitra producitur; in monaſteriũ ad certum tempus truditur, mulctatur, & ob ſuſpicionẽ quandoque abiurare compellitur.

Idem agendum erit in mitioribus blaſphemijs? Nequaquam; ſed aliquo die feſto, dum ſacra peraguntur, ſtabit capite nudo, ſine pallio, nudis pedibus, corda ſuccinctus, ardentem cę

reum manu dextra gerens. Abſolutis tandem ſacris legitur ſententia, qua indicuntur ſæpe ieiunia, & pœna pecuniaria.

Qui metu mortis hæreticalia dicunt, vel faciunt, excuſantur ab hæreſi?

Minimè, de rigore Iuris: & præcipuè ſi talis fidei cauſam probè intelligat, ac perit' ſit; vt Theologus, Monachus, Epiſcopus quibus eã prædicare, quaſi ex officio incũbit; & eò magis vbi eam profiteri maximè tenebantur diutiuſque in tali apoſtaſia perdurant; nec ſeipſos prodiderunt, ſed aliorum teſtimonio legitimè conuincũtur, nec metũ probãt. Vide Comment. 24. 2. partis.

Ex Comment. LXVII.

Farinac. q. 20. nu. 74. Menoch. de arbit. Iud. caſu 388.

Quænã ſortilegia maniſeſtè ſapiunt hæreſim?

Ea, in quibus ſortilegi, & diuinatores rebus ſacris abutuntur, pro dę monum inuocatione: vt experimentum illud Candelæ, vel Aquæ benedictæ ad ſciendum furta, vel occulta; nec non cum in ſortilegio adhibentur, Euangelium, Symbolum fidei, Pater noſter, Aue Maria, Pſalmus Dauidicus, aut aliæ ſanctæ orationes.

Aſtrologia iudiciaria interrogatoria eſt ſuperſtitioſa?

Vtique: cum nulla nitatur ratione naturali; & ſapit hæreſim, cum aliquid prænunciare audebit certò, ex his quæ naturaliter ſciri non poſſunt.

Quam diuinationes, & ſortilegia manifeſtam ſapiunt hæreſim, & operantem reddunt de hæreſi ſuſpectum? Illa omnia, quę cum aliquo dicto, vel facto hæreticali exercentur: vt ſi quis, vel Deum, vel Eccleſiæ Sacramenta abnegaret; vel ſacramenta, aut ſacramentalia admiſcerentur. Vide Comment. 59. 81. huius partis & 24. 3. partis.

Cur hæc reddunt operantem de hæreſi ſuſpectum? Quia niſi crederet talia ſacramẽta, aut ſacramentalia habere virtutem ad maleficiorum operationẽ, non adhibuiſſet illa.

Sunt alia quæ manifeſtam ſapiunt hæreſim? Vtique: baptizare imagines; id enim præſefert quod illæ ſacramẽti huius ſint capaces. Preces nepharias Dęmonibus fundere, illis ſacrificare, Idolis genua flectere &c.

Sortilegi quibus coerceri poſſunt pœnis? Anathemate, dignitatum ſuſpenſione, verberibus, ex illo carcere Monaſterij, alijſq; ſupplicijs; ſpectata perſonarum qualitate. 26. q. 2. & 7. cap. Illud. cap. Admoneant.

Inquiſitores cognoſcere poſſunt an ſortilegia ſapiant hæreſim? Nequaquam: ſed vbi conſtiterit quod hæreſim ſapiant, intromittere ſe poterunt: vbi autem dubitetur, tunc ipſi cognoſcere poterũt ſemet ipſos Iudices pronunciando.

Ex Comment. LXVIII.

Vide Comment. 53. huius partis.

Vide Adrian. 6. Bullam ſecũdam. Nauar. de pœnit. diſt. 1. c. Nunquid Cain. 36. q. 2. cap. qui ſine. D. Thô. 2. 2. q. 96. art. 4.

Qualis Vniuerſitatũ auctoritas in erroribus damnandis? Facultatem non habent iudicandi certò, & infallibiliter de fide, ita ut eorũ definitionibus ſit ab omnibus obediendum: Sentiens tamen contra tales determinationes; & præcipuè cõtra errores in vniuerſitate Pariſienſi damnatos, ſuſpectus eſſet de hæreſi.

Superſtitio inuocandi dæmones à quibus, & quo tempore cæpit? Ab hæreticis Echeſaitæ vocatis, anno Domini 240. Nau. Man. confeſs. c. 11. n. 25.

Quot modis inuocantur dæmones? Tribus. Quidam enim inuocant latriæ honorem exhibentes, qui eſt cultus ſoli Deo debitus. Hi namque vt hæretici ſunt habendi. Alij inuocant cum honore Duliæ, qui eſt cultus ſanctis debitus. Hi quoque velut hæretici ſunt tractandi. Alij denique quouis modo inuocent, etiãſi nullum eis cultum exhibeant, quia tamen illis ſe ſupponere videntur, omnes vt hæretici ſunt putandi.

Dæmones cur bona quandoque cõſulũt? Vt facilius decipiant: quoniam ſi mala tantum præciperent, eorundẽ fraus facilè detegeretur.

Superſtitio quid eſt? Eſt vitium Religioni oppoſitum ſecundum exceſſum: non quia plus exhibeat in diuinum cultum quam vera Religio; ſed quia exhibet cultum diuinum; vel cui non debet, vel eo modo quo non debet. Quot, & quæ ſint ſpecies, vide Nauar. in

Manual.cap. 11.num. 13.

Futura inquirere ab Aſtrolis, vel Dæmonibus manifeſtā ſapit hæreſim?

Vtique; ſi per naturam ſciri non poſſunt, qualia ſunt omnia à mero, & libero hominis arbitrio pendentia, quæque Deus in ſua poſuit poteſtate. ſi autem futura Dæmonis notitiæ ſubdantur, vt Ecclipſis, fertilitas terræ, aut ſterilitas, & quæ in cauſis naturalibus continentur; quamnis interrogans grauiter peccet; non tamen hæreticus putatur. Vide Syti 4. Bullam.

Amatoria pocula propinantes redduntur de hæreſi ſuſpecti?

Vtique ſi miſceantur ſacramenta, aut ſacramentalia: ſique crediderint hæc liberum arbitrium cogere poſſe; non modo violenter de hæreſi ſuſpecti, ſed verè hæretici, niſi reſipiſcant, putandi erunt, & niſi per ignorantiam excuſentur. Menoch. de arbit. caſu 358. & 328.

Amantes ſtimulis libidinis agitati dæmones inuocātes ſuſpecti erunt de hæreſi?

Si fiat inuocatio imperatiuis verbis; vt iubeo, præcipio, conſtringo; minimè: quamuis grauiſsimè peccent. Si verò fiat inuocatio verbis deprecatiuis, vt oro, obſecro, obteſtor; vtique; quia hæc adorationē includunt. At perſonarum qualitas plurimum eſt conſideranda.

Lamiæ deferūtur corporaliter à maligno ſpiritu?

Vtique. Vide Bullam Alexandr. VI. & Leon. X. Bullam ſextam.

Dæmones cōpelli poſſunt ad habitādum alligati in annulis, & alijs rebus?

Minimè, nec ſignis, nec herbis, nec alijs caracteribus cogi poſſunt.

Quomodo ergo aliquādo videntur annulis incluſi? Hoc fit, vel à Deo, vel à Bonis Angelis, vel à Dæmonibus ſuperioribus; vel Dæmones ipſi ſponte veniunt, fingentes ſe compelli, vt credentes decipiant.

Eſt ars aliqua includendi dæmones in rebus corporeis? Nequaquam: ſed eſt pactio tacita, vel expreſſa inter dæmones, & homines inita, vt quoties homines hæc, vel illa ſigna, & characteres facerent; dæmones ad eas res accederent, ex quibus reſponſa deceptis redderent. Vide Bullam Syxti IV.

Quonam conſilio dæmon his rebus claudi, & geſtari ſe patitur? Simulat ſe captum, vt te capiat: ſe vinctum, vt te vinciat: ſe tuo imperio ſubditum, vt te ſibi ſubdat: ſe incluſum, vt te finaliter concludat: fingit ſe tua arte imagini alligatum, vt te funibus peccatorum alligatum ad infernum perducat.

Dæmonum inuocatio poteſt aliquādo fieri abſq; eorum cultu? Vtique cum abſque vlla reuerentia id ab ipſis requiritur, quod præſtari poſsit (vti requireretur ab homine potente nos adiuuare) ſemota omni cogitatione ſubijciendi ſe dæmonibus; quamuis hæc inuocatio indirectè ſpectet ad cultum dæmonum: non ex inuocantis intentione, ſed ex occulto pacto auctorum huiuſmodi inuocationum cum dæmonibus, ab inuocāte ignorato. Ita Caiet. 2.2.q.95.art. 4.

Quid de eo, qui curioſitate tantum ductus, vel prauo alio Si artem ipſam non profiteatur, contrahet hæreſis ſuſpicionem, non autem omnino hæreſim.

affectu; dæmonē inuocat?

Ex Comment. LXIX.

Iudæi ſupponūtur Iudicibus Eccleſiaſticis?

Vtique cum Chriſtianos ad Iudaiſmum inducunt.

Quibus erunt afficiendi pœnis.

Fautorum, ſeu factorum hæreticorum, & apoſtatarū; quamuis propriè nec fautores, nec fautoria in eoſdem cadat, quia baptizati non ſunt. Vide Pauli III. Bullam ſecundam, & Iulij III. tertiam.

Quæ igitur, & quales erunt pœnæ iſtæ?

Arbitrariæ: quamuis enim per leges certa pœna non ſit ſtatuta, attamen pœnam arbitrariam à Iudice, penſatis circunſtantijs debitè imponendam accipimus: & huiuſmodi erunt: vt priuatio communionis cū Chriſtianis; & pecunia, quæ auariſſimis Iudæis acerbior ſemper eſt; carcer, & fuſtigatio.

In atrocioribus erunt pœnæ iſtæ imponendæ?

Minimè; ſed acriores; & brachio ſæculari relaxari poterunt.

Si Chriſtianus hæbreo nomine vocetur, vt Salomō, Abraham &c. erit ſuſpectus?

Vtique: quod ſe circunciderit, quod Iudaiſmum probarit: atque contra eum per Inquiſitores inquiri poterit. Idem dicendum de Iudæo baptizato nomen Iudaicum retinente: quoniam argumentum ex reliquijs deſumptum valet. Gloſ. in c. Accuſatoris. 3. q. 5.

Non

Qualiſnam erit hæc hæreſis ſuſpicio? Non poteſt certa regula definiri, ſed habita perſonarum ratione indagandum erit.

Chriſtiani ad Iudæorum ritum redeuntes ſubijciuntur Inquiſitorum iuriſdictioni? Vtique: ſunt enim non modo hæretici, verum etiam apoſtatæ iudicandi; cum in totum deſerant fidem Chriſti. Vide Pauli III. Bullam ſecundam.

Quid ſi aut infantes, aut mortis metu baptizati fuiſſent? Etiam, ſi tũ baptizati non fuerint abſolutè, & præciſè coacti. c. Contra Chriſtianos de hæret. in 6.

Mitius agendũ in huiuſmodi puniendis? Ita profectò: nam ætati aliquid parcendum.

Quid per pœnam debitam? Pœna à iure præſcripta. Vbi verò ſancita non ſit, pœna Iudici arbitraria perſpectis debitis circumſtãtijs.

Iudæi in ſimilibus poterunt per ſolũ Epiſcopum, aut Inquiſitorem puniri? Minimè; ſed vnà ſimul eoſdem punire debent.

Quid ſibi vult Tevila? Lotio eſt in aqua currenti, ac naturaliter ſcaturienti, qua vtũtur hæbrei in purificandis pollutis, & hac eadem vtuntur reiudaizantes.

Ex Comment. L X X.

Quæ puniendi pœna Saracenorũ ſectam ſectantes? Pœna mortis Iure ciuili: at Iure Canonico tanquam apoſtatæ, & ſi verè pœniteant ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ, condonata eis vita, recipiuntur, & velut hæretici habendi.

Quæ tunc attẽdenda? Culpa, ſeu lapſus; an ſpontè, vel

vel coactè; an metu, vel alijs cauſis inducti, ſectam illam fuerint ſequuti, vt mitius, vel grauius puniantur.

Ex Comment. LXXI.

Pet.Cened.collect.59.ad decret.

Eccleſia cur tolerat ritus Iudæorum non autem aliorum inſidelium?

Quia in his habemus teſtimoniũ fidei chriſtianæ: Tum etiam quia Iudæi colunt Deum, & verum; Saraceni autem Mahometum, hominem facinoroſum. Infidelium tamen ritus poſſent aliquando tolerari, cũ præcipuè eorum ſalus, & conuerſio inde facilius ſperaretur.

Iudæi in his, quæ ipſis, & nobis communia ſunt, delinquentes, puniri poſſunt per Eccleſiam?

Vtique; cùm in præſentia chriſtianorum delinquunt, & malo ſuo exẽplo chriſtianos ad ſimilia pertrahũt. Locorum tamen, & Inquiſitorum conſuetudo attendẽda, nec aliquid innouandum inconſulto Illuſtriſsimo Senatu Romano.

Animaduerſionis nomine quæ intelligitur pœna?

Arbitraria aliquando, & aliquando pœna mortis.

Iudæi compelli poſſunt ad iurandum ſuper Euangelia?

Minimè, cum eis non credant: nec abiurant hæreſim, quæ in ipſis non cadit.

Quomodo ergo abiurabunt?

Vide formã præſcriptam in hoc eodem com.

Ex Comment. LXXII.

Vide Comment.16.2. partis.

Cap.

Cap. cum contumacia de hær. in 6. Et 4. par. deciſ. Rotæ, Farin. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. in fine.

Qui per annum ſuſtinent excommunicationem fiunt ſuſpecti de hæreſi?

Vtique: de leui tamen, ſi excommunicati fuerint ob aliam cauſam quàm fidei: ſi autem ob cauſam fidei, non modo ſuſpecti erunt, ſed tanquam hæretici etiam condemnandi. Licet habeatur pro conuicto, non tamen pro hæretico. Praxis Curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap. 8. & 32. & cap. finali de pœnis, Vide Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de Reformat. Vide Innocentij IIII. Bullam 16. ex recepta tamen Sanctæ Romanæ & Generalis Inquiſitionis conſuetudine proceditur tantum contra excõmunicatos ex cauſa hær. ſis.

Qui terminus reis pro comparendo aſſignandus?

Inquiſitorũ arbitrio relinquitur: locorum tamen temporum, & perſonarum habenda ratio.

Priuati Inquiſitores diſpẽſant in carcere?

Etiã iure cõmuni. C. vt commiſsi de hæret. in 6.

Ex Comment. LXXIII.

Quid eſt ſchyſma?

Eſt illicita diuiſio per inobedientiã ab vnitate Eccleſiæ facta. Schiſma enim græca vox eſt, quæ ſciſſurã ſonat.

Quotuplices ſunt ſchyſmatici?

Duplices: quidam enim ſuperbia tumidi ab Eccleſia ſe ſeparant, quo ad obedientiam ſolam; nullum habentes

bentes errorem in mente, nec pertinaciam in voluntate: & hi leuiter ſunt ſuſpecti in fide. Alij verò diuiſi ſunt ab Eccleſia, non modo quoad obedientiam, verum etiam quò ad credentiam: & hi hæretici veri dicuntur, & vt tales puniendi.

Schyſmatici primi generis redeuntes quomodo recipiẽdi? Abiurent ſchiſma, ſatisfactionẽ ad mandatum Eccleſiæ promittentes: remanẽt inhabiles ad officia & beneficia, & ſolus Papa cum eis diſpenſat, & quandoque ſimplices & ignorãtes, maiorum auctoritati credentes excuſari poſſunt.

Ex Comment. LXXIV.

Apoſtata quis dicitur? Qui omninò à fide orthodoxa recedens, iudaiſmum, paganiſmum, ſeu Mahometicam ſectam profitetur: Apoſtaſia enim græca vox eſt, quæ defectionem, & retroceſsionẽ latinè ſonat.

Religioſi in ſacris cõſtituti matrimoniũ contrahentes, fiunt ſuſpecti de hæreſi? Vtique non modo ſi per annum in excommunicatione perſtiterint; ſed etiam ante annum, ſiue publicè, ſiue occultè contrahant.

Apoſtaſia & hæreſis ſpecie diſtinguũtur? Minimè: quoniã apoſtaſia non eſt ſpecies infidelitatis: ab hæreſi diſtincta, ſed tantum ſecum habet circunſtantiam magis aggrauantẽ; nec ab hæreſi differt, niſi ſecundum magis & minus.

Vtique quoniam ſi intelligerent

nullum

Apoſtatæ redeuntes recipiendi ſunt? nullum miſericordiæ ſibi patere locum, vt mortem effugerent, nunquã ab infidelitate, quã ſemel ſunt profeſsi, reuerterentur.

Ex Comment. LXXV.

Item p. 1. c. 24.
Nauar. de hæret. conſ. 3.

Quonã pacto dignoſcuntur hæreticorũ credentes. Si eoſdem libenter, & pluries receperint; audierint, viſitauerint; victualia, aut alia dederint; orationes, epiſtolas, & euangelia ab eiſdem didicerint; auxilium implorauerint; reuerentiam exhibuerint; cũ eis comederint; panem, Vualdenſiũ more, ab eis acceperint, & alia fecerint, vt in Comment. hoc eodem Fuſius.

Si quis in terris hæreticorum exiſtens ſemel, audiat eorum côciones dicetur credens? Nequaquam: quia ex vno actu non conſurgit credentia; cum non approbari videatur, quod poſtea vitatur. Secus tamen, ſi bis, vel pluries audiuiſſet; quoniam ex actu geminato crimen ad conſuetudinem trahi videtur.

Quid ſi interſit conuẽticulis in terris catholicorum ab hæreticis celebratis. Non carebit ſuſpicione credentiæ, niſi denunciet Epiſcopo, vel Inquiſitori: quoniam approbare cẽſetur quod auertere potuit, ſi Iudicibus Eccleſiaſticis indicaſſet. Vide Innoc. III. Bullam tertiam.

Quænam ſunt facta Ea in quibus hæreticorum ritus con-

illa, ob quæ dicitur quis propriè hæreticorum credens?

cōtinentur. Habes exempla in Comment. hoc eodem.

Quæ sūt facta in quibus propriè nō eſt hereticorum ritus?

Eos viſitare, alimoniam præbere, ducatum præſtare: hæc enim fiūt interdum ex affectu carnali, vel amicorum precibus, vel pecunia interueniente. Redduntur tamen de hæreſi ſuſpecti talia committentes: ob familiaritatem, & obedientiam hæreticis exhibitam non tamen hæreticorum credentes iudicantur. Pet. Cened. collect. 16. ad 6.

Quomodo procedendum contra hæreticorum credentes?

Velut contra ſuſpectos: qui vel abiurare compellantur; vel ſe purgent, aut tormentis ſubijciantur. Vide Innocentij IV. Bullam 16.

Ex Comment. LXXVI.

Receptatores hæreticorum excuſabuntur ignorantia?

Vtique quam iuramento ſuo probabunt; vbi accuſans ſcientiam nō probet. Quod intelligitur, vbi hæreticus non ſit notorius, & publicè denunciatus nemo quidem receptator dicitur niſi ſcienter receptet.

Receptator quis dicitur ex vno actu?

Vtique: ij enim verè receptatores dicūtur, qui eo animo receptāt, vt Iudicis manus effugiant.

Iudæi & alij infideles hereticos receptantes puniendi?

Vtique Arbitrio Inquiſitorū: Ita Greg. 13. Anno Domini 1581.

Receptatores abiurabunt, & quomodo?

Vtique ſpectata perſonarum receptarum qualitate, ac receptationis

nis genere vel de leui vel de vehementi. Eymericus ſentit hic quod de vehementi.

Receptatores quibus plectendi pœnis? Excommunicandi, banniendi, in perpetuum relegandi, ac bona confiſcanda vbi tamē cōſanguinei ſint ſiue amici mitius puniendi.

Ex Comment. LXXVII.

Quinam dicuntur hæreticorum defenſores? Quicumque officium Inquiſitionis quacunque ratione impediunt, ſeipſum vel alium hominem ſupponendo pro eo qui fuerat capiendus, & grauius ſi vi, & cum armis, quam ſi voce & abſque armis eripiat.

Quibus pœnis afficiūtur fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum? Bonorum confiſcatione præmiſſa tamen abiuratione exilio, infamia filii notantur, ab honoribus excluduntur, niſi hæreticos reuelauerint. Vide Innocentii IV. Bullam 16.

Ex Comment. LXXVIII.

Quot modis fauere quis pōt hæreticis? Tribus; ommiſsione, cooperatione, & conſilio.

Magiſtratus ad quæ obligantur in cauſa hæreſis? Hæreticos capere, cuſtodire, ad locum deſtinatum deferre, damnatos ſibi relictos punire. Vide Alex. IV. Bullam 7. & 11. & Innocen. IV. Bullam 8. 9. 10. Item Innoc. VIII. & Pij V. tertiam.

Ipſo

Magiſtratus hęreticis fauentes quibus pœnis plectuntur? Ipſo Iure ſunt excommunicati, & fautores hæreticorum cenſentur.

Magiſtratus ex ſola ommiſſione dicuntur hęreticorũ fautores? Vtique quia non caret ſcrupulo occultæ ſocietatis qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et qui crimina, quæ poteſt emendare, nõ corrigit, ipſe committit.

Priuati homines ex ſola ommiſſione dicuntur hęreticorum fautores? Minimè; cum eis non incumbat ex officio eoſdem capere, & extirpare. Si tamen ipſis præciperetur, vt auxilium præberent ad eoſdem capiendos, nec legitimè impediti, renuerent, tunc hæreticorum fautores dicerentur.

Ex ommiſſione denunciandi, Magiſtratus, & priuati poſſunt fautores dici? Etiam; cum ſub pœna excommunicationis teneantur omnes hæreticos, etiam occultos, denunciare.

Si metu, vel obliuione, vel alia probabili cauſa quis denunciationẽ ommittat? Non propterea fautoriæ ſuſpicionem contrahet. Circũſtantiæ enim plurimum conſiderandæ: neque ex denunciationis ommiſsione ſuſpectus quiſquam habendus, vel hæreticorum fautor iudicandus. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 5. art. 1.

Quid obſeruãdum in puniendis Magiſtratibus? Vt grauiſsimè puniantur: & priuati Inquiſitores ad hoc non ſint faciles, ſed maiores Inquiſitores, vel ſummum Pontificem conſulant.

Vxor ſciens maritum hęreticalia committere, ſi non denunciet, erit fautrix? Nequaquam; ſi maritus furioſus ſit, & facilè eã, aut interimeret, aut malè tractaret. Plurimum enim ſingulæ circumſtantiæ ſunt ponderandæ.

dæ. Vide Comment.160 3.partis. Nauar.c.inter verba.Concil.6.num. 822.Domin.Sotus lib.5. de iuſtit. & iure.q.7.a.3. Ema. Sà de teſtib. Capitulla de caſibus,reſerua, vbi de iura mento.

Quot,& quibus indiciis cognoſcuntur hæreticorũ fautores? Pluribus. Primum ſi clam illos viſitant, dum carcerati habentur. Secundum ſi valdè lamentantur de eorum comprehenſione, & morte. Tertium ſi dicant eoſdem iniuſtè dãnatos. Quartum ſi ægris oculis adſpiciant illos perſequentes. Quintum ſi collegerint furtiuè hæretici combuſti oſſa abſcondenda. Hæc enim vehementem gignunt ſuſpicionem.

Ex Comment. LXXIX.

Vide Commen.24.3.par. Itẽ 172. & 81.huius partis.

Quot modis impedire quis poteſt ſanctum officium? Duobus:directè, & indirectè.

Quid eſt impedire directè? Cum non circuitu, vel per aliud mediũ, ſed principaliter in id quis incumbit,ne fiat.

Quid eſt impedire indirectè? Cum inſinuatione vtitur, aut alio medio nititur idipſum euertere; vnde in conſequentia oriatur impedimentum.

Hi contrahunt hære- Vtique leuem, aut vehementem,

 pen-

ſis ſuſpicionem? penſata perſonarum qualitate & impediendi modo.

Poteſt dari generalis abiuratio fautoriæ, vel impedimenti nulla hæreſi ſpeciali expreſſa? Vtique ſi auxilium exhibitum in fauorem perſonæ potius quam erroris, tendere videatur. Si autem fuerit in fauorem errorum, errores quoque abiurabit.

Impedientes quibus coercendi pœnis? Arbitrarijs penſatis delictorũ, & perſonarum qualitatibus: cum nihil in iure cautum inueniatur: Vide Vrbani IV. Bullam primam. Item Innocen. IV. Bullam 7. & 17. & Iulij III. Bullam quartam, & Bullam ſi de protegendis. Pij V.

Ex Comment. LXXX.

Quid eſt ſuſpitio? Eſt opinio mali alicuius ex ſignis, ex qua ad præſumptionem venitur.

Vna ſola ſuſpicio inducit præſumptionem? Minimè; ſed plures requiruntur.

Quid eſt Præſumptio? Eſt rei dubiæ coniectura veriſimilis. quæ ex natura rei, aut circumſtãtijs negociorum, aut perſonarũ proficiſcitur.

Quotuplex eſt præſumptio, ſiue ſuſpicio, cum pro eodem vſurpentur? Triplex: Modica, quæ in iure leuis ſuſpicio vocatur. Iuris, quæ vehemens dicitur. Iuris & de Iure, quæ violenta appellatur.

Quid eſt ſuſpicio leuis? Eſt quæ prouenit ex ſignis exterioribus verborum, aut operum, ex quibus capitur coniectura, non quidem

dem frequẽter, ſed rarò, quod talia dicens, vel faciens, hæreticus ſit, vt ſi dicatur. Petrus deierat frequẽter, ergo non benè credit in Deum. Leuia tamen ſigna mouere non debẽt animum conſtantis viri ad ſuſpicandum tam graue crimen, ſed potius interpretanda ſunt in partem benigniorem.

Quid eſt ſuſpicio iuris magna, & vehemens? Eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ, alio non adducto, pro veritate habetur.

Cur dicitur, alio non adducto? Quoniã contra hanc præſumptionem admittitur probatio in cõtrarium: at ſi nihil probetur, pro plena probatione ſolet haberi.

Ob iuris præſumptionem poteſt quis, velut conuictus de hæreſi condemnari? Minimè; quamuis vehementer ſuſpectus de ea habeatur; acriter tamen puniendus.

Afferas exemplũ huius præſumptionis. Si quis diebus prohibitis, abſque neceſſitate, & ſuperioris facultate carnibꝰ veſceretur; aut diceret propoſitiones fidei contrarias his, quæ explicitè ſcire debet; quamuis interdum ab ingluuie, & ab ignorantia abſque vllo mentis errore, hæc prodire poſsint.

Quid eſt præſumptio iuris, & de iure quæ Violenta dicitur? Eſt quædam legis diſpoſitio, aliquid præſumentis, & ſtatuentis ſuper præſumpto, tanquam ſibi comperto, & noto.

Contra hanc præſumptionem admittitur Nequaquam regulariter, & directè: quia cum ab apertis & violẽtis indi-

probatio in contrarium. indicijs proficiſcatur, pro manifeſta veritate habetur.

Præſumptio violenta vnde oritur? Ex ſignis exterioribus operũ, aut verborum, ex quibus concludi ſolet efficaciter, & ferè ſemper, quod talia dicẽs, vel faciens eſt hæreticus.

Afferas. ſi qua habes exempla. Si quis tranſijt, vel redijt ad ritus Iudæorum, vel in cauſa fidei excommunicatus per annum in excommunicatione animo pertinaci durauit; anno elapſo vt hæreticus condemnatur. Vide Innocentij IV. Bullam 16. & Concilium Trid. ſeſſ. 25. ca. 3. de reformat.

Quęnam ſunt indicia indubitata? Illa facta, quæ ad aliud trahi nequeunt, quam ad id quod indicant, quæ reuera ſunt hæreticalia.

Ex vehementibus ſuſpicionibus & indicijs indubitatis poteſt quis definitiuè damnari? Minimè; pœna criminis ordinaria, ſed alia mitiore, arbitrio iudicantis. Et ita in ſacro hoc tribunali, quàm in cæteris frequentius obſeruatur.

Ex leuibus ſuſpicionibus, probabilibus tamen, procedi poteſt? Vtique aduerſus viles, & improbos: contra probos verò, & honeſtos, non ita facilè.

Ob violentam præſumptionem pœna criminis ordinaria imponi debet? Vtique c. Excommunicamus. §. *ſi* qui autem, de hæret.

Violenta præſumptio admittit probationẽ in contrarium? Nequaquam regulariter. In crimine tamen hæreſis indirecta probatio eſt admittenda.

Ex Comment. LXXXI.

Vide Comment. 59. 67. huius partis, & 24. tertiæ partis. Pet. Cened. collect. 172. ad decretales. Menoch. de arbitr. caſu 420. Nauarr. de hæret. conſ. t. n. 6. Simanca tit. 18. ibid. n. 7. & 8.

Qui viuente priore vxore ad ſecundas tranſit nuptias, ſubditur Inquiſitorum poteſtati?

Vtique; quia malè ſentire videtur de ſacramento Matrimonij, & propterea vt vehementer ſuſpecti ſolent tales regulariter abiurare: ſed multa quandoque ſolent leuem efficere ſuſpicionem: interdum etiã omnem excludere, quod eſt iudicanti diligenter obſeruandum.

Suſpectus erit Confeſſarius ad peccandũ ſolicitans confitentẽ in Sacramento Confeſſionis?

Vtique; nec leuem contrahit malę credentiæ ſuſpicionem, ſi ad Venerem, vel ad alia peccata prouocet: ſed in hoc multa capita, & circumſtantiæ attendendæ. De hoc fuſius in fine commentariorum, vbi plurima notatu digna reperies.

Quid habetur in Extrauaganti Io. xxij. Ad noſtrũ, de regularibus?

Vehementer de hæreſi ſuſpecti arguuntur Religioſi, qui in partibus vltramarinis abſque ſuperiorum licentia commorantes, detrahunt S. R. Eccleſiæ conſtitutionibus, & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus, & ſecretis collocutionibus euomere non verentur.

Receptãs ſcienter hæreticos quomodo ſuſpectus?

Vehementer.

Hæreticos non reuelans quomodo ſuſpectus?

Vehementer.

Impeditores S. Officij ſunt leuiter, aut vehementer ſuſpecti?

Si quis ratione affectionis potius, quam odij, quod habeat contra fidem, conſanguineis, aut amiciſsimis fauendo, ſanctum officium impediuerit; quamuis acriter ſit puniendus, non tamen credendus eſt vehementer ſuſpectus; præcipuè cũ non callent fidei cauſas, quales ſunt ruſtici, & plebei: & propterea perſonarum qualitas erit diligenter perpendenda antequam abiuratio de vehementi imponatur, propter relabendi periculum. Vide Vrbani IV. Bullam primam, & Innocent. IV. Bullam 7. & 17. & Iulij III. Bullam quartam.

Receptantes, & defendentes conſanguineos hæreticos mitius puniri debent?

Etiam; quia ratione ſanguinis, nõ fidei contemptu, aut hæreſis amore id feciſſe videntur: non tamen à tota pœna excuſantur.

In punitione habenda eſt ratio conſanguineorum?

Vtique; nam filius receptans patrem hæreticum, vxor virum; frater fratrem, leuius puniendi ſunt, quam ſi remotiores receptaſſent. Quod tamen intelligitur, vbi receptans in crimine cum receptato non participet: nam ſi particeps fuerit, ordinaria pœna puniendus erit.

Receptantes amãtes, vel amiciſſimos, mitius puniuntur?

Vtique; ſi amicitia fuerit maxima, & amor ingens.

Relapſus vt quis dicatur, quid requiritur? Vt ſemel ſaltem de hæreſi relapſi benè conſtet in iudicio: nec ſufficit quod prius de vehementi abiurauerit; deinde hæreticos receptet, aut eiſdem communicet: nam receptare, non expreſſam hæreſim, ſed hæreſis ſuſpicionem præſefert.

Dicas hoc idem clarius? Si quis abiurauerit de vehementi, tũ hæreticis cõmunicet, nõ poterit dici relapſus. Si autẽ poſt abiuratione, in hæreſim, vel factũ hæreticale reincidat, tunc relapſus dicetur.

Indicia vehementem hæreſis ſuſpicionem afferentia quæ ſunt? Quæ frequenter, & facilè ſolent hæreſim ſecum ferre.

Afferas exempla. Matrimonium ſcienter cõtrahẽs cum hæreticis, vel amicitiã, ad eos confugiens, literas mittẽs, recipiẽs, defendens, laudãs, &c. hæc enim frequenter hæreſim inducunt.

Inquiſitores quid obſeruare debent circa ſuſpectos? Nè facilè credant hunc vel illum ſuſpectum vehemẽter, quia apud auctores reperiant vehementem ſuſpicionem ex tali, vel tali cauſa oriri: nam plurimum ſemper, & perſonarum, & cauſarum ſunt circunſtantiæ conſiderandæ; ex quibus interdum vehemens, interdum leuis, interdum nulla orietur.

Ex Comment. LXXXII.

Qui dicuntur de hæreſi diffamati? Ij contra quos publica fama clamat, vel de quorum diffamatione apud

Vt infamia de hæreſi perfectè probetur quot teſtes requirũtur?

pud bonos & graues coram Epiſcopo loci legitimè conſtiterit.

Duo, boni & graues: & ita pœna ordinaria poterit iniungi, ſi autem Infamia ortum habuerit ab inimicis, & æmulis tunc contra Reum inquiri poterit.

Quid ſi teſtes viles fuerint, & infames?

Pœna ordinaria non poterit imponi, ſed mitius erit tractandus, niſi plenior accedat probatio.

Quacunq; hæreſis ſuſpicione, aut infamia notati, Magiſtratus gerere poſſunt?

Minimè. Vide Innocentij III. Bullam ſecundam.

Quid agendum ſi quis in locis de hæreſi ſuſpectis verſatus fuerit?

Illius dicta, & facta animaduertenda, de illius vita, conſuetudine, & ratione cognoſcendum; & ſi qua de eis fuerit ſuſpicio, tum ordinarius monendus.

Ex Comment. LXXXIII.

Vide Com. 65. 81. huius partis: & 38. tertiæ partis.

In primo lapſu poteſt quis ſæculari brachio relaxari?

Etiam; iuxta Bullam Pauli IV. anno Domini 555. latam, quæ habetur in fine Directorij.

Promas qua occaſione id liceat.

Si quis aſſeruerit, dogmatizauerit, vel crediderit, Deum non eſſe omnipotentem, trinum in perſonis, & vnum in ſubſtantia. Item Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deũ, eiuſdem

dem ſubſtantiæ cum Patre, & Spiritu ſancto. Aut ſecundum carnem non conceptum in vtero Virginis Mariæ de Spiritu ſancto. Aut non ſubijſſe acerbiſsimam Crucis mortem, vt nos à peccatis redimeret, & Patri reconciliaret: Aut Mariam Virginem non eſſe veram Dei Matrem: Nec præſtitiſſe ſemper in Virginitatis integritate, ante partũ ſcilicet, in partu, & poſt partum.

Daturne alius caſus ſupranarratis perſimilis.

Vtique; Cum Magiſtratus, & Domini, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, in ſchyſma, aut hæreſim incidunt, vel ſchyſma, vel hæreſim excitant. Ita Paul. IV. Bulla incipiente. Cum ex Apoſtolatus officio. Anno Domini 1558. lata, & habetur in fine huius operis.

Relapſi qui dicũtur?

Qui poſt abiuratas hæreſes, iterum in hæreſes incidiſſe conuincuntur. Qui autem in eundem errorem iterum, atque iterum labuntur, nulla pœnitentia ſolemni interueniente, aut abiuratione iudicialiter facta, relapſi vtique dicuntur, at non tamquàm relapſi puniuntur.

Quot ſunt relapſorũ ſpecies?

Duæ. Prima eſt eorum qui poſt abiuratam hæreſim de qua verè cõſtitit ante abiurationem iudicialem, poſtea reperiantur cum hæreticis communicare. Altera eſt eorum, qui vt vehementer ſuſpecti abiura-

iurarunt, quia de hæreſi tūc verè nō conſtabat; poſt abiurationem verò de hæreſi conſtitit, quam prius abiurarunt vehementer ſuſpecti. Hi enim ſi cum hæreticis communicent poſtea, relapſorum pœna plectendi erunt.

Qua ratione id fieri debet?

Quia per hanc ſecundam deprehenſionem expreſſam declaratur animus illius, qui prima vice fuerat in mala opinione contra fidem Chriſti, in qua ſemper præſumitur continuaſſe vſque ad ſecundam deprehenſionem. Hæc enim præſumptio, cum ſit Iuris, & de Iure, non admittit probationem in contrarium, directè. Vide Comment. 8c. huius partis.

Qui de leui abiurauit, ſi relabatur punitur, vt relapſos?

Minimè: etiam ſi poſt abiurationem conſtet de hæreſi.

Cur relapſus non recipit Eccleſia conuerſionem promittẽtes?

Quia ſufficit tales per falſam cōuerſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe. Ita Concil. Narbon. cap. 11.

Qui fautoriam hæreticis exhibitam abiurauit, ſi relabatur in fautoriam, relapſus erit?

Vtique; ſi vehementer fauit; dum tamen prius conſulatur, vel ſummus Pontifex, vel ſupremus Romanæ Inquiſitionis Senatus: præcipuè vbi bis, vel pluries, aut in abiuratam fautoriam, aut in aliam relabitur. Quamuis negatiuam alij tueantur ſententiam.

Promas vehementis

Siquis captos, & incarceratos, præ-

fautoria exempla. præter iudicum Eccleſiaſticorũ voluntatem, liberet: condemnatos, & Curiæ ſeculari relictos, cum poſſit, & debeat, non puniat: ſi ſcienter inſignem aliquam iniuriam in detrimentum fidei, Inquiſitionis officio irroget. Vide Bullam Pij V. ſi de protegendis.

Finis Florum Commentariorum,
Secundæ Partis.

FLORES COMMENTARIORVM, TERTIAE PARTIS.

EX COMMENT. I.

Inquiſitores vbi primum Prouinciã ingreſſi fuerint, quid agere debent?

MAioris Eccleſiæ Capitulo, necnon Ciuitatis Cõſiſtorio tenentur literas Delegationis oſtẽdere, quibus conſtet in crimine hæreſis Iudices fuiſſe creatos.

Cur ita?

Quia nemo creditur Delegatus, niſi probet delegationem.ca. Cum in iure.de off. Deleg.

Ex Comment. V.

Quomodo punĩedi officiales renuẽtes præſtare iuramentum quod ſeruabunt ſtatuta contra hæreticos lata?

Excommunicandi,& vbi reſipuerint,& iurare voluerint abſoluendi, iniuncta pœnitẽtia ſalutari,ſed graui, ad arbitrium.

Qualis pœnitentia ſalutaris poterit eſſe conueniens?

Quod die feſto inter Miſſarũ ſolemnia ſtent præforibus Eccleſiæ; vel in gradibus altaris maioris, tenẽtes præ manibus cereum accenſum ſacerdoti offerendum.

Ex Comment. VI.

Quibus pœnis punien di Magiſtratus Inquiſitoribus nō obedientes? Arbitrarijs: cum in iure nihil ſit cautum: Copioſa tamen eleemoſina, pij loci ædificatio, & ſimiles im poni poterunt: prudenter tamen, & maxima circunſpectione id faciendum. Vide Bullas Innoc. IV. 8. 9. & 10. & Pij V. tertiam.

Ex Comment. VII.

Abſoluendus à ſentētia excommunicationis iurare debet antequam abſoluatur? Vtique: quod obediens erit man datis Eccleſiæ: quodque pœnitentiam ſubibit, quam Iudex Eccleſiæ nomine ſibi iniunxerit. cap. Ex teno re. de ſent. excom.

Quid ſi Eccleſias cōbuſſerit, vel imagines deleuerit, aut catholicos interfecerit? De rigore Iuris non prius recipiē dus, vel abſoluendus, quam ſufficientem damni dati præſtiterit reparationem.

Quid ſi, vel ob inopiam, vel ob alias cauſas non ſit ſoluē do ſtatim? Data cautione idonea, pignoratitia, aut fideiuſſoria de ſatisfacien do vbi poterit; abſoluendus erit. cap. Odoardus. de ſolut. & vbi iuratoriam tantum præſtare poſsit, etiā abſoluendus, cap. ſi presbyter. 26. quæſt. 6.

Inquiſitores poſſunt aliqua remittere? Etiam aliquando; vel ob vehemē tem contritionem, humilitatem, & lacrymas, vel ob alias cauſas.

Quando, & à quibus Ab ijs præcipuè qui ſuſpicionem hære-

exigendum iuramẽtum? hæreſis quamcunque contraxerunt abiurationis tempore, ſed etiam ab omni redeunte ad Eccleſię gremiũ.

Abſoluendi ab excõmunicatione percutiendi virgis molliter? Nullo Iure cautum eſt; quod ego ſciam. Id tamẽ obſeruat Archidiac. in cap. A nobis el 2. de ſent. excommunicat.

Quid obſeruãdum in mandatis iniungendis? Ne iniuſta, irrationabilia, ſiue impoſsibilia præcipiantur: nam ab his poſſet iuſtè appellare. cap. Vt debitus, de appellat. Seni enim nec peregrinationes, nec ieiunia imponenda: nec copioſa pauperi eleemoſina.

Quæ mandata ſunt iuſta? Quæ delicto aduerſabuntur: Vt ſi prædicando malè dixit de fide, iniungatur illam publicè laudare. Et qui noluerat orare, ieiunare, aut diuina officia audire, ieiunet, oret, diuina audiat.

Ex Comment. VIII.

Solus Inquiſitor poteſt laicos officijs, & dignitatibus priuare? Vtique; cum ijs abutuntur in odium fidei.

Poterit hoc idem cũ Eccleſiaſticis? Minimè: neceſſario enim interuenire debet Epiſcopus.

Quid intelligitur nomine publici officij? Munera, & officia à quibus excludentur ab hæreſi, vel Apoſtaſia reuertentes, damnatorumq; filij, vſq; ad ſecundam generationem.

Quænam ſunt à qui- Ad Inquiſitorem ſolum, vel ab

eo

bus excluduntur hæretici reuertentes, & eorum deſcendẽtes? eo vnà cum Epiſcopo pertinebit declarare. Pet. Cened. collat. 77. ad decretales.

Sunt aliqua huiuſmodi in Concilijs declarata? In Tholoſano, & Biterrenſi; vt officio medici non fungantur; nec auro, vel argento, pratioſis veſtibus, & ornamentis, nec phaleratis equis vtantur.

Ex Comment. IX.

Differenda aliquando punitio? Etiam; ſed in magnis cauſis, Principem conſulendo. Contigit enim multoties populos non ita Iudicibus Delegatis, ſicuti Principibus obedire.

Ex Comment. X.

Inquiſitores quid Vicarijs ſuis committere poſſunt? Citationes, teſtium examinationes, ſententiarum denunciationes.

Teſtium examinationes Vicarijs ſemper committendæ? Minimè; ſed tantum cum impediti ſunt teſtes, ad quos nec facilè ire poſſunt, aut debent Iudices. Quæ enim ab Inquiſitoribus geruntur, maturius, & grauius facta præſumuntur.

Vicarij quas poſſunt pronuntiare ſententias? Suſpectorum, redeuntium, fautorum, receptatorum, & ſimiliũ: Immò relapſorum, & impœnitentiũ, quoties Inquiſitorum vices fuerint illis generaliter conceſſæ: tutius tamen hanc poteſtatem non tribuere.

Ex Comment. X I.

Cardinales quo tempore Inquiſitores generales eſſe cœperunt?

Vrbani IV. Anno 1263. & primus omnium Cardinalis Diaconus Sãcti Nicolai in carcere Tulliano fuit, quibus reſcripto Pij V. ſubdũtur omnes Principes.

Ex Comment. XII.

Inquiſitores initio officij prædicare debent?

Etiam: Clero enim & populo in Eccleſia maiori conuocato, habeatur ſermo de fide catholica, vt Inquiſitorum Iuriſdictio publicè intelligatur. Vide Innocentij IV. Bullam 15.

Finito ſermone quid agendum?

In multis locis omnes ſimul corã Cruce, ac Euangeliorum libro iurant auxilium, conſilium, & fauorẽ Sanctæ Inquiſitioni, eiuſq; miniſtris præſtaturos. Tum monitoriæ literæ legendæ, vt hæreticos, ſuſpectos, cõplices, ac fautores, quos ſciuerint, reuelent, infra tempus arbitrio Inquiſitorum aſsignandum. Demum cõceduntur Indulgentiæ.

Vide Comment. 25. & 65. ſecundæ partis. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 377. Nau. de pœn. diſt. 1. c. Facilius.

Spontè venientes cui tabunt omnem pœnam?

Mitiſsimè tractabũtur, pecuniariã aliquã pœnã ſoluentes, aut eleemoſinas erogãtes, aut alia huiuſmodi charitatis opera præſtantes.

Ne-

Qui ſemel ſpontè cõparentis beneficium eſt cõſequutus, poterit ſecundò idem cõſequi?

Nequaquam: huic tamen eſt aliquid condonandum.

Relapſus ſpontè veniens, & confitens, recipiendus erit?

Vtique,& pœna mortis condonãda; dummodo peccatum ſit occultum, vel indicijs non fuerit præuentus. Acrior tamen pœna iniungenda.

Qui metu probatio num ſpontè confitetur mitius puniri debet?

Vtique: quanta autẽ pœnæ pars remitti debeat, arbitrio iudicantis relinquitur.

Quiſnam dicitur metu probationum confiteri?

Qui iam ad iudiciũ vocatus erat. Farinac.q.81.c.5.

Quis ergo ſpontè confeſſus dicetur?

Qui nullo præcedente ſtimulo Iudicem adit, & crimen confitetur plenè.

Spontè venire, aut redire qui dicuntur?

Qui infra tempus gratiæ redeunt, licet in generali fuerint moniti. Nec enim coacti vidẽtur, quia à nemine præuenti. Immo,etſi redeant poſt tempus gratiæ; ſi tamen nõ fuerint perſonaliter Inquiſiti, nec probationes contra eos receptæ. Spontè ergo venit, qui non venit admonitus nominatim.

Spontè veniẽtes quid agere tenentur, vt impunitate gaudeant?

Verè pœnitere debent, plenam de ſe, & de aliis veritatem dicẽtes. Sic enim mortem,exilium, immurationem,ac bonorum confiſcationẽ euitabunt,ità Cõcil,Bitterenſe.c.2.

Simanca tit.47.n.48.

Qui non veniunt ſpõte, vel poſt tempus gratiæ, quomodo puniendi? Si hæretici, aut credẽtes fuerint, in perpetuum carcerem ſunt detrudendi, niſi tanta eſſet multitudo, vt commodè fieri non poſſet.

Venientes ſpontè poſt tempus gratiæ mitius puniendi? Etiam, quamuis non tantam cõſequantur Indulgentiam.

Inquiſitor audire debet comparentes in foro pœnitentiali? Nequaquam: tutius enim eſt ſpõtè venientibus perſuadere, vt Iudicialiter confiteãtur crimina ſua; hoc eſt: Notario eorum confeſsionem recipiente, coram Inquiſitore dicãt peccatum ſuum; inde, ſecreta recõciliatione facta, eos abſoluat. Adde Eymericum hoc eodem loco ſentire, quod vbi delictum ſit totaliter ſecretum, nulli manifeſtum, nec eodem aliquem infecerit, debet Inquiſitor, ommiſſa Iudiciali confeſsione, reum ſpontè comparẽtem, ſacramentali confeſsione habita, abſoluere. Lege Eymericum.

Ex Comment. XII.

Pract. Curiæ Archiep. Neapo. c.4.

Quot modis proceditur in crimine hæreſis? Pluribus. Per viam accuſationis, denunciationis, Inquiſitionis, exceptionis, notorii, actionis. At frequentiſsimi denunciationis, & Inquiſitionis.

Ex Comment. XIV.

Accuſator hæretici tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis? Minimè; at ſi in probatione defecerit acriter cocrcēdus eſt arbitrio Inquiſitoris; non tamen pœna talionis puniendus; quia non reperi-rentur, qui vellent accuſare. Pœna talionis ſimilitudo vindictæ dicitur, vt taliter quis patiatur, ac fecit.

Quid, ſi ſe obligauetis ad pœnam talionis, ac in probatione defecerit? Mitius puniendus erit, nec Curiæ ſeculari tradendus; etiam ſi formalem hæreſim reo obieciſſet: & minori puniendus pœna, quàm Reus, ſi delictum fuiſſet probatum.

Accuſator in accuſatione deſiſtens erit audiendus? Minimè; quoniam grauiſsimū eſt crimen, multamq; intereſt Reipublicæ vt puniatur. Iudex enim non minus accuſatorem ad docenda, quæ detulit, quam reum ad purgāda quę negat, vrgere debet.

Idem in denunciante iudicium erit? Vtique; quamuis dicat falsò ſe denunciaſſe: ne forte eum delato, vel teſtibus conuenerit.

Accuſans producens vnum teſtem mitius puniendus erit? Vtique.

Locus & tempus delicti publicāda ſunt Reo? Etiam, ſed cum exquiſitiſsima ratione, ne ex circumſtantiis iſtis in teſtium notiliam deueniat. Comment. 29.3.p.

Ex Comment. XV.

Praxis Archiep. Neap. 1. n. 3.

Quid eſt Denunciatio? Eſt alicuius criminis apud competentem Iudicem, ſine inſcriptione, facta delatio, ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumque.

Quot modis fieri poteſt Denunciatio? Duobus, verbo, & ſcripto.

Ex Comment. XVI.

Quid eſt Inquiſitio? Eſt alicuius criminis manifeſti, ex bono, & æquo competentis Iudicis Canonicè facta inueſtigatio.

Quotuplex eſt Inquiſitio? Duplex; generalis vna, ſpecialis altera.

Quid eſt generalis Inquiſitio? Quoties Inquiſitores Prouinciã viſitant, & generalia edicta promulgant, ad inquirendos occultos hæreticos.

Ad hanc exercendã exigitur infamia præcedens? Minimè; nam ex officio certis, ſtatisq; temporibus incumbit Inquiſitoribus ea vti.

Quid eſt Inquiſitio ſpecialis? Eſt quoddam ius per officiũ procedendi ad condemnationem contra aliquos nominatim inquiſitos, de certis delictis diffamatos.

Ad hanc exercendã requiritur infamia præcedens? Etiam; quæ vicem accuſatoris retinet; quamuis ob veriſimiles ſuſpiciones illam poſsit Inquiſitor exercere,

cere, nulla infamia præcedēte; cautè tamen, prudenter, & occultè, ne fama cuiuſquam lædatur.

Ex Comment. XVII.

Vide Comment. 20. tertiæ partis.

Inquiſitores præmonere debent teſtes de aliquibus?

Etiam: ne, videlicet, pretio, prece, odio victi, aut commoti, falſum dicant teſtimonium: & quam atrox ſit ſcelus de horrendo hæreſis crimine innocentem infamare.

Teſtes, quid ſit fama, interrogati, tenentur exactam definitionem reddere?

Minimè: ſatis eſt eos more vulgi reſpondere: famam eſſe publicam quandam vocem, quæ de aliquo publicè circumfertur, & paſsim.

Quid ſi neſcire dicāt quid ſit fama?

Planè tunc non probarent.

Qui per iocū hæreticalia proferunt, puniendi ſunt?

Vtique.

Per Inquiſitorē, aut per Epiſcopum?

Dubitant nonnulli; at cōmunior ſententia eſt per Inquiſitorem.

Qua punietur pœna?

Non eſt iure cautum: arbitraria ergo, vt pecuniaria piis locis erogāda; vel aliqua ſalutari. Augenda tamen, vel minuenda iuxta qualitatem perſonę iocantis, loci, aſtantiū, & ſcandali ſubſequuti.

Quenā poterunt minuere pœnam?

Cum repentè, celeriter, inconſideratè, ac ſine deliberatione dicta fuère. Perſona etiam, ſua natura faceta, vt aſtantibus riſum excitet, hæc dicens. Acrius enim in viris

theologis, & religioſis hæc coercenda.

Excuſabitur ſi dicat, hæreticalia iocosè dixiſſe?

Nequaquam; niſi perfectè hoc probet.

Qui verba ſacra ſcripturæ ad Paſquinos & turpem amorem trahunt, puniēdi erunt?

Vtique; & grauiter; cum Spiritus ſancti verba in ludibrium conuertātur. Vide Concil. Trident. ſeſſ. 4.

Recitantes aliorū hæreſes ſunt puniēdi?

Vtique, ſi malo dolo, ſi fraudulenter id faciunt; approbando videlicet, & laudando.

Qua ratione dignoſci poterit recitatas fuiſſe per dolum aut ſine dolo?

Ex circumſtātiis rerum, ac qualitate perſonarum recitantium hoc facilè patefiet: quod autem recitatiuè tantum illas dixerint probare debent.

Quibus ergo afficiendi pœnis?

Delicti qualitas, incommoda inde orta, atque ſcandalum excitatū, docebunt.

Recitari poſſunt hæreſes aliquando ſine dolo?

Etiam: at non ſine culpa, & imprudentiæ nota; veluti diſputantes aut concionantes coram rudibus qui nihil cōtra fidem audierunt, ac recitantes hæreticorum dogmata. Compertum eſt enim multos in eas fuiſſe lapſos hæreſes, quas recitari audierunt.

Qui per lubricū linguæ hæreſim proferunt, ſunt puniēdi?

Si ſtatim ſe correxerint, nulla penitus eſt infligenda pœna: repræhēdendi ſunt tamen grauiter, & admonendi, vt præcaueant in futurū. Si verò non ſtatim ſe correxerint, p

na

na pecuniaria in pios vſus erogãda, aut alia leui puniri poterunt.

Qui per ebrietatem protulit hæreſes eſt puniendus? Idem dicendum, ac de furioſo, & mente capto: vbi ea ſit ebrietas, quę mente omninò priuarit: licet ebrietate ceſſante ob præcedentem culpam corrigi poſsint. Si autē ebrietas modica fuerit, coercendus quidem erit. Petr. Cened. collect. 33. ad Decretũ. Menoch. de arbitr. iud. Item caſu 326 404.

Quid de dormientibus hæreticalia quando que proferentibus. Idem erit quod de vere ebrijs iudicium. Menoch. de arbit. Iud. caſu 327.

Quid de pueris, & ſenibus delirãtibus hæreticalia proferentibus? Hos omnes conſilij, & prudentiæ inopia á pœnis commiſſorum delictorum tuetur. Vide Comment. 13. 1. partis. Idem Menoch. caſu 329.

Quis ordo ſeruandus in reorũ captura? Plena delicti probatio, vel maximã indicia, aut vehementes ſuſpiciones præcedere debent: nam ex leuibus ſuſpicionibus non eſt ad eã veniendũ: vbi rei fuga nõ timeatur.

Solus Inquiſitor poteſt capturam decernere? Vtique ſecurius tamen eſt, maturo peritorum conſilio rem tantam aggredi: & ob delictum omniũ grauiſsimum, & ob famam, quæ ex ſola captura non modicè læditur.

Ex Comment. X V I I I.

In examinandis Reis quis ordo ſeruãdus? Interrogabuntur in genere; an capturæ cauſam ſciant; an aliquos ſuſpectos habeant, á quibus ſe dela-

tos exiſtiment, & quos. Monebuntur vt apertè v er itatem fateantur interrogabuntur de conſuetis Chriſtianæ religionis orationibus: de doctrina Chriſtiana: vbi, quando, & quibus ſacerdotibus fuerint peccata ſua confeſsi.

Quid ab Inquiſitoribus inter examinandum cauendum?

Ne moleſti ſint nimis in interrogationibus faciendis, quæ parum ad rem faciunt percunctantes, & quæ ad iram poſſunt reos commouere. Quòd ſi liberè fateri cœperint, nullatenus interrumpantnr, niſi aliena fuerint à propoſito. Subſcribat re^9, vel ſignum manu apponat.

In examinibus quomodo ſe geret Inquiſitor cum Reis ipſis?

Humaniter eos tractet, iuxta eorum qualitatem, & dignitatem: Meminerit ſe hominem, qui talia committere poſſet, niſi omnipotẽtis Dei gratia iuuaretur;

Quonam pacto euitabitur ſuggeſtio?

In genere videlicet interrogãdo, inde paulatim ad ſpeciem deſcendendo, nullam delicti ſingularẽ circunſtantiam exprimendo, niſi cum eſt neceſſe vt reus, vel conuincatur, vel crimen ſuũ detectum agnoſcat; vel ſi quid oblitus eſt, recordetur. Farinac. q. 83. cap. 4 nu. 95.

Interrogãdus eſt reus de origine ſua?

Vtique: nã ſuſpicionũ argumenta non leuia ſumuntur ex genere, natione, patria, educatione, diſciplina, bonitate, prauitate, tempore præterito, ſocietate, amicitia, moribus, & verbis.

Mi-

Rei poſſunt interrogari de quibus non ſunt delati? Minimè; niſi Rei ipſi confitendo occaſionem dederint, vt de alijs interrogentur.

Delati de hæreſi poſſunt in carceribus laicis cuſtodiri? Vtique; vel ob multitudinem hæreticorum; vel vt tutius cuſtodiantur: ita tamen ſoli, vt detineantur, ſeorſum à latronibus, & bannitis.

A quibus cuſtodiendi erunt? A viris per Inquiſitores, & Epiſcopos delectis.

Ex Comment. XIX.

Vide Comment. 110. 3. part.

Fama per quos teſtes probari debet? Per duos: cum ſit indicium à crimine remotum: ita vt ſi vnus tantũ deponeret, nec ſemiplenam probationem, nec indicium faceret.

Quales nam eſſe debēt iſti duo teſtes. Integri, & omni exceptione maiores: & præcipuè ſi fama originem duxiſſet à maleuolis, & vilibus perſonis.

Tenentur dicere teſtes apud quos Reus ſit diffamatus? Etiam; & niſi eos aſsignent, non videntur bonam reddere cauſam dicti ſui. Sufficit autem vt nonnullas perſonas nominent, a quibus ſe audiuiſſe dicant.

Teſtes diuerſi, aut in nominibus perſonarũ, aut in tempore, aut in loco probabũt famam? Vtique: vt ſi vnus dicat ſe audiuiſſe à Titio, & Seio; alius à Marco, & Caio: vnus de menſe Aprilis, alius de menſe Martij: vnus in platea, alius in palatio.

Teſtes in cauſa ſcientiæ non conuenientes probant famã? Vtique: ſi enim dicat vnus: ſcio, quia à talibus audiui: & alius dicat: ſcio, quoniam ob hoc ortum eſt ſcãdalum

dalum in vicinia; quia omnes iſtæ cauſæ in eundē diriguntur finem.

Quid eſt publicè dici? Eſt publica voce à Populo dici.

Vbi quærenda eſt de aliquo fama? Eo in loco, in quo verſatur, aut in quo aliquando eſt verſatus.

Ex Comment. XX.

Vide Commen.48. tertiæ partis.

Quales ſunt Inquiſitorum partes in teſtibus examinandis? Patronorum perſonam pro Reis induere debent; cum Reorum defenſiones ſint quaſi truncatæ, ob teſtium nominum ſuppreſsionem: Et conſiderare quo animo teſtes, qua fide, an zelo iuſtitiæ, an inuidiæ potius, aut inimicitiæ ſtimulis agitati, acceſſerint.

Quomodo iurare debent teſtes? Iuro per Deum, & Crucē, & ſacroſancta quatuor Euangelia manibus proprijs tacta, me dicturum veritatem: quod ſi fecero Deus me adiuuet: ſi autem contra, Deus me condemnet.

Teſti non iurato eſt aliqua fides adhibenda? Nulla; etiam ſi grauiſsimus, & probatiſsimus eſſet. cap. Nuper. de teſtibus.

Iuramentum præſtandum eſt iuxta mentē Iudicis, aut potius iuxta mentem iurantis? Iuxta Iudicis mentem; aliàs doloſum emitteret iuramentum; & grauiter peccaret: nec licet amphibologia vti, ob iniuriam, quæ fit habenti ius tale iuramentum exigendi.

Vtique

Duæ perſonæ Inquiſitionis acta ſcribentes æquiparantur Notario? Vtique: ſed hi prius iurare debēt de fidelitate, &c.

Quid ſi per imprudentiam, aut obliuionem non iurarint? Adhuc per ipſos acta erunt valida.

Debent ambo ſcribere? Tutius eſſet; attamen ſat erit, ſi vnus ſcribat, alter verò ſubſcribat.

Ex Comment. XXI.

Quid in Inquiſitoribus hæreticos examinantibus requiritur? Prudentia maxima, ac non mediocris peritia dogmatum, ſectarū, errorum, vitæ, & morum hæreticorum, cum fidei ſint cuſtodes, ac defenſores.

Ex Comment. XXII.

Reſpondentes fraudulenter interrogationibus de fide, præſumuntur malè ſentire? Vtique: nam benè credentes intrepidè fidem fatentur.

Cauilloſæ hæreticorū reſponſiones quo modo euitandæ? Apertè interrogent Inquiſitores ſingulis interrogationibus ſingulas res, non plures ſimul, proponentes; quibus reſpondere attentè compellat reos; nuſquam patientes vt extra propoſitum euagentur.

Quid ſi reus dubias, & obſcuras reſponſiones apertis inter- Iubeatur, antequam ad vlteriora progrediatur, eas declarare.

Nul-

Simanca tit.47.n.48.

Qui non veniunt ſpõte, vel poſt tempus gratiæ quomodo puniendi? Si hæretici, aut credētes fuerint, in perpetuum carcerem ſunt detrudendi, niſi tanta eſſet multitudo, vt commodè fieri non poſſet.

Venientes ſpontè poſt tempus gratiæ mitius puniendi? Etiam, quamuis non tantam cõſequantur Indulgentiam.

Inquiſitor audire debet comparentes in foro pœnitentiali? Nequaquam: tutius enim eſt ſpõtè venientibus perſuadere, vt Iudicialiter confiteātur crimina ſua; hoc eſt. Notario eorum confeſsionem recipiente, coram Inquiſitore dicāt peccatum ſuum; inde, ſecreta recõciliatione facta, eos abſoluat. Adde Eymericum hoc eodem loco ſentire, quod vbi delictum ſit totaliter ſecretum, nulli manifeſtum, nec eodem aliquem infecerit, debet Inquiſitor, ommiſſa Iudiciali confeſsione, reum ſpontè comparētem, ſacramentali confeſsione habita, abſoluere. Lege Eymericum.

Ex Comment. X I I I.

Pract. Curiæ Archiep. Neapo.c.4.

Quot modis proceditur in crimine hæreſis? Pluribus. Per viam accuſationis, denunciationis, Inquiſitionis, exceptionis, notorii, actionis. At frequentiſsimi denunciationis, & Inquiſitionis.

Ex Comment. XIV.

Accuſator hæretici tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis? Minimè; at ſi in probatione defecerit acriter cocrcēdus eſt arbitrio Inquiſitoris; non tamen pœna talionis puniendus; quia non reperirentur, qui vellent accuſare. Pœna talionis ſimilitudo vindictæ dicitur, vt taliter quis patiatur, ac fecit.

Quid ſi ſe obligauerit ad pœnam talionis, ac in probatione defecerit? Mitius puniendus erit, nec Curiæ ſeculari tradendus; etiam ſi formalem hæreſim reo obiēciſſet: & minori puniendus pœna, quàm Reus, ſi delictum fuiſſet probatum.

Accuſator in accuſatione deſiſtens erit audiendus? Minimè; quoniam grauiſsimũ eſt crimen, multamq; intereſt Reipublicæ vt puniatur. Iudex enim non minus accuſatorem ad docenda, quæ detulit, quam reum ad purgãda quę negat, vrgere debet.

Idem in denunciante iudicium erit? Vtique; quamuis dicat falsò ſe denunciaſſe: ne forte eum delato, vel teſtibus conuenerit.

Accuſans producens vnum teſtem mitius puniendus erit? Vtique.

Locus & tempus delicti publicãda ſunt Reo? Etiam, ſed cum exquiſitiſsima ratione, ne ex circumſtantiis iſtis in teſtium notitiam deueniat. Comment. 29.3.p.

Ex Comment. XV.

Praxis Archiep. Neap. 1. n. 3.

Quid eſt Denunciatio? Eſt alicuius criminis apud competentem Iudicem, ſine inſcriptione, facta delatio, ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumque.

Quot modis fieri poteſt Denunciatio? Duobus, verbo, & ſcripto.

Ex Comment. XVI.

Quid eſt Inquiſitio? Eſt alicuius criminis manifeſti, ex bono, & æquo competentis Iudicis Canonicè facta inueſtigatio.

Quotuplex eſt Inquiſitio? Duplex; generalis vna, ſpecialis altera.

Quid eſt generalis Inquiſitio? Quoties Inquiſitores Prouinciã viſitant, & generalia edicta promulgant, ad inquirendos occultos hæreticos.

Ad hanc exercendã exigitur infamia præcedens? Minimè; nam ex officio certis, ſtatisq; temporibus incumbit Inquiſitoribus ea vti.

Quid eſt Inquiſitio ſpecialis? Eſt quoddam ius per officiũ procedendi ad condemnationem contra aliquos nominatim inquiſitos, de certis delictis diffamatos.

Ad hanc exercendã requiritur infamia præcedens? Etiam: quæ vicem accuſatoris retinet; quamuis ob veriſimiles ſuſpiciones illam poſsit Inquiſitor exercere,

cere, nulla infamia præcedēte; cautè tamen, prudenter, & occultè, ne fama cuiuſquam lædatur.

Ex Comment. XVII.

Vide Comment. 20. tertiæ partis.

Inquiſitores præmonere debent teſtes de aliquibus?

Etiam: ne, videlicet, pretio, prece, odio victi, aut commoti, falſum dicant teſtimonium: & quam atrox ſit ſcelus de horrendo hæreſis crimine innocentem infamare.

Teſtes, quid ſit fama, interrogati, tenentur exactam definitionem reddere?

Minimè: ſatis eſt eos more vulgi reſpondere: famam eſſe publicam quandam vocem, quæ de aliquo publicè circumfertur, & paſsim.

Quid ſi neſcire dicāt quid ſit fama?

Planè tunc non probarent.

Qui per iocū hæreticalia proferunt, puniendi ſunt?

Vtique.

Per Inquiſitorē, aut per Epiſcopum?

Dubitant nonnulli; at cōmunior ſententia eſt per Inquiſitorem.

Qua punietur pœna?

Non eſt iure cautum: arbitraria ergo, vt pecuniaria piis locis erogāda; vel aliqua ſalutari. Augenda tamen, vel minuenda iuxta qualitatem perſonę iocantis, loci, aſtantiū, & ſcandali ſubſequuti.

Quanā poterunt minuere pœnam?

Cum repentè, celeriter, inconſiderate, ac ſine deliberatione dicta fuère. Perſona etiam, ſua natura faceta, vt aſtantibus riſum excitet, hæc dicens. Acrius enim in viris

theologis, & religioſis hæc coer-cenda.

Excuſabitur ſi dicat, hæreticalia iocosè dixiſſe? Nequaquam; niſi perfectè hoc probet.

Qui verba ſacra ſcriptura ad Paſquinos & turpem amorem trahunt, puniēdi erunt? Vtique; & grauiter; cum Spiritus ſancti verba in ludibrium conuertãtur. Vide Concil. Trident. ſeſſ. 4.

Recitantes aliorũ hæreſes ſunt puniẽdi? Vtique, ſi malo dolo, ſi fraudulenter id faciunt; approbando videlicet, & laudando.

Qua ratione dignoſci poterit recitatas fuiſſe per dolum aut ſine dolo? Ex circumſtãtiis rerum, ac qualitate perſonarum recitantium hoc facilè patefiet: quod autem recitatiuè tantum illas dixerint probare debent.

Quibus ergo afficiendi pœnis? Delicti qualitas, incommoda inde orta, atque ſcandalum excitatũ, docebunt.

Recitari poſſunt hæreſes aliquando ſine dolo? Etiam: at non ſine culpa, & imprudentiæ nota; veluti diſputantes, aut concionantes coram rudibus, qui nihil cõtra fidem audierunt, ac recitantes hæreticorum dogmata. Compertum eſt enim multos in eas fuiſſe lapſos hæreſes, quas recitari audierunt.

Qui per lubricũ linguæ hæreſim profeſerunt, ſunt puniẽdi? Si ſtatim ſe correxerint, nulla penitus eſt infligenda pœna: repræhẽdendi ſunt tamen grauiter, & admonendi, vt præcaueant in futurũ. Si verò non ſtatim ſe correxerint, pœ-

na

na pecuniaria in pios vſus erogāda, aut alia leui puniri poterunt.

Qui per ebrietatem protulit hæreſes eſt puniendus?

Idem dicendum, ac de furioſo, & mente capto: vbi ea ſit ebrietas, quę mente omninò priuarit: licet ebrietate ceſſante ob præcedentem culpam corrigi poſsint. Si autē ebrietas modica fuerit, coercendus quidem erit. Petr. Cened. collect. 33. ad Decretū. Menoch. de arbitr. iud. Item caſu 326 404.

Quid de dormientibus hæreticalia quando que proferentibus.

Idem erit quod de vere ebrijs iudicium. Menoch. de arbit. Iud. caſu 327.

Quid de pueris, & ſenibus delirātibus hæreticalia proferentibus?

Hos omnes conſilij, & prudentiæ inopia à pœnis commiſſorum delictorum tuetur. Vide Comment. 13. 1. partis. Idem Menoch. caſu 329.

Quis ordo ſeruandus in reorū captura?

Plena delicti probatio, vel maximā indicia, aut vehementes ſuſpiciones præcedere debent: nam ex leuibus ſuſpicionibus non eſt ad eā veniendū: vbi rei fuga nō timeatur.

Solus Inquiſitor poteſt capturam decernere?

Vtique ſecurius tamen eſt, maturo peritorum conſilio rem tantam aggredi: & ob delictum omniū grauiſsimum, & ob famam, quæ ex ſola captura non modicè læditur.

Ex Comment. XVIII.

In examinandis Reis quis ordo ſeruādus?

Interrogabuntur in genere; an capturæ cauſam ſciant; an aliquos ſuſpectos habeant, à quibus ſe dela-

tos exiſtiment, & quos. Monebuntur vt apertè v er itatem fateantur interrogabuntur de conſuetis Chriſtianæ religionis orationibus: de doctrina Chriſtiana: vbi, quando, & quibus ſacerdotibus fuerint peccata ſua confeſsi.

Quid ab Inquiſitoribus inter examinandum cauendum?

Ne moleſti ſint nimis in interrogationibus faciendis, quæ parum ad rem faciunt percunctantes, & quæ ad iram poſſunt reos commouere. Quòd ſi liberè fateri cœperint, nullatenus interrumpantur, niſi aliena fuerint à propoſito. Subſcribat re⁹, vel ſignum manu apponat.

In examinibus quomodo ſe geret Inquiſitor cum Reis ipſis?

Humaniter eos tractet, iuxta eorum qualitatem, & dignitatem: Meminerit ſe hominem, qui talia committere poſſet, niſi omnipotētis Dei gratia iuuaretur;

Quonam pacto euitabitur ſuggeſtio?

In genere videlicet interrogãdo, inde paulatim ad ſpeciem deſcendendo, nullam delicti ſingularē circunſtantiam exprimendo, niſi cum eſt neceſſe vt reus, vel conuincatur, vel crimen ſuū detectum agnoſcat; vel ſi quid oblitus eſt, recordetur. Farinac. q. 83. cap. 4 nu. 95.

Interrogãdus eſt reus de origine ſua?

Vtique: nã ſuſpicionū argumenta non leuia ſumuntur ex genere, natione, patria, educatione, diſciplina, bonitate, prauitate, tempore præterito, ſocietate, amicitia, moribus, & verbis.

Mi-

Rei poſſunt interrogari de quibus non ſunt delati? Minimè; niſi Rei ipſi confitendo occaſionem dederint, vt de alijs interrogentur.

Delati de hæreſi poſſunt in carceribus laicis cuſtodiri? Vtique; vel ob multitudinem hæreticorum, vel vt tutius cuſtodiantur: ita tamen ſoli, vt detineātur, ſeorſum à latronibus, & bannitis.

A quibus cuſtodiendi erunt? A viris per Inquiſitores, & Epiſcopos delectis.

Ex Comment. XIX.

Vide Comment. 110. 3. part.

Fama per quos teſtes probari debet? Per duos: cum ſit indicium à crimine remotum: itavt ſi vnus tantũ deponeret, nec ſemiplenam probationem, nec indicium faceret.

Qualeſnam eſſe debēt iſti duo teſtes. Integri, & omni exceptione maiores: & præcipuè ſi fama originem duxiſſet à maleuolis, & vilibus perſonis.

Tenentur dicere teſtes apud quos Reus ſit diffamatus? Etiam; & niſi eos aſsignent, non videntur bonam reddere cauſam dicti ſui. Sufficit autem vt nonnullas perſonas nominent, a quibus ſe audiuiſſe dicant.

Teſtes diuerſi, aut in nominibus perſonarũ, aut in tempore, aut in loco probabũt famam? Vtique: vt ſi vnus dicat ſe audiuiſſe à Titio, & Seio; alius à Marco, & Caio: vnus de menſe Aprilis, alius de menſe Martij: vnus in platea, alius in palatio.

Teſtes in cauſa ſcientiæ non conuenientes probant famã? Vtique: ſi enim dicat vnus: ſcio, quia à talibus audiui: & alius dicat: ſcio, quoniam ob hoc ortum eſt ſcã

dalum

dalum in vicinia; quia omnes iſtæ cauſæ in eundẽ diriguntur finem.

Quid eſt publicè dici? Eſt publica voce à Populo dici.

Vbi quærenda eſt de aliquo fama? Eo in loco, in quo verſatur, aut in quo aliquando eſt verſatus.

Ex Comment. XX.

Vide Commen.48. tertiæ partis.

Quales ſunt Inquiſitorum partes in teſtibus examinandis? Patronorum perſonam pro Reis induere debent; cum Reorum defenſiones ſint quaſi truncatæ, ob teſtium nominum ſuppreſsionem: Et conſiderare quo animo teſtes, qua fide, an zelo iuſtitiæ, an inuidiæ potius, aut inimicitiæ ſtimulis agitati, acceſſerint.

Quomodo iurare debent teſtes? Iuro per Deum, & Crucẽ, & ſacroſancta quatuor Euangelia manibus proprijs tacta, me dicturum veritatem: quod ſi fecero Deus me adiuuet: ſi autem contra, Deus me condemnet.

Teſti non iurato eſt aliqua fides adhibenda? Nulla; etiam ſi grauiſsimus, & probatiſsimus eſſet. cap. Nuper. de teſtibus.

Iuramentum præſtandum eſt iuxta mentẽ Iudicis, aut potius iuxta mentem iurantis? Iuxta Iudicis mentem; aliàs dolosum emitteret iuramentum; & grauiter peccaret: nec licet amphibologia vti, ob iniuriam, quæ fit habenti ius tale iuramentum exigendi.

Vtique

Duæ perſonæ Inquiſitionis acta ſcribentes æquiparantur Notario?

Vtique: ſed hi prius iurare debẽt de fidelitate, &c.

Quid ſi per imprudentiam, aut obliuionem non iurarint?

Adhuc per ipſos acta erunt valida.

Debent ambo ſcribere?

Tutius eſſet; attamen ſat erit, ſi vnus ſcribat, alter verò ſubſcribat.

Ex Comment. XXI.

Quid in Inquiſitoribus hæreticos examinantibus requiritur?

Prudentia maxima, ac non mediocris peritia dogmatum, ſectarũ, errorum, vitæ, & morum hæreticorum, cum fidei ſint cuſtodes, ac defenſores.

Ex Comment. XXII.

Reſpondentes fraudulenter interrogationibus de fide, præſumuntur malè ſentire?

Vtique: nam benè credentes intrepidè fidem fatentur.

Cauilloſæ hæreticorũ reſponſiones quo modo euitandæ?

Apertè interrogent Inquiſitores ſingulis interrogationibus ſingulas res, non plures ſimul, proponentes; quibus reſpondere attentè compellat reos; nuſquam patientes vt extra propoſitum euagentur.

Quid ſi reus dubias, & obſcuras reſponſiones apertis inter-

Iubeatur, antequam ad vlteriora progrediatur, eas declarare.

Nul-

rogationibus reddat?

Quid ſi reus diſputare velit? Nullam cum eo Inquiſitor ineat diſputationem, ſed ad inſtitutum reuerti compellat.

Quid agendum, cum ſe fatuos, & mente captos fingunt hæretici? Obſeruandi omninò actus exteriores: rarò enim contingit mente ſanos omnia mente captorum more facere. Idem detegi poterit tormẽtorum metu, quem minabitur Inquiſitor vbi opus fuerit. Quod ſi nec reſipiſcant, opportuniora excogitanda remedia iuxta delati qualitatem.

Ob fictam probabiliter inſaniam differenda tortura? Minimè, ſi probabiliter credatur fictam eſſe dementiam: vbi tamen adſint indicia ad torquendum ſufficientia.

Differri debet mortis ſupplicium ob fictã inſaniam? Vtique, aliquantulum, & viri pij adhibendi, ac theologi, qui omni ſtudio conentur reum ad pœnitentiam reducere. Quod ſi noluerit, impœnitens morte pœnas luet.

Punitio delinquentis in quem dirigitur finem? Primo, & per ſe, non in correctionem, & bonum eius, qui punitur; ſed in bonum publicum, vt alij terreantur, & à malis committendis auocẽtur. Bonum autem publicum, etiã ordine caritatis, priuatorum commodis eſt præferendum.

Quid ſi hæreticus reuera in furorem incidat? Cuſtodiendus eſt, donec ad ſanã reuertatur mentem; nec furore durante damnari poteſt. Nec impunitus recedere dicetur, cum ſatis ipſo

ſo furore puniatur. P. Cened. col-lect. 17. ad ſextum. Menoch. de ar-bit. iud. caſu 325.

Quid de ipſius bonis? Furor poſt delictum adueniens quamuis à pœna excuſet temporali, non tamen liberat à bonorũ adnotatione, & propterea eidem curatore aſsignato, aut hæredibus vocatis tractari poterit cauſa.

Quid ſi furore captus lucida habeat interualla? Non punietur, niſi cõſultis prius ſupremis Iudicibus.

Ex Comment. XXIII.

Cautelarum genera quotſunt? Duó; deceptoriæ quædam vocãtur, & in malum finem directæ; aliæ laudabiles, & Iudiciariæ pro veritate inueſtiganda ad bonum finem ordinatæ.

Iudex poterit cautelis vti? Etiam, ſed poſterioribus, non prioribus.

Inquiſitor dicere debet Reo ſe delictum eius nouiſſe? Vtique.

Vide Comment. 48. tertiæ partis.

Inquiſitor poteſt cogere teſtes ad ſe cõfrontandum cũ reo? Vtique de rigore iuris: imprudentiſsimè tamen faceret; quamuis cũ teſtes recuſent, ſuſpicari poſsit falſum depoſuiſſe, præcipuè ſi viles ſint, & infames: nam in viris probatæ virtutis ſecus eſt cenſendum.

Licet inquiſitori impunitatẽ Reo per- Non impunitatem, ſed amplam miſericordiam, & gratiam; quoniã iu

mittere, ſi veritatẽ dicat? In pœnis temperandis ampliorem habent Inquiſitores poteſtatem, quàm cæteri Iudices. Menoch.de arbit. caſu 367.

Tenetur Inquiſitor fidẽ Reo de impunita te data ſeruare? Vtique. ſi promptè veritatem cõfiteatur.

Confeſſio ſub impunitatis promiſſio extorta ſufficiet ad cõdemnationem? Minimè, niſi illam ratificauerit: cuius tamen erit puniendus, & ordinaria criminis pœna temperanda.

Quas pœnas remittere poteſt Inquiſitor? Arbitrarias, cuiuſmodi ſunt multæ pœnæ pœnitentiales: eas enim quæ ſunt à Iure ſancitæ remittere haud poteſt. Com.44.d.par.4.c. 68.

Ex Comment, XXIV.

Vide Com. 55.68 80.81 2.pat.

Quot modis hæreticus ſiue ſuſpectus vehementer aliquis deprehenditur? Duobus; verbis ſcilicet, & factis.

Ex verbis quomodo? Cum aliquid dixerit contra ſeptem genera veritatum catholicarum tradita lib.2.Cõm.27.

Ex factis quomodo? Si tranſeat ad ritus Iudæorum, ſe circumcidendo: ſi citatus ad reſpõdendum de fide non comparuit, & excommunicationem per annũ pertulit: ſi in cauſa fidei in purgatione canonica defecit: ſi in hæreſim, quã abiurauerat, relapſus fuit: ſi poſt abiura-

iurationem de vehementi cum hæreticis cōmunicauit: ſi cum ſanę mētis eſſet ægrotus hæreticos petierit conſolatores: Item ſi adaras. Idolorum thurificarit: dæmones coluerit, inuocarit, reſponſa petierit, ſydera veneratus fuerit: cum hæreticis, & alijs infidelibus frequēter conuerſatus fuerit: fidelium communionē euitarit: Diuinis officijs raro interfuerit: Eccleſiaſtica ſacramēta non receperit: Eccleſiæ præcepta non obſeruauerit: hæreticos receptarit, defenderit, ac ſacrum Inquiſitionis officium impedierit.

Referas vno verbo ſigna quibus hæretici, aut de fide ſuſpecti deteguntur? Omnia opera, per quæ diſſident à communi vita fidelium, aut ab Eccleſiæ probatis ritibus, aut à receptis Patrum doctrinis, aut hæreſim, aut hæreſis ſuſpicionem inducunt.

Ex Comment. XXV.

Quibus ſignis dignoſcuntur reiudaizantes? Multis; ſed legendus Eymerici textus: nam breuitatis ergo hic omittuntur.

Neophytus vtēs poſt baptiſmum antiquo nomine ſuſpectus præſumitur? Vtique.

Ex Comment. XXVI.

Magia quotuplex eſt? Duplex. Mathematica, & Naturalis,

turalis, ſiue elementaris; quamuis vtraque ſit naturalis.

Magia naturalis quid eſt? Illa, quæ ex compoſitione,& mutua quarundam rerum vnione miras quaſdam res producit. vt ſi quis mixturam faciat, quæ ſub aquis ardeat; vel quæ à Solis radijs accendi poſsit.

Magia matematica quid eſt? Quæ per Geometriæ,& Arithmeticæ regulas mira prorſus opera conſtruit; vt columbam, quæ in aere volitet,

Magia Venefica, & malefica vnde orta? Ex duabus ſuperius recitatis; nā cum multi vera arte deſtituti, mira illa opera fabricare non poſſent, ad dæmones confugerunt, qui hæc illos docerent.

Qualia Magorum ſcelera? Res ſacras interdū vſurpare ad inuocandos dæmones; aras illis cōſtruunt; cādelas benedictas illis accendunt: verba ſacra proferunt: & nefarias preces illis fundunt.

Alchimiſtæ ſuſpecti quod dæmones inuocent? Vtique; ſi pauperes, aut mediocriter ſint diuites; quoniam aurum, & argentum maiori ex parte in fumū labitur: & propterea ad inopiam redacti, vel dæmones inuocant, vel falſam monetam cudunt. Vide Extrauag. Ioann. 22. Spondent. de crimine falſi.

Magi ſi poſt abiurationem de vehemēti dæmones iterum inuocent, erunt relapſi. Si iterum inuocātes credunt dæmones ex ſua propria poteſtate facere poſſe id ad quod inuocantur; cum id creaturæ tribuāt, quod pro-

prium

prium eſt creatori; reuerà ſunt hæretici, & vt relapſi puniendi. Si autem credant dæmones tantum iuuare poſſe id ad quod inuocantur, vt ad expugnandam fœminarum pudicitiam, nec iudicabuntur hæretici, nec punientur vt relapſi.

Dicas hoc idem clarioribus verbis? Si prima, & ſecũda inuocatio manifeſtã ſapiebant hæreſim, & vt vehementer ſuſpecti abiurarunt, vt relapſi condẽnabuntur. Tabiena verbo Inquiſitor. §. 18.

Ex Comment. XVII.

Duo teſtes ſat erunt ad conuinceudũ aliquem de hæreſi? Vtique, ſi ſint omni exceptione maiores; quamuis durum videatur hominem bonæ opinionis, & famę, per duorum dicta de tanto crimine condemnare. Com. 48. 3. par.

Ex Comment. XVIII.

In crimine hæreſis ſola Reorum confeſſio ſufficit ad condemnationem? Vtique; quia cum tale crimen cõcipiatur mente, & in animo lateat, multoties probari aliter nõ poteſt, quam per propriam reorum confeſſionem. In alijs verò delictis requiritur, vt de corpore delicti prius conſtet.

Reo confeſſo aſſignari debent defenſiones? Etiam, quia ſunt de Iure naturæ; propterea audiendus, an aliquid contra confeſsionem opponere velit.

Concedi debet, & qua lis Reo Aduocatus? Vtique; qui nec hæreticus ſit, nec de fide ſuſpectus, nec malo genere natus; & tunc præcipuè dandus cū Reus negat. Si verò fateatur nullo indiget aduocato.

Procuratores concedi debent delatis de hæreſi? Aliquādo; qui tamen probi ſint, non cauilloſi, & garruli. Minoribus autem vigintiquinque Annis dandi ſunt Curatores, quorum auctoritate defendantur.

Inimicus, non tamen capitalis, admittitur in teſtem? Vtique, ſed debilitatur eius dictum. At quantum ſit illi detrahendum propter inimicitiam, ex perſonarum, & negocij qualitate inueſtigare poterit Iudex. Concil. Biterrēſe cap. 12 & 13. Pet. Cened. collect. 129. ad decretales.

Quæ exceptiones teſtium fidem in totū euacuant? Illæ, quæ non ex zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite procedere videntur: vt conſpirationes, & inimicitiæ capitales. Alia verò crimina, & ſi debilitant, non repellunt: præſertim ſi teſtes de crimine fuerint emendati.

Ex Comment. XXIX.
Comment. 14. 3. par.

Reticendæ aliquæ circumſtantiæ cū Reis copia proceſſus traditur? Etiam: illæ nimirum ex quibus teſtes cognoſci poſſunt; vt dies & hora delicti commiſsi; & aliæ ſimiles, quæ Inquiſitoris prudentiæ & arbitrio relinquuntur.

Teſtis à Reo ſemel ap Minimè, Ita Fely. in cap. Præſentium.

tus droba poteſt de-inde reprobari? tium. de teſtibus.

Quid cum Reus ini-micos habere ſe di-cit? Inimicorum, ſeu conſpiratorum nomina,& cauſæ ab eo inquirendæ. Ita Concil. Bitteren.c.10.

Ex Comment. XXX.

Quid eſt Recuſatio? Eſt Iudicis declinatio canonicè allegata ob iuſtam ſuſpicionis cau ſam.

Quid eſt appellatio? Eſt à minori Iudice per inuoca-tionem maioris Iudicis prætextu iniquitatis primæ latæ ſententiæ re-ſciſsio.

Inquiſitor poterit re-cuſari? Etiam.

Ex quibus cauſis? Ex inimicitia capitali, vel graui; & ex conſpiratione in reos:nã leuio res cauſæ penitus aſpernuntur.

Quid agendum vbi recuſatus fuerit In-quiſitor? Conſulendus illicò ſupremus In-quiſitionis Senatus.

Inquiſitor concedere debet Aduocatum à Reo petitum? Etiam; cum expedire cogno-uerit.

At quando expedire videbitur? Cum aſsignatus repertus fuerit Reo inimicus, aut infenſo in eum animo.

Ex Comment. XXXI.

Hæretici appellare poſſunt? A definitiua nequaquam, ab in-terlocutorijs tamen ſententijs, vbi

ſe grauari indebitè ſenſerint, poſſunt.

Quibus cauſis appellare poſſunt ab interlocutoria? Rationabilibus: friuolę enim non ſunt admittendæ.

Quænam ſunt cauſæ friuolæ? In Iure non eſt expreſſum: attamen illæ dicuntur, quæ nec iuſtam, nec Iuri conſonam, nec ſatis idoneam afferunt rationem: idque arbitrio Iudicis iudicandum relinquitur.

Appellatione interpoſita nihil innouandum? Nihil; Nam, ſi recepta, quia recepta: ſi non recepta, ne fiat præiudicium; quoad deliberetur an recipienda.

A quo deliberandum an recipienda? Ab Inquiſitore, cum conſilio peritorum.

Quid Apoſtoli, & quot eorum genera? Dicti ſunt à Potu Apoſtellon, quod eſt mittere. Et varia ſunt genera: aut ſunt conuentionales, aut teſtimoniales, aut dimiſſorij, aut refutatorij, aut reuerentiales, ſeu affirmatiui.

Quinam ſunt refutatorij, ſiue negatiui? Illi per quos apparet Iudicem, à quo appellatur, non deferre appellationi. In quibus cùm Iudex appellationem refutat, cauſam refutationis inſerere debet.

Quinam ſunt affirmatiui? Cū appellationi defertur, quos reuerentiales vocamus, quia ob reuerentiam ſuperioris Iudicis, cui deſtinantur, quodammodo concedi videnrur.

Quid eſt Arreſtare? Domum propriam, totam Ciuitatem,

tem, vel certum locum Reo aſsignare, extra quē exire non poteſt, abſq; expreſſa Iudicis facultate; idq; multoties ſub certa pœna ſtatuta.

Rei quomodo arreſtādi?

Cum leue eſt crimen, & Rei ipſi bonæ vocis, & famæ. Cum verò delicta fuerint grauia, ad realem capturam deueniendum.

Quid agendum cum Reo, qui iam appellauit?

Tranſmittendus ad ſedem Apoſtolicam cū proceſſu, & idonea cuſtodia, ne fugere poſsit. Id tamen intelligendum, poſtquam ab Inquiſitore admiſſa fuerit appellatio. In Italia verò non prius tranſmittantur, quam Romanus Senatus id pręcipiat.

In appellationibus qui ordo ſeruandus?

Ab Inquiſitore, & ab Epiſcopo ad Romanam Inquiſitionem, vel ad Papam. In Hiſpania, à priuatis Inquiſitoribus ad Generalem Regnorum Inquiſitorem.

Iudex appellationi deferens quando iuriſdictionem amittit?

Per appellationem interpoſitam non eſt ſuſpenſa Iudicis iuriſdictio, à quo, quantum ad illa, quæ tendunt in faciliorem appellationis exitum: & ob hāc cauſam poſt appellationem etiam remanet Iudex ad Apoſtolos tradendos, & appellationem proſequendam. Iuriſdictionem autē à ſe relegat, cum Apoſtolos tradit.

Poterit Inquiſitor cōtra appellantē procedere in alia cauſa?

Vtique: niſi reus tamquam ſuſpectum illum recuſet: quod verū erit vbi crimen fuerit manifeſtum.

Poterit Inquiſitor Reum in cauſa ſecũda iudicare?

Etiam, quamuis prima appellationis cauſa non fuerit expedita; & præcipuè vbi delictũ poſterius grauius ſit priori; cuius punitio, ſi omitteretur, populus fortaſsis, aut multi ſcandalizarentur.

Ex Comment. XXXII.

Inquiſitionis officium cõpetit Epiſcopis?

Vtique Iure Diuino. Vide Vrbani IV. Bullam primam.

Quare Inquiſitores conſtituti fuere?

Quia Epiſcopi alia negotia fidei negotijs præferebant.

Quo tempore Inquiſitores eſſe cœperũt?

Beato Dominico in Hiſpania primò fuit commiſſum de Anno Domini 1200. Inquiſitionis negotium.

Inquiſitionis officium quando à Dominicanis in Hiſpania ſublatum?

Anno 1476. Ferdinandus Aragoniæ, & Caſtellæ Rex eius nominis Quintus ſecularibus clericis tradidit exercendum.

Ex Comment. XXXIII.

In citatione apponenda citationis cauſa?

Nequaquam, ſed tantum Reo generaliter præcipiendum, vt coram Inquiſitoribus ſe ſiſtat, quia volunt ab eo quædam ſcire; & propterea nec delicti, nec loci, nec temporis proponenda ſpecificatio.

Remittendi ſunt Rei ad Iudicem loci in quo deliquerunt?

Vtique, ſi Inquiſitor loci, in quo delictum eſt commiſſum, id petat; alias non eſt neceſſe.

Iudex requiſitus debet Reum remittere

Minimè: ſed ex proceſſu, vel ex ſummaria informatione cõſtare de-

bet

antequam illi conſtet de delicto?

bet crimen in territorio Iudicis requirentis commiſſum: requiritur et quod crimen ſit graue, & quod iuridicè requiratur.

Quid ſi vel idem, vel aliud crimen in territorio Iudicis, penes quem detinetur, cōmiſerit?

Si publicè hæreſim profeſſus fuerit, antequam remittatur, ibi de tali crimine puniri debet. Remiſsio namque non de iam punito, & condemnato, ſed de condemnando fieri debet.

Quænam poſſunt remiſſionem impedire?

Longum iter, impenſæ immodicæ, ſuſpicio quod reus in itinere ab amicis, & fautoribus ſit intercipiendus.

Quid agendum in tali caſu?

Quicquid vnus Inquiſitor contra reum ſciuerit, & habuerit, ad alium tranſmittere debet.

Ex Commene. XXXIV.

Reus remittēdus qualiter requirendus?

Vide textum; longum enim eſſet recenſere.

Remiſſio quorum expenſis fiet?

Si crimen valdè offendit Rempublicam per actum exteriorem, fiet impenſis loci; quod ſi obtineri non poſsit, ſacri officij expēſis fiat, quas poſtea ſoluat Reus, ſi bona habeat.

Ex Comment. XXXV.

Pet. Cened. collec. 43. ad decretales Menoch. de arbit. caſu 301.

Fugiens de carcere habetur pro conuicto de hæreſi?

Minimè; cum fuga, & carceris fractio nihil commune habeat cum hæ-

reſi: & potius præſumēdum eſt carceris tædio, vel falſorum teſtiū metu, vel ob tormentorum ſæuitiā aufugiſſe, quam intellectus errore.

Quid igitur operatur fuga? Præcedēti ſuſpicioni aliquis addit; Quantum verò ſit, & quale, ex delictis, & perſonæ qualitate, & indicijs criminis rimari debet. Hæc enim vera ſunt de tradito carceri ad cuſtodiam.

Fugiēs è carcere qua pœna puniendus? Si Doctor, Religioſus, vel honeſtior ſit cuſtodiatur arctius, & puniatur durius. Si autem ſit vilis, fuſtigetur publicè, hæreſis cauſa in ſuo ſtatu permanente: quamuis & alijs pœnis arbitrarijs puniri poſsit.

Mitius punietur cuſtodis negligentia fugiens? Vtique.

Quid ſi fugientes haberi non poſſint? Publicis edictis ſunt euocandi; & in eos; velut in contumaces, & impœnitentes eſt procedendum. Vide Pij IV. bullam ſecundam.

Ex Comment. XXXVI.

In cauſis criminalibus admittitur Procurator? Minimè, præcipuè in crimine hæreſis exiſtens in mente eius, qui illud cōmiſit, de quo nemo melius ipſo reſpondere poteſt.

Pro reo abſente admitti debet excuſator? Vtique: cum in fide tantum eſt ſuſpectus; non autem ſi verè hæreticus eſſet.

Quales erunt excuſatoris partes. Probabiles, & iuſtas abſentiæ, vel fugæ cauſas afferre.

Etiam;

Hæretici, banniti, & diffidati poſſunt impunè occidi.

Etiam; cùm conſtat verè hæreticos eſſe; ſi tamen violenter reſiſtāt, ne capiantur: licet tutius ſit eoſdem capere, ac Iudici præſentare.

Ex Comment. XXXVII.

Pronunciādum in ſententia abſolutoria aliquem innocentem?

Vtique quando per falſos teſtes fuit conuictus; aut per iniquos, & maleuolos delatus; qui poſtea pœnitentia ducti dixerunt ſe falsò detuliſſe, aut falſum teſtimonium dixiſſe. Videndum tamen diligenter ne id faciāt corrupti prece, pretio, vel à delato, vel à conſanguineis, & amicis delati.

Solus Inquiſitor vel Epiſcopus poſſunt abſoluere?

Etiam diuiſim, tutius tamen vt id agant coniunctim.

Quid ſi abſoluatur quis tamquam innocens, tum de eodem crimine deferatur?

Non obſtant ſententia abſolutoria, iterum iudicari, & condemnari debet: quoniam fauore fidei, ſententiæ nunquam tranſeunt in rem iudicatam. Vide Pij V. Bullam primam.

Ex Comment. XXXVIII.

Purgatio canonica fuit abolita?

Vtique, in omnibus ferè criminibus, præterquam iu crimine hæreſis: ea nimirum ratione, quod in multis alijs delictis ſiniſtra ſuſpicio à maleuolis præſertim orta, aut tolerari poſsit, aut negligi; in crimine tamen hæreſis nec ferēda eſt,

nec diſsimulanda.

Inquiſitor ſolus, vel ſolus Epiſcopus poſſunt indicere purgationē canonicam? Poſſunt de rigore Iuris: Contraria tamen ſententia tutior videtur, & ſeruanda.

Qui ritus in purgatione ſeruandi? Vide Commentarium; longum enim eſſet illos omnes recenſere.

Recidens in hæreſim de qua ſe purgauit per abiuratiōnē punietur tanquam relapſus? Vtique, ſi abiurauit de vehementi; & idem erit dicēdum de eo, qui ob vulgatam, & frequentem infamiam, quam ex dictis, vel factis ſeminauit, vehementē contraxit hæreſis ſuſpicionem, quā abiurauit, ſi poſtea reperiatur in eādē rē incidiſſe, vt relapſus punietur. Quia abiurās vt vehementer ſuſpectus, omnem hæreſim abiurat: & propterea in quam cunq; poſtea labatur, relapſorum, pœna punitur.

Qua ratione id licebit? Quoniam per ſecundam deprehenſionem expreſſam declaratur animus illius, qui primò fuit in mala opinione contra fidē Chriſti; in qua continuaſſe ſemper præſumitur, vſq; ad ſecundam deprehenſionem.

Qui de hæreſi ſe purgauit; ſi reincidat erit relapſus? Diſcrimen eſt inter abiurantem de vehementi, & purgantem ſe de hæreſi, vt vehementer infamatum. Abiurans enim de vehementi, ſi in eandem reincidat, vel in aliam, puniretur vt relapſus. Purgans autem ſe, vt vehementer infamatus, relapſus non cenſebitur, niſi in eandem reincidat hæreſim, quam prius purgauit.

Qui

Vnde tanta diuerſitas.

Qui ſe purgauit, de illa ſolum, de qua fuit infamatus, ſe purgauit; non autem de omni hæreſi generaliter. Qui autem vt vehementer ſuſpectus abiurauit, omnem hæreſim abiurauit. In quamcunque igitur poſtea relabatur, relapſorum pœna punietur.

Si poſt purgationem reincideret quis ſæpius in aliam, atque aliam hæreſim; erit relapſus?

Purgatus canonicè remanet inhabilis ad officia, & beneficia?

Tũc fortaſsis relaxari poſſet Curiæ ſeculari.

Negãt alij. c. illud. 23. diſt. Addũt alij verum eſſe de promoto, non de promouendo.

Quænam dicitur grauis hæreſis infamia

Qua apud bonos viros pluries, ſeu paſsim quis notatur. Vel ſi quis à bonorum cõſortio repellatur: accedantq; indicia hęreſis infamiã augentia. Vel ſi poſt commiſſum magnum aliquod delictum vt poſt deletas ſanctorum Imagines, aduerſus aliquem oriatur ſtatim infamia.

Ex Comment. XXXIX.

Menoch. de arbitr. caſu 274.
Vide comment. 80. 82. ſecundæ partis. & 40. 110. tertiæ partis. vna cũ appendice Comment. 110.

Quot ſunt remedia ad excludendã hæreſis ſuſpicionem opportuna?

Tria: Purgatio canonica, Abiuratio de vehementi, ſeu de leui, & Tormentum, quod accomodatius eſt cęteris ad eruendam veritatem.

Abiuratio de vee-

Vtique, ob periculum relabendi

menti eſt ne grauiſſima pœna?

di.

Poſſunt Reos torquere Inquiſitores ſine Epiſcopis, vel ē cōtra?

Minimè, niſi per infirmitatem, aut aliam iuſtam cau ſam, alter eorũ adeſſe non poſſet.

Quid, cum Reus ſemiplena vrgetur probatione, vel talibus indicijs, vt abſolui non poſſit ab inſtantia?

Tunc, vel Purgatio canonica, vel abiuratio de leui, aut de vehementi, vel tortura infligenda; & hæc duabus prioribus accomodatior ad veritatem eruendam. Abiuratio enim de vehemẽti periculoſa nimis ob relabendi periculum.

Tortura eſt facilè vſurpanda?

Quamuis indicia ex quibus ad eã deuenitur ſint arbitraria, non tamẽ proinde temerè, & in qualibet cauſa ſunt vſurpanda. Talia enim eſſe debent, quæ Iure ſubſiſtant, & approbentut, alias reijcienda.

Inquiſitores poſſunt noua excogitare tormenta?

Nequaquam; ſed ſolita, & vſitata ſunt adhibenda.

Abiuratus tenetur ſe ſubſcribere?

Vtique, ſi ſcribere nouit: ſin minus Inquiſitor, & Notarius ſe ſubſcribent.

Priuilegiati torqueri poſſunt in crimine hæreſi?

Vtique.

Impuberes, & ſenes torqueri poſſunt?

Etiam, ſed leuiter, & cum moderamine, iuxta perſonæ, & temperamenti corporis qualitatem.

Mulier prægnans torqueri poteſt?

Minime, nec etiam terreri; ſed expectanda eſt donec pariat, vbi veritas aliter quàm per torturam, aut terrorem haberi non poteſt.

Aut

Confeſſio per terrorē facta erit abſque ratificatione valida?

Aut terror realis eſt; vt cū Reus erat ligatus, vel ſpoliatus propè torturam, vel in loco tormentorum; & ſic non valebit; cum paria ſint confiteri in tormentis, vel metu tormētorum. Vel terror remotus eſt á tormento, & verbis tantum per Iudicē illatus, ſicq; valebit confeſsio.

Tormenta, nouis accedentibus indicijs, erunt iteranda?

Vtique, ſi fuerint á primis ſpecie & ſubſtantia differentia; & vbi Reus in corporis fortitudine durauerit, & leuiter fuerit primò tortus. Vel vbi prima indicia fuerint multum vrgentia, & manifeſta.

Reus in tortura delictum confeſſus, ſi ad ratificandum ductus confeſſionē reuocet, retorquebitur?

Vtique, etiam ſi alia non ſuperueniant indicia: quia confeſsio illa primum in tormentis facta nouum fuit indicium. Non tamen Reus tādiu in tormentis eſt detinendus donec perſeueret. Menoch. de arbit. caſu 38. 269. caſu 271. 272.

Tortus ſufficienter quis dicitur?

Cui rigida adeo inflicta eſt tortura, vt prudentum iudicio, qualitate indiciorum conſiderata, ea ipſa purgauerit, nihil confitendo.

Confeſſio in tormentis facta quanto temporis patio erit ratificanda?

Duobus, vel tribus diebus ab inflicta tortura, ne tormentorum dolor, & vehemens animi perturbatio adhuc durare videantur.

Reus qualiter interrogandus pro confeſſione ratificanda?

Recordaris eorum, quæ heri, vel nudius tertius in tormentis dixiſti? Dic nunc liberè veritatem, &c.

Quoties retorqueri poteſt Reus ob reuoca-

Bis tantum, vel tertio cum Reus fuerit leuiſsimè tortus. & in poſte-

taſ confeſsiones? riori confeſsione aliqua noua ſigna priori confeſsioni addiderit; quorũ alterum ſi deſit, nullò modo retorquendus eſt tertiò. Menoch. de arbitr. caſu 272.

Quid agendum cum Reo ſufficienter, & bis torto, & delictũ negante? Abſoluendus, nec ad abiurationẽ compellendus, nec fideiuſſoribus relaxandus.

Ex Comment. XL.

Vide Comment. 80. 2 & 39 tertiæ partis. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 377. 372.

Quid eſt Abiuratio? Eſt ſolemnis hæreſum deteſtatio, cum aſſertione catholicæ veritatis, iuramento, & pœna munita, permanendi in fide Chriſtiana.

Antiquus eſt abiurationis vſus? Vtique; nã & prima Nicena, & Epheſina ſynodus illius meminerũt.

Cur inſtituta abiuratio? Ob frequentes hæreticorum intercadentias, & fraudes: vt abiurationis vinculo conſtricti in Eccleſiæ Catholicæ vnitate permanere cogerentur.

Quotuplex eſt abiuratio? Quadruplex; aut eſt de leui, aut de vehementi, aut de violenta ſuſpicione, aut de hæreſi formali.

Abiurationes de leni, vehementi, & violenta differunt? Minimè, ratione finis; cum is ſit, vt earum virtute abiurantes in catholica contineantur vnitate.

Differunt quo ad effectus? Vtique: quia ſub alia forma verborum fiunt. Differunt ratione loci;

ci; nam de leui, ſecreto, de vehementi publicè fieri debet. Differunt etiam, quoniam abiurantibus de leui minor pœnitentia, quam abiurantibus de vehementi eſt imponenda. Tandem abiurans de vehementi ſi relabatur, punitur vt relapſus de leui autem nequaquam.

Abiurare qui nam tenentur?

Omnes de hæreſi ſuſpecti, quamuis priuilegiati ſint, & in dignitate conſtituti.

Per torturam euitari poterit abiuratio?

Etiam, ſi ea fuerit vt indicia, & ſuſpiciones purgauerit.

Quæ ætate abiurari debet.

A maſculis poſt quartum decimũ annum à fœminis verò poſt duodecimum completum, ita in Concilijs Toloſano cap. 11. & Biterẽt. cap. 31. vbi dicitur: Vniuerſi tam mares, quam fœminæ maſculi à 14. Anno, & ſupra; fœminæ à 12. Anno, abiurent omnẽ hæreſim extollentẽ ſe aduerſus Sãctã, & Catholicã Romanã Eccleſiã, & fidem orthodoxam, quibuſcumq; nominibus cenſeantur.

Si quis hac ætate minor ſuſpectus de hæreſi ſit, quomodo tractabitur.

Pœnis aliquibus erit coercendus, non autem ad abiurationem compellendus.

Maſculi, & fœminæ poſt quartumdecimum, & duodecimum annum, abiurabunt de leui, vel de vehementi; & formali.

De leui tantum: nam fragilis ætas; iudicium inconſtans, ratio debilis, ignorantia credendorũ, multum detrahunt puerorum delictis. ac plurimum minuunt ſuſpiciones hæreſis.

Vide

Vide Comment. 13. 1. part. & 17. huius partis.

Citandus Reus ad audiendam ſententiã? Vtique nec citatio valeret, ſi diceretur, ad audiendam Iudicis voluntatem; ſed vt perſonaliter veniat, & ſententiam audiat, recepturus debitam pro delictis pœnam.

Inquiſitores poſſunt per alias ſententias pronuntiare? Etiam: In alijs autem cauſis Iudex ipſe per ſe ipſum.

Qualiter ordinanda ſententia condemnatoria? Primum qualitas hæreſum, & errorum à reo aſſertorum declaretur: inde criminum diligens inueſtigatio, citationes, admonitiones, confeſsiones, probationes legitimæ, induciæ ad pœnitendum datæ, obduratus in delictis reorum animus. & reliqua, quæ ad iuſtũ proceſſum cõficiendum attinent, tum ſententiæ ſubiungatur diſpoſitio.

Sententia cõdemnatoria ferri poteſt per Inquiſitorẽ abſente Ordinario vel Vic. Nequaquam, niſi vnus alteri commiſerit vices ſuas; vel adeſſe non potuerit; vel legitimè expectatus intra terminum non venerit.

Vocandi ſunt Conſultores? Vtique, quum ferenda eſt publicè ſententia. Vide Vrbani IV. Bullam primam. c. vt commiſsi, de hæret. in 6.

Ferenda eſt de die ſententia? Etiam: ſi autem ob reorum multitudinem, nõ poſſent aliquorum ſententiæ interdiù pronũciari, nõ propterea vanæ, aut nullæ reddentur.

Cur in ſententijs dicitur, Pœnitentia- Quoniam, quæ redeuntibus imponuntur pœnitentiæ, haud propriè....

mus, & non punimus? prié ſunt pœnæ, ſed medicinæ ſalutares.

Ex Comment. XLI.

Abiuratio fieri prius debet, quàm ſententia pronuncietur?

Etiam, quoniam abiuratio inter pœnas redeuntibus imponẽdas numerari ſolet; licet conſuetudine contrarium ſit receptum.

Inquiſitor poteſt indulgentiã concedere?

Vtique viginti, vel quadraginta dierum; ijs tamen qui actionibus fidei interſunt. Vide Innocentij IV. bullam 7. & 15.

Ex Comment. XLII.

Habitus pœnitentialis, crucibus ſignatus, quando inſtitutus?

Anno Domini 1229. In Concilio Toloſano.

Cuius coloris habitus, & Cruces?

Crocei coloris, cũ duabus Crucibus, vna in pectore, altera in ſpatulis. Ita Concil. Bitinenſe. cap. 26. Hunc habitum Itali vocant, Habitello: Hiſpani verò ſamanera, ſiue San Benito. Vide c. Achab. de pœnit. diſt. 3.

Impœnitentes monẽdi ſunt publicè, vt conuertantur?

Maximè. Quòd ſi abiurare annuant, ad carcerem ſunt reducendi, & ad pœnitentiam admittendi. Si verò in pertinacia perſiſtant, nec abiurare velint ferenda eſt ſententia, & Curiæ ſæculari ſunt relaxandi. Quamuis pœnitentiæ locus eiſ-

dem tantum eſſe deberet, dum è carceribus Inquiſitorum educũtur.

Ex Comment. XLIV.

Quot, & qualia ab hæreſibus oriuntur commoda?

Tria. Primum, intelligentia diuinarum ſcripturarum, & fidelium exercitatio in illis percipiendis, dũ ſpiritus ſancti recondita miſteria vigilanter inquirunt. Alterum, vt ſic lapſi humiliores deinceps fiant, ac pœnitentiæ operibus exerceantur. Tertium, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant; vt videre eſt in martiribus, qui mira carnificum tormenta potius ſunt paſsi, quam Chriſti fidẽ violare.

Quanam ſunt cauſa rationabiles ad minuendam pœnam:

Infirma reorũ valetudo, Inſignis humilitas, & vera conuerſio, & aliæ multæ prudentis Inquiſitoris arbitrio relictæ. Menoch. de arbitr. caſu 59. 60. c. & commiſsi. de hæret. in 6. Pet. Cened. collect. ab. ad decretales.

Quibus cauſis augeri poterit?

Conuerſorum in deuotione, malitia, contentione, rixa, & ſimilibus.

Quid ſi Inquiſitor propter obliuionẽ, poteſtatẽ iſtam expreſsè ſibi non reſeruauerit?

Poterit nihilominus lata ſententia, pœnitentias augere, mutare, tollere, & minuere, Comment. 27. 3. p. & 46. 108.

Ex

Ex Comment. XLV.

Actio, quæ Reus curiæ relaxatur ſeculari, fieri debet in Eccleſia?
Vtique.

Quotuplex eſt Degradatio?
Duplex: Verbalis, quum Epiſcopus pronunciat ſententiam contra clericum, qua clericalibus ordinibus, ſeu ordinum miniſterio, & executione, priuat. Actualis autem, quũ non modo per ſententiam priuatur, ſed actualiter, & perſonaliter Eccleſiaſticis ordinibus exuitur, & ſpoliatur, Prior autem depoſitio potius vocatur, quam degradatio.

Solus Epiſcopus poteſt degradare?
Vtique; ſed conuocatis Abbatibus, Prælatis, & alijs Religioſis. Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 4. de reformat.

Solus Inquiſitor poteſt clericum hæreticum degradandũ pronunciare?
Vtique; vbi negligens fuerit Epiſcopus.

Inquiſitor eſt iuriſdictione maiõr Epiſcopo?
In hæreſis crimine, aut maiorem, aut ſaltem parem cum Epiſcopo habet iuriſdictionẽ. Vide Vrbani IV. Bullam primam. Comm. 32. cap. 4. 3. par. 105.

Qui factis, vel dictis cauſam dant; vt ad ſupplicium tractus celerius moriatur, Irregulares fiunt?
Etiam; quamuis operam dent rei licitæ.

Ex Comment, XLVI.

Quinam in perpetuum carcerẽ ſunt detrudendi?

Qui valde difficulter ab hæreſi conuertuntur, & quorum inſignia ſunt delicta, ne alios corrumpere poſsint. Menoch. de arbit. caſu 89.

Epiſcopi, & Inquiſitores poſſunt perpetuum carcerem commutare?

Vtique, in detruſionem in Monaſterium, com. 23. 44. 3. p.

Carceris perpetui, pœna quibus cauſis, & quando remittenda?

Iuſtæ, & rationabiles eſſe debẽt; vt verbi gratia ſi propter mariti abſentiam liberis, aut vxori mortis periculum immineret; non tamẽ ſub carcerationis initio eſt diſpẽſandũ.

Sacerdos immurãdus prius degradandus?

Etiam, actualiter; quoniam immuratio perpetua morti æquiparatur. Ita enim res ſe habet de rigore Iuris, quamuis conſuetudo aliter obtinuerit.

Immurandi perpetuò cur degradandi?

Quoniam talis immuratio morti æquiparatur.

Ad Triremes perpetuò damnatus erit actualiter degradandus?

Vtique de Iure nihilominus cum regulariter diſpenſari ſoleant, verbaliter tantum degradantur.

Ex Comment. XLVIII.

Vide Com. 59. 2. partis 26. pri. par.

Accuſatus de hæreſi, & negans, legitimè tamen conuictus, ſi proteſtetur

Vtique, ſi de facto, vel dicto hæreticali conuincatur: non autem ſi confiteatur factum negàndo prauã intentionem.

Etiam

ſe credere id, quod Eccleſia, erit tamquam impœnitens relaxandus?

Sunt aliqua hoc in negotio animaduertenda?

Etiam. Primum, quod de vera, & formali hæreſi ſit conuictus; & non de aſſertione ſcandaloſa, temeraria &c. Alterum quod verba hæreticalia certa ſint, & clara, & non dubia, vel ambigua, duplicem ſeuſum habentia, hæreticum vnum, catholicum alterum; quoniã, hæretico ſenſu relicto, catholicus eſt accipiendus. Tertium, quod non per inimicos teſtes, aut ſingulares, ſed omni exceptione maiores conuincatur. Quartum, vt factum, vel dictum de quo conuincitur, recens ſit, & non vetuſtũ; ita vt veriſimiliter Reus credatur eius fuiſſe oblitus. Poſtremũ; quod conuincatur aſſeruiſſe ſe illa credere, & credenda alijs eſſe. Vide Comment. 59. ſecundæ partis. 27. Tertiæ par.

Confrontatio Reorũ, & teſtium fieri poteſt in crimine hæreſis?

Vtique, quum Reus in negatiuã perſeuerat, ceſſante teſtium periculo, & magna id ſuadente cauſa, & vbi teſtes ſint eiuſdem criminis cum Reo complices: vel ſi teſtes, & rei viliſsimi ſunt, vt meretrices, baiuli &c. Vide cõm. 23. 3. p.

Solus Inquiſitor poterit confrontationem ſtatuere?

Minimè: ſed cõſilium Epiſcopi, & Peritorum adhibeat: quod ſi non conueniant, maiores conſulat Inquiſitores.

Qua methodo fiet cõfrontatio? Singulos teſtes per ſe Reo ſiſtãt; & non omnes, vel duos ſimul, vbi tamen non fuerint complices.

Quid obſeruandũ circa negatiuum antequam cõdemnetur? Si ex vita ant acta bonis moribus, & bona fama, procul ab hæreſi ſibi obiecta videatur: iniquo vrgeri teſtimonio, præſumendum erit. Tũc enim magis ſuſpicandum eſt, cum teſtes autẽ ſunt per omnia probati; aut Reo aliquando fuerunt inimici: quod Inquiſitor ex officio inueſtigare debet.

Contra Reum negantem præſumi poterit quidquam? Si teſtes probati ſunt, & graues, Reus autem malæ vitæ, & famæ fuerit, iuſto conuinci teſtimonio præſumetur.

Delatores, & falſi teſtes punientur eadẽ pœna? Vtique; licet in alijs criminibus mitius puniatur falſus Delator, quã teſtis falſus.

Conuictus per falſos teſtes de hæreſi poteſt crimen fateri, vt mortẽ effugiat? Minimè; etiam ſi non iuratus, & extra iudicium talia diceret, propter grauiſsimam infamiam, quam ſibi imponeret.

Quænam erunt Confeſſarij partes? Curare vt veritatem Reus prodat, nec tamen falſum ſibi crimen imponat: memineritque, ſi iniuriam ac ſupplicium patienter toleret, ſe velut martirem eſſe coronandum. Vide Comment. 25. 2. par.

Homo eſt dominus famæ ſuæ? Vtique. Licet enim detegendo crimen, quod commiſit, non peccet contra iuſtitiam: nec vlli iniuriam irroget: attamen veniale peccatũ committit, contra ſui ipſius charitatem,

tatem. Quod multo magis eueniret, vbi ad ſæuitiam tormentorum euadendam id diceret, quod non commiſit.

Mendacium ex ſuo genere eſt mortale?

Nequaquam: dictum tamen in iudicio, coram Iudice legitimè interrogante, & iuramento præcedente, mortale eſt.

Ad ferendam contra hæreticos ſententiã eſt neceſſaria Iudicis ſecularis præſentia?

Minimè; ſed tantum deſiderari videtur, vt latam ſententiam illicò exequatur.

Quid de Inquiſitorum auctoritate?

Idem quod de Epiſcopis: ſiquidẽ in hæreticæ prauitatis negocio eorum iuriſdictio æquiparatur poteſtati Ordinarij: immò quidam maiorem eſſe voluerunt. Vide Vrbani IV. Bullam primam. comm. 32. 45. 84. 3. p. 4. 105.

Ex Comment. XLIX.

Quis ordo ſeruandus contra abſentes, cõtumaces, de formali hæreſi verè conuictos?

Peremptoria citatione trigintã dierum ſpatio citandi: quibus elapſis, niſi comparuerint, ſententia in eos pronuncianda, ſtatua eorundẽ in publicum producta, ac ſecularibus miniſtris ad comburendum tradita.

Quid ſi abſentes ſint tantum de hæreſi ſuſpecti?

Citandi intra certum tempus eiſdem præfiniendum, & non accedentes, excõmunicati declarandi ſunt: in qua ſi per annũ inſorduerint, tã-

quam hæret ici damnandi erunt. ca. Cum contumacia. de hæret. in 6.

Contumaces audiuntur anno elapſo?

Nequaquam; vt bona recuperēt; niſi vel de eorum innocentia, vel de iuſto impedimento legitimè conſtiterit.

Audiuntur ad innocentiam probandā?

Etiā, quocumq; tēpore, quāuis termini oēs aſsignati elapſi fuerint.

Contumax abſens ſacris ordinibus inſignitus poterit verbaliter degradari?

Vtique; & per ſentētiam brachio ſeculari poterit relinqui.

Abſens verbaliter degradatus poterit per Iudicem ſecularem puniri?

Etiam, de Iure: Tutius tamē eſt, & humanius, vt actualiter degradetur; & ſemper admittendus eſt ad proponendam de crimine excuſationem; & ad miſericordiam, ſi humiliter petierit: vbi præcipuè per fictas Iuris præſumptiones tantum eſſet conuictus: vt quia per annum ſuſtinuit excōmunicationem in cauſa fidei. Addo quod benignius eſt, ne Iudices Eccleſiaſtici eum expellant de foro ſuo, quia ſi conuerti voluerit poſsit ab Inquiſitoribus recipi ſine controuerſia, ne iudex ſecularis dicat acquiſiuiſſe ſuper eum poteſtatem ob talem fictā traditionem ſibi factam.

Anno elapſo requiritur ſententia condemnatoria?

Minimè, cum ipſo Iure in eos iā intelligatur lata, ſed tantum declaratoria requiritur.

Ritus cōburendi ſtatuas quando cœpit?

Incertum eſt: creditur tamen rem non eſſe valde antiquam.

Vti-

Cōbuſta abſentis imagine, ſi compareat, audiendus erit?

Vtique, ſiue ſpontè, ſiue vi accedat: & niſi relapſus fuerit, ad Eccleſiæ gremium admittetur; acerbiſsimè propter contumaciam puniendus: licet lenienda ſit pœnitentia, & rigori detrahendum, cum ſpontè acceſſerit.

Ex Comment. L.

Inquiſitores Theologi potiuſquā Iuriſperiti eſſe debent?

Etiam; quamuis officium per ſtius exercerent, ſi Theologiæ, & vtriuſque Iuris ſtudia coluiſſent. Vide lib. 3. cap. 28. 2. par. inſtit. moral Io. Azorij.

Ex Comment. LI.

Cuius ætatis creari debēt Inquiſitores?

Quadraginta annorum: at ſpectata perſonæ probitate, & prudentia, ſuper hac ætate à Iure communi requiſita diſpēſari poteſt. Quadraginta annorū ætate ſolent homines eſſe prudentiſsimi; atque mens, & intellectus potiſsimum viget.

Cur in Epiſcopo trigeſimus annus tantum poſtulatur?

Quia in Epiſcopos promouendi cum magna tranſeunt Inquiſitione: nam recipiuntur teſtes, ac promotio diſcutitur in Conſiſtorio Papæ: & propterea ad tantam promotus dignitatem ex omni parte idoneus præſumitur.

Ex Comment. LIII.

Inquiſitores cur Iudices delegati, & non ordinarij appellantur?

Quia ad ſpecialem hæreſis cauſam tractandam dati, licet perſonarum vniuerſitatẽ complectãtur.

Ex Comment. LIV.

Com. 32. 45. 54. 30. 105.

In cauſis fidei quænam eſt maior Iuriſdictio, Epiſcopi, an Inquiſitoris?

Si delegata procedant auctoritate pares erunt; ſi Epiſcopus ordinaria, Inquiſitor autem delegata, Inquiſitoris maior.

Quid ſit citetur Reus ab Epiſcopo, & ab Inquiſitore, de fide reſponſurus?

Coram vtroque compareat, ſi diuerſa ſint citationis tẽpora. Quod ſi eadem, coram Inquiſitore: etiam ſi prius ab Epiſcopo ſit citatus.

Epiſcopus impedire poteſt Inquiſitionis progreſſum?

Minimè; cum delegatus ſit Summi Pontificis, & maior Epiſcopo in cauſa hæreſis; eique velut Pontifici Summo, relicto omni alio Iudice, obtemperandum eſt. de offic. delegat. cap. Sanè. Vide Vrbani IV. Bullam primam.

Inquiſitorũm priuilegia ſupra Epiſcopos competunt Vicarijs eorum?

Minimè. Si autem Vicarius auctoritate Apoſtolica nominatim ſit conſtitutus, vtique.

Ex Comment. LVI.

Mortuo Papa expirat Inquiſitorum officium?

Minimè; donec aut expreſsè; aut nominatim fuerit reuocatum: & extenditur ad negotia nondum cœpta,

ta,& de nouo exorta, licet ſit com-tutus ad beneplacitum Sedis Apo-ſtolicæ,aut Romani Pontificis.

Ex Commeut. LVIII.

Inquiſitores qui remouere poterit?

Generales,& Prouinciales eorũ; quoniam facilius ipſi intelligunt quando remouere expediat. Hodie tamen, & creantur, & remouentur ab Illuſtriſsimis Supremis Inquiſitoribus. Vide Innocentij IV. Bullam 14. & Vrbani IV. Bullam ſecũdã.

Ex Comment. LIX.

Quandò remouere expediet?

Quum aderũt cauſæ iuſtæ, & vtiles arbitrio boni viri.

Ex Comment. LX.

Inquiſitores teneantur obedire Prælatis ſuorum ordinum?

Minimè in ijs,quæ ſpectant ad Sãctum officium; ne fidei negotia,aut retardentur, aut impediantur. Immò vbi negotijs iſtis ſe immiſcere vellent, coerceri grauiter poſſent, vt Impeditores,iuxta impedimenti qualitatem.

Ex Comment. LXI.

Quot ſunt generales cauſæ remotionis Inquiſitorum?

Tres: Impotentia, Negligentia, & Iniquitas prætextu officij commiſſa,

In-

Quid per Impotentiam? Infirmitatē, ſenectutem, & Ignorantiam intelligo.

Infirmitate ergo deponetur? Si temporaria, ſiue tranſiens ſit, minimè; vbi autem perpetua, aut talis exiſtat, vt omninò vel impediat, vel ineptiorem reddat, remouendus erit. Idem de ſenibus dicendum.

Quid per negligentē intelligis? Qui contra hæreticos, aut non procedit, aut non debito tempore: nec caret fautoriæ hæreticorum ſuſpicione. Vide Innocentij III. Bullam primam, & Innocentij IV. Bullam 7.

Quid per Iniquitatem? Auaritiam, & illicitam pecuniarum extorſionem; vel rem quamcunque prætio æſtimabilem; vel crimen hæreſis; vel ſuſpicionem alicui impoſitam intelligo: maturè tamē cōtra Inquiſitores procedendum.

Peritorū nomine quinam intelligendi? Theologiæ, Iuris Canonici, & Ciuilis ſcientiæ prædit. Io. Andr. c. Vt Commiſsi. de hæret. in 6.

In puniendis inquiſitoribus quid obſeruandum? Illud Idem quod D. Thom. 2.2. q. 70. art. 2. ad 3. præcauendum tradit de Cardinalium punitione loquendo nimirum, ne ex condemnatione alicuius eorum derogetur (quoad hominum opinionem) dignitati, & Sancti officij auctoritati: Id enim periculoſius eſt, quam impunitum relinquere aliquem peccatorē, niſi tale crimen eſſet, vnde ſcandalum oriretur; & propterea impunitum non relinquendum. Ex

Ex Comment. LXIII.

Poteſt Inquiſitor plures Vicarios, aut Cõmiſſarios ſibi creare?

Etiam; cùm eius Prouincia latè patet.

Quales eſſe dêbent?

Viri pij, docti, prudentes, Chriſtiani veteres, negotio apti, ſui aut alterius ordinis regulares, vel Clerici ſeculares.

Ex Comment. LXIV.

Inquiſitores poſſunt vices ſuas cõmittere plenariè ſuis Vicarijs?

Vtique: Commiſſarius tamen cũ plena poteſtate inſtitutus non poteſt alium Cõmiſſarium ſubſtituere.

Subdelegatus poteſt ſubdelegare?

Minimè. Inquiſitores tamen, vti delegati à Papa, poteſtatem habẽt ſubdelegandi; & hæc à lege, quæ perſonalis cum ſit, Inquiſitorem ipſum non excedit.

Ex Comment. LXV.

Quænam ætas, atque conditiones requirun tur in Vicario Inquiſitoris?

Iiſdem ferè qualitatibus prædi tus eſſe debet, quibus Inquiſitor. Si quidem ſubrogatum debet ſapere naturam principalis. Triginta quoque annorum eſſe debet. Nec mirum quod maioris ætatis ſit Inquiſitor; cum nec ardua, nec omnia fidei negotia Inquiſitorum Vicarijs demandentur.

Ex Comment. LXVI.

Solus Inquiſitor depo-nit Vicarium ſuum?

Etiam;

Prælatus Inquiſitoris poterit illum depo-nere?

Quãuis Prælati Religionis deponant Inquiſitores, non tamen Vicarios. Neque obſtat regula: Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. c. Cui licet. de reg. iur. in ſexto. Reſpondetur regulam nõ ſemper habere locum, ſed tantum quando minus ſub maiori continetur tanquam ſpecies, vel pars: Vicarius Inquiſitoris non eſt ſpecies, aut pars ſubiecta Prælato, vt ſic. Vel dicendum; Qui poteſt maiora, poteſt & minora: quoties Ius, conſuetudo, vel priuilegium non repugnant.

Ex Comment. LXVII.

Inquiſitores cum Religioſos Notarios creant quid obſeruare debent?

Teſtes ſunt adhibendi, tradito illis de more Calamo, & Atramentario, additoque ſolemni iureiurando, & verbis conſuetis: Eſto notarius &c. Vide Pij IV. Bullam primam, & Vrbani IV. Bullam primã. Et ad hoc compellere poſſunt quoſcunque Regulares.

Ex Comment. LXX.

Inquiſitores, & eorũ officiales poſſunt excommunicari?

Minimè: ne fidei negotia retardentur, vel impediantur. Ita Vrbanus, Alexander IV. Clemens IV. ēt quod Inquiſitores obligati ſint in forma Cameræ Apoſtolicæ ad ſoluẽdam penſionem aliquam.

Ex Comment. LXXI.

Inquiſitores cum excommunicatis maiori excommunicatione participantes incurrunt excommunicationem?

Minimè. Alexander IV. anno 1260. ita tamen, cum non poſſint ſine moræ diſpendio Superiores cõſulere, aliter inciderent in excõmunicationem. Gloſa in c. poſsidentis. de hæret. in 6.

Ex Comment. LXXII.

Inquiſitores poſſunt ſe mutuò abſoluere ab excommunicatione, & in irregularitate diſpenſare?

Vtique. Ita Vrbanus, anno Domini 1262.

Ex Comment. LXXIII.

Dantur caſus in quibus non poſſunt Inquiſitores ſe mutuò abſoluere?

Etiam. Quum ómmiſſerunt procedere contra quem procedere debuerant: quum alicui hæreſis crimen falsò impoſuerunt; aut ſacrũ officium eos impediſſe dixerũt, qui

reuera

reuera non impediuerunt: vel quum officij prætextu illicitis modis pecunias extorſerunt: vel quum abſolutio Superioribus ſuis non eſt conceſſa. Ommiſsio tamen debet eſſe contra iuſtitiam, conſcientiam, & ſcientiam ipſius Inquiſitoris.

Ex Comment. LXXIV.

Papa poteſt in hæreſim incidere?

Pet. Cened. Collect. 44. ad Decretum.

Affirmant quidam: & ita ſupponitur Concilio, tamquam Iudici legitimo. Negant verò alij; ſuper Chriſti oratione fundati: Ego rogaui pro te Petre &c. quaſi videatur priuilegium hoc eſſe perſonale, & ei annexum, qui ritè, & canonicè electus eſt Romanus Pōtifex ex Spiritus ſancti aſsiſtentia. Quamuis in alia quæuis delicta ex humana fragilitate incidere poſsit.

Ex Comment. LXXV.

Inquiſitores poſſunt procedere contra Sedis Apoſtolicæ Nūcios, & Officiales?

Minimè: talium nihilominus delicta Apoſtolicæ Sedi denunciare poſſunt. Vide Pij IV. Bullam quartam.

Quid intelligit per Nuncios?

A ſancta Sede conſtitutos circa ea, quæ dignitatem, & honorem eiuſdem reſpiciunt; & Pontificis vices in aliquibus cauſis gerunt. Non autem

autem ab eadẽ Sede datos ad cauſam aliquam inter partes decidendam.

Ex Comment. LXXVI.

Cap. Inquiſitores. de hæret. in 6.

Inquiſitores poſſunt contra Epiſcopos hæreticos procedere?

Minimè. Teſtium dicta recipiẽt ſolum, vt eorum delicta Apoſtolicæ ſedi denuncient. Vide Pij IV. Bullam Quartam. Pet. Cened. Collect. 14. ad 6.

Dantur aliqui caſus in quibus liceat Inquiſitoribus procedere?

Etiam. Vt ſi Epiſcopus hæreticus eſſet ſuſpectus de fuga, carceri eumdem tradere poſſet, vt ad Papã tranſmitteretur. Et præcipuè vbi Epiſcopus aliquid moliretur, quod in manifeſtum fidei detrimentum cederet.

Afferas, ſi lubet, exẽpla.

Si hæreſes prædicaret, & fideles ſeduceret; tunc Epiſcopos capere, & cuſtodire expediret, donec Romanus Pontifex certior redderetur.

Poterunt ergo hac vti facultatem?

Vtique: ſed rariſsimè, & parciſſimè: & tutius eſſet, Papam, ſi fieri poſſet, prius conſulere. Cardinales autem Inquiſitores reſcripto Pij V. procedunt contra Epiſcopos, & alios Prælatos.

Epiſcopus poterit cõtra Inquiſitorem procedere?

Idem, quod ſuperius de Inquiſitoribus in Epiſcopos, ac de Inquiſitore in Inquiſitorem. Extrauag. cum Matthæus. de hæret.

Ex Comment. LXXVII.

Inquiſitores procedere poßunt contra quoſcunque exemptos?

Iure antiquo minimè. At Iure nouo, videlicet Pij IV. & Pauli V. vtique. Immo Paulus V. hoc idem Epiſcopis indulſit, cautè tamen cõtra religionũ generales procedẽdũ.

Ex Comment. LXXVIII.

In puniendis ſacerdotibus quid obſeruandum?

Vt ad capturam, & publicam pœnitentiam, cautè procedatur; tum ob ſacerdotalis dignitatis prærogatiuam; tum ob totius ſacerdotalis ordinis iniuriam. Laici enim quos clericis infeſtos, & Iura, & experientia teſtantur. cap. Laicos, & c. Laici in accuſatione. 2.q.7. Lætantur magnopere in eorum peccatis, & punitionibus. Tales enim eſſe cæteros ſuſpicantur facilè, & iactitant. Acrius tamen ſacerdotes, & ſeuerius puniendi, quam Laici. cap. Accuſatus. de hæret. in 6. Praxis Curiæ Archiep. Neap. c. 91. & c. 53. 78. 36. & 54.

Ex Comment. LXXX.

Inquiſitores procedere poſſunt contra Reges, Duces, Marchiones, Gubernatores,

Poſſunt, ſed non debent; niſi conſulto Romano Pontifice; ne graue hinc ſcandalum aliquod oriatur.

res, Magiſtratus, Barones, Senatores, Conſiliarios?

Inquiſitores quid agere tenentur creſcente hæreticorum numero?

Audacter Dei verbum prædicare, quamuis intelligant maximum ſibi imminere periculum. Vide Innocentij IV. Bullam 15. & Gregorij IX. Bullam ſecundam.

Ex Comment. LXXXV.

Iudex Laicus debet ſibi relictum punire abſque reuiſione proceſſus per Inquiſitorem facti?

Vtiq; Vide Innocent. VIII. Bullam, & Leon. X. Bullam 6.

Poterit Inquiſitor Iudices Laicos ad ſtatim exequendũ cõpellere?

Etiam, per excommunicationẽ, & alias pœnas. Vide Alexandri IV. Bullam 7. præcipiendo in genere vt ſententias à ſe latas exequantur, & ſeruent leges contra hæreticos latas, & vbi non obediant, ſupremũ Inquiſitionis Senatum certiorem faciat.

Iudex laicus quot diebus differre poteſt impunè ſententiæ Inquiſitoris executionem?

Quinque diebus: nec propterea vel negligens, vel hæreticorum fautor dicetur. Vide Innocent. VIII. Bullam.

Ex Comment. LXXXVI.

Inquiſitores actionem fidei celebraturi prædicatores ſilere iubent?

Ita; prout in reſcripto Vrbani IV. incipiente. Licet ex omnibus. & Gregorij IX. Ille humani generis

Ex Comment. LXXXVIII.

Inquiſitores cogere poſſunt habentes Inſtrumenta ad Inquiſitionem ſpectantia, vt illa ſibi præſentent?

Vtique: reſcripto, tum Bonifacij VIII. tum Alexandri IV.

Ex Comment. LXXXIX.

Inquiſitores procedere poſſunt contra ſepelientes hæreticos in Eccleſia?

Vtique, ſi ſcienter id faciunt: tam quam contra ſuſpectos de hæreſi; ſiquidem hæc facientes ipſo iure ſunt excommunicati. Vide Martini V. Bullam Nicolai III.

Quo ſuſpicionis gradu erunt ſuſpecti?

Ex perſonarum qualitate penſandum erit; & vehementer erunt ſuſpecti, niſi probabili aliqua ratione excuſentur.

Ad quid tenebuntur

Ad eoſdem proprijs manibus exhumandos, & ad abiurationem, vel purgationem canonicam.

Poſſunt aliquando hæreticorum credentium, & fautorum cadauera licitè terra condi non ſacra?

Vtique; cum ad Iudices legitimos haud facilè deferri poſſunt; ne inſepulta aerem corrumpant.

Celebrans exequias pro hæreticis, & eoſdē apud ſe cuſtodiēs, erit ſuſpectus?

Etiam: & quamuis aliud animo gerat, hoc facto iudicare, & profiteri videtur; non debuiſſe Eccleſiam tales ſepultura priuare, aut pro hæreticis, & eorum credentibus, & ce-

teris

teris eſſe orandum, cum more catholicorum eos ſepeliat.

Quid per idoneam ſatisfactionem? Abiurationem, & canonicã purgationem intelligere poſſumus, ca. Ad abolendam, de hæret.

Exhumanda, & comburenda hæreticorum cadauera? Etiam; & procul abijcienda, vbi ſeparari poſsint ab oſsibus catholicorum. c. ſacris. de ſepulturis. Et locus pollutus reconciliandus. cap. Conſuluiſti de conſecratione Eccleſiæ vel altaris ſepultura.

Sepultura qui priuandi? Hæretici formales, credentes, fautores, receptatores, nec non diffamati de hæreſi decedentes.

Ex Comment. XC.

Iurare recuſantes, contrahunt hæreſis ſuſpicionem? Vtique. Videntur enim ſentire, Iuramentum eſſe illicitum, vti Valdenſes. Si tamen honeſtate quadã iurare recuſarent, vt Clerici, & Religioſi, ſimplicitate quadam exiſtimantes eiſdem non licere, abſque Superiorum ſuorum licentia, tunc excuſarentur ab hæreſi.

Ex Comment. XCI.

Inquiſitores procedere poſſunt contra delatos aliò ſe transferentes? Etiam; & contra eos, qui cũ alibi deliquerint, nunc in ſua prouincia morantur. Regula verò illa: Delicta ibi punienda, vbi commiſſa: fallit in crimine hæreſis. Vide Vrbani IV. Bullam primam, quia hæ

Inquiſitores procedũt contra abſentes? retici puniri poſſunt vbiq; ,& capi ? Etiam; tribus modis; ſed legendus Eymerici textus.

Expedit diſtinctos fieri proceſſus contra abſentem à diuerſis fidei Iudicibus? Minimè: quoniã aliquando contingere poſſet, vt vnus abſolueret, & alius condemnaret. Tutius ergo, vt qui præuenit proceſſum cõficiat alteri tranſmittendo, quæ contra Reum abſentem habuerit.

Ex Comment. XCII.

Cur poſt mortem cõtra hæreticum proceditur? Vt illius memoria damnetur: vt bona ab hæredibus defuncti per Fiſcum auferantur; vt defunctus exhumetur, & comburatur.

Quid agendũ priuſquam defuncti memoria damnetur? Citãdi ſunt quorum intereſt memoriam defuncti nõ damnari; quales ſunt filij, & alij ſucceſſores, ob bonorum ademptionem, infamiã, & alias pœnas.

Quilibet admitti poteſt ad defunctum defendendum? Vtique: ſi verò nulli adſint præſentes, qui nominatim citari poſſint: tunc edictis generaliter vocandi ſunt abſentes,& incerti: Si autem nullus comparuerit, Inquiſitores ex officio idoneum eligent defenſorẽ, cuius partes erunt,afferre quicquid idoneũ putauerit, ne defuncti memoria damnetur.

Inquiſitores ſuperſedere debent ob probationum defectũ? Minimè; niſi ſperetur breui temporis ſpatio quod alij teſtes ſuperuenient: & vbi plena probatione conuictus haud fuerit, bonis relaxatis abſoluetur.

Quid ſi defuncto abſoluto alij contra eum ſuperuenerint teſtes? Tractari iterum cauſa poterit, & priora teſtimonia vim ſuam integram conſeruabunt; atque cum nouiter ſuperuentis coniungi poterũt ad plenam probationem faciendã.

Quales requiruntur probationes? Clariores, quam quum agitur cõtra hominem viuum.

Inquiſitores procedere poſſunt contra hæreticos defunctos? Etiam, ad effectum cõfiſcandi bona: idque fieri poteſt quadraginta annorum ſpatio. Ad damnandam verò hæreticorum memoriam, vt videlicet declarent excommunicatũ deceſsiſſe; vt inhibeant ne pro illo quiſquam oret: vt extumulentur oſſa; & comburantur; omni tempore procedere poſſunt.

Eorum filij incurrũt Iuris pœnas? Vtique: Infamiam, videlicet, & inhabilitationem ad officia publica, & beneficia. Vide Innocen. III. Bullam ſecundam.

Poſt mortem inquiri poteſt in fautores, receptatores, & hæreticorum defenſores? Minimè; niſi errores defenderint: quoniam huiuſmodi ſuſpiciones, quamuis vehementes, Reorum morte extinguuntur.

Poſt mortem procedi poterit contra hæreticorum credentes? Etiam: vbi verè, & propriè credentes, tam ex verbis, quam ex factis iudicantur.

In Quot, & quibus caſibus damnatur hæreticus poſt mortem? In multis: Primus, ſi antequam mereretur contra eum cœpta fuit Inquiſitio, & de eius crimine conſtitit, vel per propriam confeſsionẽ, vel per facti euidentiam, vel per teſtium legitimam probationem: Et moritur nolens Eccleſiæ reconcilia-

ri. Secundus, ſi relapſus tametſi pœnitens, & conuerſus, qui alias iuxta canonicas ſanctiones, ſi viueret, relaxandus eſſet Curiæ ſeculari; & antequam relaxaretur, diem clauſit. Menochi. de arbitr. caſu 284. 285. Tertius, qui in carceribus pro hæreſi detentus ſeipſum occidit; is tanquam im pœnitens damnandus eſt: cum interficiendo ſe crimen videatur fateri. Quartus, quando eo viuente de eius hæreſi non conſtitit, ſed poſt mortem tantum, per eius opera, aut per libros àb eodē compoſitos.

Hoc in caſu fit bonorum ſequeſtratio?

Minimè: Quia cum ſint apud tertios poſſeſſores, expoliari non debent donec defunctus fuerit hæreticus declaratus, & bonorum poſſeſſores ſint in iudicio victi.

Quid agendum ſi cauſa nō terminata moriatur Reus?

Si erit in confeſſis, & talis confeſſio non plenè ſatisfaciebat depoſitionibus illum vrgentibus, & propterea viuens ad recōciliationem recipi non poterat: notificandum eſt id omne filijs, hæredibus, & alijs quorum intereſt eum tueri, quibus accuſationis, & teſtificationum tradenda copia, audiendo, & admittendo quicquid legitimè depoſuerint.

Quid tandem?

Si abſoluendus, pronunciāda publicè abſolutoria ſententia, non tamen ſtatua producēda, nec errores

refe-

referendi, quia non probati. Vbi verò damnanda ſit defuncti memoria, tūc ſtatua in publicū ꝑducēda, cuj maioribus caracteribus affixo illiꝰ defuncti nomine, necnō recitatis coram illa ipſa articulis, ſeu factis hæreticalibus; tum ipſa ſtatua Curiæ ſæculari per ſententiam relaxata, publicè concrematur.

Producenda illius ſtatua qui ſeſe in carcere occidit?

Etiam: immo Curiæ ſæculari relaxanda: quia conſcientia criminis mortem ſibi conſciuiſſe putandum eſt: Niſi filij, hæredes, aut alij probauerint (quod tamē difficulter probari poteſt) Reum criminis conſciētia ſeſe non interfeciſſe.

Quid, ſi poſt plenam delicti cōfeſſionem, manus quis ſibi inferat.

Idem prorſus dicendum; nā eius confeſsio ad eum excuſandum non prodeſt: vt patet de Iuda proditore. cap. Nihil. cap. Iudas de pœnit. diſtin. 3.

Quo iure introductū, vt ſtatua producantur?

Non benè conſtat, neque vſus multum antiquus. Iure enim ſolum cauetur; vt hæreticus defunctus exhumetur, denegata oſsibus Eccleſiaſtica ſepultura. c. Quicunque. de hæret. in ſexto.

Ex Comment. XCV.

Inquiſitores plures in eadē Prouincia poſſunt ſimul, vel ſeiunctim procedere?

Simul, & ſeiunctim: quoniam Iuriſdictionem habent inſolidum: in quo ſimiles ſunt Ordinarijs. Reus tamen non punietur ab ambobus,

ſed

ſed ab vno ſufficienter.

Inquiſitores procedere poſſunt cōtra eũ, cui ſpecialiter à Papa datus eſt Inquiſitor?

Non poſſunt: quia cenſetur Papa adſe, & ad ſpecialẽ Iudicẽ datũ, cauſam aduocaſſe: etiamſi alij Inquiſitores procedere cœpiſſent.

Ex Comment. XCVII.

Solus Inquiſitor, vel ſolus Epiſcopus poſſunt abſolutoriã ſententiã pro Reo promulgare?

Vtique. Tutius tamen eſt mutuũ conſenſum vicĭſsim requirere. Vide Vrbani IV. Bullam primam.

Solus Epiſcopus, vel ſolus Inquiſitor poſſunt abiurationem, & pœnitentiam imponere?

Etiam: conſultius tamen eſt, vt mutuus, conſenſus interueniat.

Ex Comment. XCIX.

Quid ſi diſcordent Epiſcopus, & Inquiſitor?

Pronunciari ſententia haud poterit, ſed cauſa inſtructa ad ſupremum Inquiſitionis Senatum tranſmittitur; etiam in cauſis non multum grauibus, & arduis. c. per hoc. de hær. in 6.

Ex Comment. C.

Proceſſuum communicatio fieri debet inter Epiſcopum & Inquiſitorem?

Vtique; cum grauis res ſit, & ardua: ideò paria iudicia requirere oportet, vt ſententia abſque errore proferatur, c. per hoc de hær. in 6.

Ex

Ex Comment. CII.

Proceſſuum cōmunicatio fieri debet ante torturam?

Etiam, quando torquendus eſt Reus: vt ab Epiſcopo & Inquiſitore videatur an Indicia ſint ſufficientia ad torturā: ſi verò ſit teſtis, nō oportet; cum vterque per ſe teſtes torquere poſsit.

Ex Comment. CIII.

Iudex procedens ſimpliciter, & de plano, à quibus eximitur?

Non cogitur ordinem Iudiciariū omnem ſeruare; & ſi quid ex Iuris ordine ſit ommiſſum, non propterea vitiatur proceſſus; dummodo ſubſtantialia cauſæ, & iudicij non ommittātur; Appellationes, videlicet, ab interlocutoria, legitimæ defenſiones, & ſimilia, quæ à natura potius, quàm à Iure conceduntur. Vide Vrbani IV. Bullam primam.

Ex Comment. CIV.

Quænam dicuntur Iudicij ſubſtantialia?

Ea, ſine quibus Iudicium nō poteſt iuſtè expediri: vt citatio, iuramentum, probationes legitimæ, exceptiones vtiles, appellationes neceſſariæ, termini competentes, & alia huiuſmodi ſine quibus delictū, aut verè probari nō poſſet, aut Reus non poſſet ſe verè defendere.

Ex Comment. CV.

Farin. q. 182. n. 89. 93. 94.
Petr. Cened. Collect. 7. ad decr.

Cur Inquiſitores familiam armatam habent?

Ad ſui defenſionem, & ad hæreticos capiendos. Qui enim id prohiberet, tanquam ſacri officij impeditor puniri poſſet, gloſſa communiter recepta in c. ſtatutum il primo de hæret. in 6. Clement. nolentes. de hæret.

Quibus fauore fidei arma deferri competit?

Cruce ſignatis, hoc eſt, Conſocijs ſocietatis Sancti Petri martyris, Aduocatis, Notariis, Conſultoribus, officialium famulis, & cõtra hæreticos publicè ſcribentibus. Vide Bullam ſecundam Ioannis 22.

Armorũ delatio quibus neganda?

Sceleratis, alienigenis, neophitis ex Iudaiſmo, & Paganiſmo nouiter cõuerſis, & ijs qui veriſimiliter abuti poſſent.

Priuilegium familiæ armatæ cõpetit Epiſcopo?

Vtique fidei fauore: nam quæ ratio in Inquiſitoribus eſt, eadẽ in Epiſcopis reperitur.

Cætera priuilegia Inquiſitoribus conceſſa intelliguntur Epiſcopis communia?

Etiam; abſentibus tamẽ vel mortuis Inquiſitoribus, nec alijs in eorũ locum ſubſtitutis: Vel ijs in locis: in quibus adhuc non ſunt Inquiſitores delegati.

Ex Comment. CVI.

Inquiſitores compel-

Vtique: & vbi negligentes ſfuerint,

ſunt Magiſtratus ſeculares ad brachiũ ſibi præſtandum? rint, excommunicantur, honore priuantur, alijs pœnis, pro delicti qualitate propoſitis. Lege Innoc. IV. Bullam 9. & Alex. IV. Bullam 13.

Inquiſitor delegatus poteſt ex officio ſuo brachium ſæculare inuocare? Affirmat cõmũnis ſententia quãuis Eymericus credat ex priuilegio tantum ſibi competere, dum in Delegatorum reſcriptis dicitur: Inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari. Vide Vrbani IV. Bullam primã.

Ex Comment. CVII.

Carceres cur inuenti, & inſtituti? De Iure Ciuili ad homines continendos. de Iure autem Canonico ad pœnam. c. quamuis de pœnis in 6.

Inquiſitor habere poteſt proprium carcerem? Vtique ad cuſtodiendum, nõ autem ad pœnam; cum ſine Epiſcopo condemnare non poſsit, & vice verſa; & propterea debet eſſe communis Inquiſitori, & Epiſcopo ad pœnam. Vide Vrbani IV. Bullã primã.

Solus Inquiſitor poteſt Reũ in duriorẽ tradere carcerem? Etiam ad cuſtodiã: ſi colloquiũ, fuga, aut aliquorum perverſio, in veritatis detrimentũ imminerent. Cauendum tamen, ne ea ſit carcerum aſperitas, vt loci horrore, ac malitia, delinquentes moriantur, qui irregulares fieret Inquiſitores.

Ex Comment. CVIII.

Qualiter ad Reorum capturam procedẽdum? Si alicuius auctoritatis inſignes fuerint, vt Religioſi, nobiles, vel literis

litteris conſpicui, quos vitæ incorrupte fama publica illuſtret, nō prius capiantur, quam ſuperiores conſulti fuerint, ſummario indiciorum ac delictorum tranſmiſſo, vt delatorū honori omninò conſulatur.

Poterunt ijs omiſſis aliquando incarcerari?

Vtique; quū fuga timetur, vel hæretici ſunt manifeſti.

Pares carceres Reis omnibus aſſignandi?

Nequaquam: ſed pro delictorum, ac perſonarum qualitate, duriora, vel amœniora conclauia erunt aſsignanda.

Marito ad pœnā carcerato patere debet vxoris acceſſus?

Vtique; immo ſimul concludi poſſunt. Quod fallit in alijs; cum ſexuum commixtio omninò ſit euitanda.

Inquiſitores tenentur carceres viſitare?

Etiam, ſaltem bis in menſe, Reos interrogando, an neceſſaria ſubminiſtrentur, & an benè ſe habeant.

Inquiſitores de quibus loqui debent cū carceratis?

Cum examinantur, aut viſitātur, non niſi de ijs, quæ ad eorum negotium ſpectant: (neque ſoli cum eis aliquando eſſe debent) ad veritatem liberè confitendam, & ad carceris calamitatem patienter ferendam cohortentur.

Rei ſunt de vno cubiculo ad aliud tranſferendi?

Minimè; niſi omnes transferantur. Sic enim eorum, quæ intra carceres geruntur communicationes vitantur; vbi præcipuè confeſsionum reuocationes contingunt.

Quibus committendū vt requirant, an punientes pœnitentias adimpleant?

Proprijs Curatis, vbi carcer perpetuus nō datur, ſed eius loco domus propria aſsignatur.

Epiſcopus & Inquiſitor poſſunt in carcere perpetuo diſpēſare?

Iure communi vtique.

Poſt quantum temporis ſpaſium diſpenſari ſolet?

Eorum arbitrio relinquitur, qui ſpectata pœnitentium humilitate, ac pœnitentia, poterunt vel remittere, vel in leuiorem pœnam commutare.

Quid ſi carceris irremiſſibilis pœna fuerit impoſita?

Octauo elapſo anno ſolet relaxari: carcer autem perpetuus, elapſo triennio.

Carcerati ad audiendā Miſſam, & alias orationes admittendi?

Minimè; quia ipſa recepta conſuetudine: quia horrendum illos ad diuina recipere, qui contra diuina, & fidei capita peccarunt. Quia minora crimina, vti ſymonia, lite pendente, ab his myſterijs excludũt. cap. Accuſatum. de ſymonia. Quia excommunicatos vitare iubemur. c. Nuper. de ſententia excommunicationis. Et magna præſumptio eſt captos pro hæreſi excommunicatos eſſe. Et quamuis Iure communi nō teneamur illos euitare, niſi poſt ſententiam, & declarationem, tutius tamen eſt, vt prius euitentur. Adde, quod ſi ad diuina audienda iuncti producerentur, & difficulter cuſtodirentur, & qualiter reticēda veritas, nutibus, ac ſignis mutuò ſibi indicarent complices.

Cur in alijs criminibus admittuntur?

Quia delicta non ita grauia, neque per Iudices tam diligens criminis inque-

inueſtigatio fit ante capturam?

Si admitterẽtur prõptius confiterentur? Nequaquam; nec adhuc Inquiſitores id ſunt experti: immò non admittendo breuius expediuntur reorum cauſæ; quia catholici, & verè fideles, hac via promptius fatẽtur, petentes expediri, ne tantis diù priuentur ſuffragijs. Mali verò tametſi intra carceres longo tempore contineantur, nec curant, nec dolent, quod talibus orbati ſint beneficijs; & hoc pacto vel innocentiæ, vel culpæ deſumitur argumentum.

Quid de comprehenſis, & tamquam innocentes abſolutis? Attento condemnatorum numero pauci ſunt abſolutionis beneficiũ reportantes. Lex enim quæ plerumque accidere ſolent, conſiderat. l Nã ad ea. ff. de legibus.

Qualis carcerum cuſtos eligendus? Qui ſit fidelis, & induſtrius; nihil cum Reis in ſecreto loquatur; nihil eorum det Reis, quæ à conſanguineis, & amicis mittuntur, Inquiſitoribus inconſultis: Iuret corã Epiſcopo, & Inquiſitore muneri ſuo ſe fideliter ſatisfacturum. Menoch. de arbit. caſu 302. 305.

Ex Comment. C X.

Menoch. de arbitr. caſu 270. 273.
Pet. Cened. collect. 24. ad decret.
Vide Com. 17. 26. 79. 3. partis.

Cur ſtatutum vt fidei Iudices Reges torqueant? Quia dum per laicos fiebat, pandebantur fidei ſecreta. hodie tamẽ In-

Inquiſitores torquent abſque periculo Irregularitatis, & vbi irregulares fierent poſſunt Inquiſitores ſecum mutuo diſpenſare.

Quid ſeruandum ante torturam? Vt de dicto vel facto hæreticali prius conſtet per ſemiplenam probationem, vel ſufficiens indicium. Item tortura euitanda. vbi delictũ aliter probari poſsit; cum tortura ſubſidium quoddam ſit extremum ad veritatem eruendam.

Tortura habebit locum in delictis manifeſtis? Minimè: cum ergo hæreſis crimẽ maiori ex parte ſit occultum; ſiquidem intellectu concipitur; in eodẽ tortura locum frequenter habebit, vt quid Reus credat intelligatur.

Ex indicijs torqueri poterit Reus? Vtique, vbi probata legitima fuerint, & à iure approbata.

Quinam torqueri poſſunt? Omnes; præter ſenes, & prægnãtes; vbi mortis periculum timeatur. At in alijs cauſis torqueri non poſſunt Doctores, milites, decuriones, nobiles, & eorum filij, & minores quatuordecim annis.

Religioſi torqueri poſſunt? Etiam; ſed ob dignitatem ipſam qua decorantur, & ob excommunicationis periculum; ſi grauius torquerentur, mitius torqueri debent: niſi delicti enormitas. & indiciorũ grauitas, acriorem ſuaderent infligendam.

Variatio erit indiciũ ſufficiens ad torturam? Vtique; ſi circa delicti ſubſtãtialia committatur: ſi Reus alias ſuſpectus eſt de hæreſi, vel infamatus:

ſique obliuio, ob exiguum temporis ſpacium, non præſumitur; & Reus non eſt omninò ſtupidus, vel obliuioſus.

Dantur cauſæ, quibus reorum variationes excuſari aliquando poſſint? Vtique: veluti, verecūdia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, iudicum auctoritas, ira, dolor, recordatio futuræ infamiæ. &c. ita rationem ſæpè perturbant, vt prudentiſſimi viri aliena quandoque loquantur. Facinoroſis tamen ob variationem tortura facilius infligenda.

Reus, ſi vnius teſtis dicto, & fama vrgeatur poterit torqueri? Etiam; vt ſi quis ab vno teſte viſus fuerit ſanctorum imagines deleuiſſe, ſimulq; orta fuerit contra eūdem de hoc delicto fama; ſi neget, ex illius teſtis dictis, & fama torqueri poterit.

Fama cum alijs indicijs, ſed grauibus, erit ſufficiens ad torturam? Vtique; vt fama publica per duos teſtes legitimè probata, Bucerum malè ſentire de Euchariſtiæ ſacramento; illamque comitentur indicia hæc legitimè probata, videlicet, Bucerum rarò Miſſæ intereſſe, quo tempore tenetur, torqueri proculdubio poterit.

Solus teſtis de viſu, ſeclusis indicijs, ſufficiens erit ad torturam infligendam? Etiam; ſi omni ſit exceptione maior; & vbi Reus adeò probus non ſit; vt delictum præſumi facilè non poſſit.

Inditia grauia quæ ſunt? Quibus frequenter, & facilè, delictum contingit adeſſe.

Inditia leuia quæ ſūt? Quibus frequenter, & facilè delictum contingit abeſſe.

Si

Indiciorum grauium afferas exempla.

Si quis conuincatur præſtitiſſe ſcienter auxilium, conſilium, fauorē hæreticis; vel pro hæreſi citatos informaſſe de veritate tacenda. Hic enim torqueri poterit.

Sola fama erit ſufficiens ad torturam?

Vtique; ſi fuerit vehemens, & Reus malæ vitæ, & motum.

Quæ erit vehemens fama?

Si frequens, ſi à fide dignis orta, ſi ob id vicinia, amicos, aut viros probos, & plures quis ſcandalizauit: vel ſi cum fama adeſſet delinquentis fuga.

Fama ſimul orta cū delicto ſat erit ad torturam?

Etiam: vt ſi combuſta ſit Eccleſia, protinus autem, nec temerè, nec à ſtultis oriatur fama, Bucerum id feciſſe: tunc capi poterit, & torqueri. Attendendo tamen à quibus orta fuerit fama; & an infamatus delictum committere veriſimiliter potuerit.

Ex vno indicio vehementi; aut violento, poterit quis torqueri?

Vtique: vt vnus teſtis omni exceptione maior de viſu; vel confeſsio extra iudicium, vel res furto ſublata apud aliquem reperta.

Quid ſi hæretici combuſti oſſa, vel veſtes religiosè culta apud aliquem reperiantur?

Latentis hæreſis indicium erit vehemens, & torqueri poterit; vt intelligatur quid credat de Eccleſia, hæreticos puniente. Idem de ijs, qui ſcienter literas recipiunt, vel munera ab hæreticis miſſa, nulla apparente cauſa, ob quam excuſari poſsint. Vide Comment. 24. huius partis.

Ex peafati Comment. appendice.

Confeſſio extra iudicialis ſufficiet ad torturam? Vtique; ſi per duos teſtes legitimos de eadem conſtiterit.

Si quis dictum hæreticale vel factum confiteatur, prauã negãdo intentionẽ, torqueri poterit? Etiam, vt intentionem declaret.

Tortus extra iudicialem confeſſionẽ cõfirmans, tenebitur ad ratificationem? Vtique: cum extra iudicialis confeſsio iam ſuum fuerit effectum operata, vt ex ea Reus torqueri potuerit.

Confeſſarius per malitiam, imprudentiam, vel ebrietatẽ pœnitentis delictum reuelans, faciet indicium? Nullum prorſus effectum inducit. Vide Petr. Cened. collect. 60. ad Decretum.

Ex vnius ſocij criminis dicto oritur indicium ad torturam? Nequaquam, ſed qualis qualis præſumptio.

Duo ſocij criminis faciunt indicium ad torturam? Vtique.

Ex Comment. CXI.

Quid agendum vbi teſtium dicta ſint dubia? Si teſtis dictum ſuum interprætari neſcit; tunc ille ſenſus eſt accipiẽdus, qui delictum excuſat, ſi verba duplicem poſſunt habere ſenſum;

Etiam.

Id ſemper ſeruandum erit?

Etiam, vbi qui protulit dictum dubium vir probus eſt, & mala carens ſuſpicione. Secus autem vbi ſiniſtra laboret ſuſpicione: vel quia de hæreſi infamatus; vel ex ſuſpectis oriundus Frouincijs.

Publicatis atteſtationibus poßunt recipi teſtes.

Et veteres iterum interrogari, & noui poſſunt admitti; tum ad reorũ defenſionem, tum ad pleniorẽ delicti probationem. Vide Pij V. Bullam primam.

In crimine hæreſis quinam cogendi ad ferendum teſtimonium?

Omnes, quacunque præfulgeant dignitate, & auctoritate.

Teſtis renuens dicere Teſtimoniũ erit ſuſpectus de hæreſi?

Minimè, ſi vocatus contra aſcẽdentes, vel deſcendentes, tranſuerſales, ſiue amiciſsimos: quoniam affectione carnali potius quàm intellectus errore, aut odio contra fidem catholicam id agere præſumẽdum eſt: puniri tamen poteſt, & debet. Si verò teſtimonium perhibere renuat, contra eos, qui nec ſanguine, nec grandi amicitia ſibi ſunt coniuncti, fautor aliquando cenſeri poterit, & vt talis puniendus, cõſiderata pœnæ, negotij & contumaciæ qualitate.

Ex Comment. CXII.

Vide Comment. 82. 2. par. & 126. 3. par. Farinac. quæſt. 62. num. 89.

Menoch. de arbit. caſu 355. P. Ceo. collect. 23. ad ſextum.

Teſtes inhabiles admittuntur in hæreſis crimine?

Vtique; ne tam graue delictum, ob probationum defectum remaneat impunitum. Vide Alexandri IV. Bullam 17.

Duo teſtes, vel periuri, vel excommunicati, vel correi, vel infames, faciũt plenã probationẽ?

Minimè ad pœnam delicti ordinariam imponendam; at ſufficiunt ad præſumptionem, vel aliqualem probationem faciendam, vel ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam imponendam; ita vt nec relapſus, nec negatiuus conuictus quis dici poſsit Comm. 120. 3. Part.

Quid ſi plures fuerint quam duo?

Plenam facient probationem ad pœnam criminis ordinariam imponendam quando ex circunſtantijs, & coniecturis, & perſonarum qualitate, veriſimilia præſumuntur deponere.

Teſtis idoneus, & alius inhabilis coniungentur ad plenam faciendam probationem?

Minimè; quia vterque teſtis debet eſſe integer, & probatæ vitæ, vbi de crimine agitur grauiſsimo: Reus autem extraordinaria pœna punietur.

Quid ſi teſtis minus idoneus fuiſſet emẽdatus?

Integer eſſet, & idoneus, ſi per poſteriores probatæ vitæ actus, bonæ fidei, & opinionis ſpecimen dediſſet.

Teſtis idoneus, & inhabilis, cum alijs indicijs probant?

Etiam, ad ordinariam criminis pœnam imponendam.

Vtique

Socius criminis iurare debet quum deponit? Vtique; licet quo ad ſeipſum Reus, fungitur tamen vice teſtis.

Teſtes inhabiles torqueri debent quum examinantur? Nequaquam: Auerterentur enim à teſtimonio ferendo in cauſis fidei. Indicium tamen facient, ſiue maius, ſiue minus, ſpectatis perſonarum qualitatibus, & alijs circunſtantijs. Poterunt autē aliquando torqueri arbitrio Iudicantis.

Socius criminis torqueri debet vt fidem faciat? Affirmant quidam; negant alij. Arbitrio relinquitur Iudicantis.

Ex Comment. CXIV.

Pet. Cened. colect. 5. ad ſextum. Menoch. de arbitr. caſu. 319.

Periuri cur à teſtimonio ferendo repelluntur? Quia infames: quia ineptum cēſetur illius teſtimonium, qui vacillat, & de eadem re, contraria profert, modo aiendo, modo negando.

Periuri admittuntur in cauſis fidei? Vtique; dum tamen ex manifeſtis appareat indicijs tales non animi leuitate, non odio, non pretio, ſed fidei zelo velle deponere; aut dictum ſuum, quod produxerant, velle emendare, & corrigere; & quæ prius tacuerant, reuelare.

Vt periurorum dictis fides habeatur, quæ obſeruanda? Eadem, quæ in precedenti Comment. de ſocijs criminis, & inhabilibus teſtibus tradita ſunt.

Quid ſi circumſtantia illæ non concurrant? Eius dictum ſine tortura haud recipiendum: facilius enim torquendus eſt periurus, quam alij teſtes inhabiles.

Priori an poſteriori teſtium dicto ſtandum erit? Poſteriori: quando ex manifeſtis coniecturis apparet poſteriora dicta veriſimiliora eſſe quàm prima; & teſtes contraria prioribus deponere zelo fidei, non malitia, nec pretio, alias prioribus depoſitionibus ſtandum erit. Vide Comment. 15. 2. par. Farina. q. 66. par. 4. Clar. §. fin. q. 53.

Aliud requiritur, vt poſteriori credatur dicto? Vt in poſteriori, tàm contra ſe, quàm cōtra complices deponant; & reuelent hæreſim. Secus ſi negent, cum prius de hæreſi depoſuiſſent.

Quid ſi priori dicto hereſim reuelaſſent, poſteriori autem negando reuocarent? Non nihil priori detrahitur teſtificationi: quod quantum ſit Iudicantis arbitrio relinquitur. Tales autem teſtes velut falſi puniendi.

Ex Comment. C X V.

Criminoſi poſſunt eſſe teſtes contra quoſcunque? Etiam, ſiue contra ſæculares, ſiue contra regulares.

Serui admittūtur ad teſtificandum contra Dominos? Vtique in defectum aliarum probationum; modica tamen illis fides adhibenda: cū infenſiſsimi ſoleant eſſe Dominis, & torqueri poſſunt.

Ex Comment. CXVI.

Menochius de arbitr. Iud. caſu 110. & queſt. 28. Pet. Cened. collec. 129. ad decretales.

Inimicitia capitalis euacuat teſtis dictũ in totum?

Vtique. Ita in Concilijs Bitirenſe, & Narbonenſe, c. 13. & 25. reſpectiuè ſancitum.

Quid in cauſis inimicitię capitalis obſeruandum?

Conſideranda perſonarum qualitas. Sæpè enim contingit, vt illa cauſa, quæ ſufficiens eſt ad producendum inimicitiam capitalem inter aliquos, in alijs non ſufficiat. Alij verò ſunt adeò iniqui, & maleuoli, vt ex leui cauſa ingentes concipiant iras aduerſus alios; quos, cum non poſsint, vel audeant palam offendere, clam omnia moliũtur iniquitatum genera. Hæc enim licet non repellant omninò teſtes, illorum fidem nihilominus diminuunt.

Inimicitię capitalis quot ſunt cauſę?

Plures. Prima oritur contra eum qui occidit meum conſanguineum.

Secunda, quoties quis conatus eſt occidere eum, contra quem teſtificatur.

Tertia, ex ſolis minis de occidendo; videlicet, quum potens eſt, & aſſuetus minas exequi.

Quarta, ex inſidijs vitæ eius paratis contra quem is, qui parauit, teſtificatur.

Quinta,

Quinta, ex eo quod quis aliquem accuſauit de capitali cauſa; vt de homicidio, rapina, adulterio, crimine nefando; quod ſi probatum fuiſſet, pœna mortis, abſciſsioniſuè membri, vel bonorum publicatio fuiſſet impoſita.

Sexta, quum alias in cauſa capitali depoſuit contra eum.

Septima, ex eo quod aliquis ex iniuſta cauſa, teſtificantem contra ſe, detinuit aliquando in vinculis carceratum, quæ inimicitia durare ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur. Vehementius autem creſcit inimicitia, vbi carceratus torturæ fuerit ſuppoſitus.

Octaua, ex ſola iniuriarum prolatione.

Afferas iniuriarum exempla.

Si quis virum honeſtum dixerit ebrium: Monachum, à ſua Religione apoſtatam; Presbyterum, ſimoniacum: Aduocatum, impoſtorem: Iudicem, perſonarum acceptatorem: Procuratorem, cauillatorem: Tabellionem, falſarſum: Mercatorem, pecunias tondentem: Virum coniugatum, cornutum: Vxorem eius meretricem &c.

Iniurioſum verbum quodnam verè dicitur?

Quum in genere, vel in ſpecie delictum aliquod commiſſum, licet commiſſum non ſit, alicui improperatur.

In conuicijs habenda

Vtique. Si enim viles, & infames ſunt,

eſt perſonarum ratio?

luūt, vti parum curant honorem, ita quoque ad iniurias proferendas facilè prorumpunt, quarum etiam facillimè obliuiſcuntur, & mox reconciliantur. Attēdenda eſt etiam Ciuitatum, & Prouinciarum conſuetudo; Sunt enim quædam iniuriæ in vna Prouincia, quæ pro conuicijs in alia non ſolent accipi.

Ex alterius vxoris retentione inuito marito, oritur capitalis inimicitia?

Etiam. Idem dicitur de ſororibus, & alijs fœminis nobis coniunctis. Idem de eo, qui terram alterius, villas, agros, prata, domos, per vim tenet.

Si quis alteri moueat ſtatus quæſtionem, aſſerens eum libertum, aut ſeruum, nō ingenuum, quid?

Capitalis ex hoc facto oritur inimicitia. Idem de mouente quęſtionem alicui de omnibus bonis, vel de maiori bonorum parte. Idem, quum quæſtio eſt de magna pecuniarum quantitate. Idem, de magnæ vnius rei ſpoliatione.

Quid ſi pugnus, vel alapa ſit alicui inflicta, vel fuſtibus aut canna percuſſus?

Capitalis oritur inimicitia. Idem quoties quis alterum in facie vulnerat cicatrice manente.

Qui dudum fuerat inimicus, ſed recenter reconciliatus, poterit eſſe teſtis.

Minimè: neque deſcendentes ab inimico capitali; quoniam vſq; ad quartum gradum incluſiuè intelliguntur inimici. Item, qui cum capitalibus inimicis alicuius morantur, etiam ſi inimicitia fuiſſet contracta culpa eius contra quem deponitur. Item quoties ſubeſt cauſa ini-

inimicitiæ, quamuis reuera nondũ interceſſerit, cum tamen veriſimiliter oriri poſsit, licet teſtis aſſerat ſe non eſſe inimicum.

Quid ſi reconciliatio inter inimicos interceſſiſſet.

Antiqua, & benè fundata iudicantis arbitrio, erit in cauſa, vt teſtes repelli non poſsint.

Quid ſi inimicitia dolo, & fraude fuiſſet inducta?

Talibus nulla ratione patrocinari debet, & offenſus admittetur in teſtem contra offenſorem.

Ex Comment. CXVII.

Hæreticus in cauſis fidei, teſtificabitur pro, & contra fidelem.

Nequaquam pro fideli: contra autem faciet indicium, non autem ſemiplenam probationem ad inquirendum. Vbi tamen dicat veriſimilia, & plures ſint numero, & adhibitis tormentis, viam parabit ad alia. Vide Reſcriptum 17. Alexan. IV.

Ex Comment. CXVIII.

Hæreticus cõtra hæreticum erit, vt teſtis audiendus?

Vtique: tum quia ſocij criminis admittuntur: tum quia Iudæi in cauſis fidei audiuntur contra Chriſtianos; ergo &c. ijs tamen concurrentibus, quæ in Comment. 113. huius 3. partis notata ſunt.

Hæreticus pro hæretico erit audiẽdus?

Minimè. Quis enim credat fidele futurum teſtimonium eius, qui in Deum extitit infidelis? In odium namque fidei cenſeretur deponere, ac

ne delicta contra religionem commiſſa punirentur. Poſſent tamen audiri, cum tormentis forte fatigati; occultum aliquid, & Reipublicæ vtile patefacerent.

Haretici pro haretico teſtimonium eſt aliquando audiendum? Vtique; cum ex veriſimilibus coniecturis vera deponere videbitur, alijs concurrentibus adminiculis, pro rei innocentia; idque proderit ad pœnæ diminutionem, nō autem ad integram liberationem.

Ex Comment. CXIX.

Pet. Cened. collect. 35. ad decretales.

Domeſtici, & familiares qui dicuntur? Seruus, colonus, libertus, aſcriptitius, mercenarius; pater domeſticus eſt filio, & è contra; vxor viro, & è conuerſo. Item qui ad vnum panem, & vinum viuunt; Item quibus ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis poteſt imperari, quales ſunt in domo noſtra habitantes, vel nobis inſeruientes.

Domeſtici admittuntur in teſtes in crimine hæreſis? Vtique; non pro Reis, ſed contra Reos; quia cum hoc crimen ſecretò committi ſoleat, melius per domeſticos, quam per alios probari poteſt.

Domeſtici audiuntur aliquādo pro Reis? Etiam; vbi perſona ſit valde digna, ac ſpectatæ probitatis, & vbi conueniat cum alio teſte non domeſtico, & omni exceptione maiori;

Grauius puniendus eſt falsò teſtificans contra conſanguineos, quàm contra extraneos.

ri; aut alijs de innocentia Rei concurrentibus.

Vtique: quia naturæ leges euertere videtur.

Ex Comment. CXX.

Vide Comment. 82. ſecundæ partis, & 113 tertiæ partis. Comment. 113. tertiæ partis. Pet. Cened. collect. 9. & 22. ad Decretũ, & 172. ad Decretales.

Duo tantũ teſtes ſufficiunt ad verè probandam hæreſim?

Vtique: at neceſſe eſt vt ſint integri, inconfutabiles, & omni exceptione maiores. Quamuis durum videatur, hominem bonæ opinionis, & famæ ad voces duorum condemnare: cum legitimæ defenſionis ordo denegetur, non publicatis teſtium nominibus. Si verò alia adſint adminicula condemnari tunc poterit.

Ex Comment. CXXI.

Quotuplex eſt ſingularitas?

Triplex: Obſtatiua, Cumulatiua, ſeu adminiculatiua, & diuerſificatiua.

Quid eſt Obſtatiua?

Quando ex dictis teſtium naſcitur repugnantia: vt quum vnus ait, alter verò negat.

Quid eſt Cumulatiua?

Quum dictum vnius coadiuuat dictum alterius; vt vnus de viſu, alter de auditu.

Ex

Quid eſt Diuerſificatiua?

Ex qua naſcitur diuerſitas, rei in ſubſtantia; vt quum vnus dicit vno loco, & tempore quid factum; alius verò alio loco, & tempore.

Cur teſti ſingulari non creditur?

Quia cum Reus ſit vitæ ſuæ, & bonorum poſſeſſor, melior autem ſit poſsidentis conditio, vnius actoris affirmatio non ſufficit ad ipſum pellendum de poſſeſsione ſua.

Teſtes loco, & tempore diſcordes de eorum delicto deponẽtes, erunt ſingulares?

Vtique; nec plenè probabunt; nec pœna criminis ordinaria imponenda. Torquendus tamen erit, & ad abiurationem de vehementi cõpellendus, pœnitentijs ſalutaribus iniunctis. Vide Sotum de Iuſt. & Iure lib. 5. quæſt. 7. ar. 2. ad primum argumentum.

Quid ſi pluribus teſtibus ſingularibus idoneis, quàm duobus vrgeatur?

Adhuc ordinaria pœna puniri nõ poterit; ſique in negatiua perſiſtat, expectandum per aliquod temporis ſpatium, & inquirendum, an teſtes per omnia concordes haberi poſsint. Sed prius torquendus: quod ſi nihil confiteatur, abiuret de vehementi, tum ad Triremes, vel carcerem perpetuum damnetur; nec Curiæ ſæculari, tanquam negatiuus relaxari poterit.

Teſtes non per eadem formalia verba deponentes, ſunt ſingulares?

Minimè, quando in facto principali, in quo negotij ſubſtantia præcipuè conſiſtit, concordant per eadem, vel æquipollentia verba, quamuis in alijs minus præcipuis circunſtantijs diſcordent. Quod

tamen

tamen verum eſt, vbi non agatur de probandis verbis formalibus.

Ex Comment. CXXII.

Vide Farinac. q. 67. Com. 48. tertiæ partis. P. Cened. collect. 139. ad decretales, Menoch. de arbitr caſu 306. 308. 309. 310. 311. 312. 315.

Solus Inquiſitor poteſt torquere teſtes?

Vtique; ſi tamen ex teſtibus Rei non fiant: quia vnuſquiſque poteſt per ſe cauſam vſque ad ſententiam excluſiuè expedire.

Quid eſt falſus teſtis?

Qui non modo mēdacium dicit; ſed & qui veritatem occultat; & qui verba refert aliō ſenſu, quam fuerint prolata; vel non integrè refert; vel dicit verba hæreticalia affirmatiuè dicta, cum tamen relatiuè, aut interrogatiuè fuerint prolata.

Quomodo puniendi falſi teſtes?

Si de vera, & formali hæreſi contra aliquem depoſuerunt; hic autē velut negatiuus, & impœnitens, publicatis bonis combuſtus fuerit; Senatus ſupremus conſulatur, an relaxandi ſint Curiæ ſæculari. Quòd ſi ſecus, ad perpetuum, & irremiſſibilem carcerem, aut ad Triremes damnentur, eiſdem primùm in publicum ſpectaculum productis.

Quid ſi nō de formali hæreſi, ſed de his, quę vehementē præſeferūt hęreſis ſuſpicionē falsò depoſuerunt?

Arbitrio Iudicum, vel ad carceres, vel ad remum damnabuntur.

Pu-

Quid ſi leuiter nocuerint?

Publicè producti fuſtibus cedentur; vel in exilium, vel ad triremes damnabuntur: aut alia extraordinaria pœna coercebuntur.

Idem de ijs dicas, qui prece, aut pretio teſtes corrumpunt, aut corrumpi mandant, vt falsò teſtimonium ferant.

Datur iuſta cauſa pœnas ſupraſcriptas minuendi?

Etiam; quum quis ſpontè crimen ſuum fatetur, & errati veniam poſtulat; grauiſsimè tamen puniendus vel remo, vel carcere perpetuo, ſi Reus erat relaxandus brachio ſeculari, C. vt commiſsi de hær. in 6.

Quomodo puniendi falſi teſtes, deponentes ad alicuius liberationem?

Grauiter; quia Deo, Eccleſiæ, & Chriſtianæ reipublicæ, maximam intulerint iniuriam. Attendenda nihilominus delicti qualitas, & an fuerint emendati; Vel potius in erroris conſtantia perſeuerent, & alios inficere conentur.

Sententia contra falſos teſtes quomodo pronuncianda?

Producuntur in publicum ſpectaculum, & delicto coram populo patefacto, qualis fuerit eorum conatus detegitur, ratione reddita, cur ità puniantur.

Puniendus falſus teſtis cum eius dictum eſt inualidum?

Vtique; quia, quantum in ſe fuit nocere ſtuduit, & delictum conſummauit.

Falſidico teſti veniã petenti parcendum?

Minimè: quia id hæretico tantum conceſſum; & vbi accuſatus tanquã negatiuus & impœnitens Curiæ ſæculari fuerit relaxatus, vel relaxandus.

Solus Inquiſitor poteſt falſos teſtes punire?
Nequaquam, ſed vnà cum Epiſcopo. Ita reſcripto Leon. X. anno Domini 1520.

Falſi teſtis filij, & nepotes erunt infames ſubiecti, vt hæreticorum filij?
Minimè; quia nullo id iure cautũ, nec vſu hucuſque receptum. Maius eſt enim hæreticorum crimen quàm falſorum teſtium: nec pœnæ de vno caſu ad alium extendendæ. C. Pœnæ. de pœnit. diſt. prima.

Ex Comment. CXXIII.

Inquiſitor euocare poteſt teſtes extra ſuã Diœceſim?
Etiam; prudenter tamen id fieri debet quia egregiæ perſonę non facilè trahendæ, ſed ita cum illis agendum, vt rogati potius quam cõpulſi videantur accedere: & ne recuſent Inquiſitoris imperium, vrbanius eſt ac modeſtius, vt vel Iudices ad eos vadant, vel alios mittant depoſitiones recepturos. Idem cum viris Illuſtribus, Monialibus, & alijs honeſtis fœminis agendum.

Quanta modeſtia, & vrbanitate cum ſingulis vtendum?
Ex dignitate, auctoritate, honeſtate, alijſque teſtium qualitatibus conſtituendum.

Euocare teſtes competit Epiſcopis?
Vtique: ſed nec Epiſcopus, nec Inquiſitor tenentur mittere proceſſum ad Epiſcopum è cuius Diœceſi teſtis euocatur. Curandum tamen, ne teſtis euocatus intelligat, quod in cauſa fidei vocetur.

Ex

Ex Comment. CXXIV.

Petr. Cened. collect. 6. ad ſextum.

Nomina teſtium ſunt publicanda?

Nequaquam; nec denunciantiũ; etiam ſi Reus id inſtanter peteret. Inquiſitores tamen teſtium, & delatorum vitam, & mores inquirere debent. Vide Pij IV. Bullam ſecundam; & Vrbani IV. primam. An autem publicandæ circunſtantiæ loci & temporis relinquitur arbitrio Iudicantis.

Ex Comment. CXXV.

Quid ſi teſtium nomina Inquiſitor publicaret?

Si abſque euidenti neceſsitate, imprudentiſsimè ageret: quia contra tot Pontificum Decreta, & contra receptam ſacri Officij conſuetudinem faceret.

Ex Comment. CXXVI.

Cur Inquiſitoribus conceſſum, vt peritos aduocare poſſint?

Quia cum Inquiſitores in Theologia tantum periti eſſent ignorantes Iura, ideo factum vt peritos conſulerent; ne damnandos abſoluerent, & abſoluendos damnarent.

Periti quoties aduocandi?

Quum ferenda eſt publicè ſententia abſolutoria, vel condemnatoria, & quoties occurrit difficultas, vel circa teſtes, vel circa delatos, vel in alijs quibuſcunque articulis,

Vide Vrbani IV. Bullam primam. C. vt commiſsi de hæret. in ſexto.

Ex Comment. CXXVII.

Vide lib. 3. cap. 28. 2. parte inſtit. moral. Io. Azorij.

Inquiſitores coguntur peritorum conſilium ſequi?

Minimè; cum eorum ſuffragia conſultiua tantum, & non deciſiua ſint. Item quoniam conſilium non eſt de ſubſtantia actus. Item quia nullam habent iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam.

Liberrimum eſt Inquiſitorũ arbitrium, in ſtatuendo quid ſibi libuerit?

Minimè; cum negotium fidei grauiſsimum ſit, conſultius erit, & tutius à peritorum ſuffragijs nuſquam diſcedere.

Quid ſi Inquiſitores fuerint Iuriſperitiſſimi?

Facilius vſurpari poterit libertas, de non ſequendis neceſſariò peritorum ſuffragijs. Vbi autem Theologi tantum, fuerint, nec prudens, nec tutum erit &c.

Theologi tenentur peritorũ ſuffragia ſequi, vel è conuerſo?

In notandis propoſitionibus hæreticis, & catholicis tenentur Iuriſperiti Theologos ſequi: In capturis verò Reorum decernendis, torturæ indicijs, teſtium dictis admittendis, vel repellendis; inducijs dandis, appellationibus admittendis, aut reijciendis, ſententijs interlocutorijs, & definitiuis ferendis, ac in toto Iudiciario ordine Theologi Iuriſperitis adhęrere debent.

Minime; nam deliberare debuerant,

Inquiſitores errantes excuſabuntur peritorum ſuffragijs? rant, an conſilium illud expediret: ideſt laborare, vt ſingula fidei negotia ad officium ſuum ſpectantia, intelligerent.

Ex Comment. CXXVIII.

Peritis totus proceſſus eſt integrè explicandus? Vtique; vt plenius conſulant.

Ex Comment. CXXIX.

Peritis ſunt teſtium nomina explicāda? Nequaquam; qualitates tamen explicari debent; vt ſi religioſi, periti, graues, probati fuerint, vel è contra. Vbi tamen neceſſe ſit aliquando reuelare, per iuramentum, vel excommunicationis ſententiam ligabuntur, vt ſecretum teneant. Cap. ſtatuta de hæret. in 6.

Reorum nomina peritis ſunt explicanda? Minimè. Vide Pij IV. Bullam ſecundam, & Vrbani IV. Bullam primam.

Conſultores, etiam non iurati, ſecretū reuelantes, punientur? Etiam, extraordinaria pœna, ob multas leges, ne fidei cauſæ propalentur, iubentes: ſi autem malitioſè, puniri poſſunt tanquam impeditores Sancti Officij. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 537.

Ex Comment. CXXXII.

Epiſcopus, & Inqui- Vtique: quia grauia incommoda.

ſitor tenentur ad ſecretum custodiendum? ex conſulturum reuelatione contingentia, oriri etiam poſſunt ſi Epiſcopus, & Inquiſitor manifeſtarent.

Quid ſi reuelarent? Nullo Iure excommunicarentur: mortaliter tamen peccarent, extra caſus ſibi à Iure conceſſos reuelantes.

Ex Comment. CXXXIV.

Cur Iudices fidei ſtatuta in hæreticos interpretari poſſũt? Quia plures ſunt negotiorum articuli, & dubiorum, quàm ſanctiones. Ne igitur in ſingulis dubijs Papam conſulere tenerentur propterea &c.

Ex Comment. CXXXV.

Soli Inquiſitores poſſunt huiuſmodi ſtatuta interpretari? Vtique; quamuis tutius ſit, ac veriſimilius Epiſcoporum conſilium, ac peritiſsimorum adhibere.

Solus Inquiſitor poteſt edicta in hæreticos ſtatuere? Vtique, abſque Ordinarij conſenſu, cum maiorem Epiſcopis, aut ſaltem æqualem cum ipſis, in cauſis fidei, habeant poteſtatem.

Epiſcopus poterit ſimilia edicta ſtatuere pœnas augendo? Etiam.

Principes ſeculares poſſunt in hæreticos pœnas augere, vel in vſum reuocare? Vtique. Id enim non eſt intromittere ſe de crimine Eccleſiaſtico, ſed incrementum fidei procurare; & Romani Pontifices talia ſtatuta perpetuò confirmarunt. Immò Eccleſiaſticis non procedentibus cõ-

tra

tra hæreticos, procedere poſſunt Principes ſæculares.

Ex Comment. CXXXVI.

Suſpecti de hæreſi abiurare debent?

Etiam; vel ſe purgare, C. Accuſatus, de hæret. in 6. Vide Comm. 39. tertiæ partis.

Ex Comment. CXXXIX.

Cautionum quot ſunt ſpecies?

Duæ: Nuda, quæ ſimplex promiſſio vocatur: & idonea quum fideiuſſor, vel pignora ſunt accepta.

In hoc Tribunali quinam ſub cautionibus relaxandi?

Qui pro delictis ijs capti ſunt, pro quibus corporalis pœna non venit imponenda, ſed tantum pecuniaria, vel alia ſimilis. Menoch. de arbit. caſu 303. 304.

Deprehenſus in hæreſi poteſt cum cautione relaxari?

Vbi pœna corporalis veniat imponenda, nequaquam: quia fideiuſſores ad pœnam corporalem ſe obligare non poſſunt: cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum.

Si Iudex fideiuſſoribus Reum dimittat, & aufugiat, qua afficiendi pœna fideiuſſores?

Non corporali, ſed pecuniaria, ad quam ſe obligauerant. Si verò nullam certam pœnam promiſerũt adhuc pecuniaria, ſed iudicanti arbitraria: niſi vel conſuetudo, vel Ciuitatis ſtatutum certam pœnam ſtatueret.

Serui, & viles alij homines relaxandi ſunt fideiuſſoribus?

Difficillimè. Curent tamen Inquiſitores, vt quam cito cauſa abſoluatur; nec enim quicquam boni

euenire ſolet ex relaxatione è carceribus; cum facultatem habeant delinquentes alios] alloquendi, & celādi quod fortaſſe fuiſſent]in carceribus confeſsi.

Quid ſi pendente proceſſu appareat Reū non eſſe culpabilē. Relaxari poterit, ſi noua indicia minimè futura credantur.

Quid ſi relaxandus, ob inopiā, non inueniat qui fideiubeat? Adhuc relaxandus ſub iuratoria cautione.

Quid de viris Illuſtribus? In aliquo tuto loco extra carceres fidis cuſtodibus cuſtodiantur, vel fideiuſſoribus relaxentur, certo Palatio eiſdem aſsignato.

Quid ſi fideiuſſor debito tempore Reum non conſignet? Promiſſam ſoluat pœnam, Fiſco, vel ſanctæ Inquiſitionis officio applicandam.

Ex Comment. CXL.

Redeuntium qualitates, & perſonæ conſideranda? Etiam: an ſtatim, vel poſt longum tempus: an ſpontè, vel ab alijs denunciati: an Clerici ſint, vel Laici: an periti, vel ignari: an ſenes, vel pueri: an iuuenes, & imprudentes. Mitius enim agendum cum ſpontè reuertentibus, quàm cum his, qui coactè; & cum his qui ſtatim, quàm cum illis qui poſt longum tempus.

Ex Comment. CXLI.

Inquiſitores quoſnam Quos ipſi excōmunicarunt, quoſque

ab excommunicatione abſoluere poſſit? Epiſcopi poſſunt abſoluere hæreticos occultos?

que ob hereſim contraxiſſe nouerūt: Quod tamen de foro exteriori accipiendum.

Minimè: ita ſæpè pronunciatum in ſupremo Romanæ Inquiſitionis Prætorio. ita Pius V. ita Gregorius XIII. Nauar. Man. c. 27. nu. 275.

Ex Comment. CXLII.

Quinam hæretici perpetui carceris pœnam euitant?

Qui nec accuſati, nec denunciati, ad Eccleſiam redeunt: quique capti tam de ſe, quam de alijs, quos hæreticos nouerunt, plenè, & integrè confitentur. Qui etiam priuſquam teſtium dicta fuerint publicata, puro corde redierint: Hoc tamen Epiſcoporum, & Inquiſitorum arbitrio relinquitur.

Quid ſi vxori propter hæreſim perpetuus carcer ſit iniūgendus?

Mariti domus pro carcere aſſignanda; conſulto tamen Supremæ Inquiſitionis Senatu.

Ex Comment. CXLV.

Epiſcopus, & Inquiſitor diſpenſant in carcere perpetuo?

Vtique Iure communi. Cap. Vt commiſsi, de hæret. in ſexto. Priuatis tamen Hiſpaniæ Inquiſitoribus non licet in conſulto Generali Regnorum Inquiſitore.

Ex Comment. CXLVI.

Petr. Cen. collect. 34. ad Decretū

Vti-

Pœnitentias non ad-implentes remanẽt Inquiſitoribu ſubie-cti?

Vtique; quia malè ſentire viden-tut de fide, non adimplentes id ad quod ſe iureiurando obligarunt.

Pœnitentias adim-plentes cõueniri poſ-ſunt coram Iu dici-bus laicis?

Vtique; tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus. In leuibus autem poterunt Inquiſitores ſe intromit-tere; non in grauioribus; videlicet, Si iſti leuiter inter ſe rixati fuerint; aut conuicia in alterutrum ſibi di-xerint; aut ſimile quid in carceri-bus patrauerint.

Quid obſeruandũ cir-ca pœnitentias non adimplentes?

An non adimpleant ommitten-do tantum, vel ommitendo, & com-mittendo.

Quid eſt non adim-plere ommittẽdo tan-tum?

Non orare, non ieiunare, Eccle-ſias non viſitare, & ſimilia. Hi enim nullomodo relapſi cenſendi; quia nihil committunt ex quo relapſi iu-dicari poſsint. Impœnitentes nihi-lominus iudicabũtur, & reſcipiſcen-tes admittuntur, & grauioribus pœ-nitentijs coercentur. Quod tamen procedit, quando nulla legitima cauſa fuere impediti, vt aduerſa valetudine, aut alio iuſto impedi-mento. Tunc enim nec peccant, nec impœnitentes cenſendi. Tutius tamen eſſet Inquiſitores conſulere, vt omnis mali ſuſpicionẽ excludant.

Quid eſt non adimple-re ommittendo, & committendo?

Quid ommittendo, iam explica-tum. Committendo bifariam ac-cipi poteſt: Aut enim talia com-mittunt, in quæ incidentes à iure putantur relapſi; vt hæreticos acce-

pta-

ptare, viſitare, aſſociare, donare, fauorem impendere (qui excuſari non poſsint.) Hi namque non modò impœnitentes, ſed relapſi iudicabuntur. Ius enim præſumit delinquentes hæc agere ex conſequentia erroris à ſe prius approbati.

Quinam committentes relapſi non cenſendi?

Si ea committant, ad quæ vitanda nullo modo ſe obligarunt, nec hæretica ſunt; nec hæreſim ſapientia; licet alias prohibita: vt ſi hominem interficiant, adulterium cõmittant, iniuriam quacunque ratione aliàs inferant.

Quid ſi ea committãt, ad quę ſpecialiter nõ committenda ſe obligarunt?

Si enim promiſerunt vſuras non exercere; poſtquam abiurauerunt hæreſim, quæ dicit vſuram non eſſe peccatum; tunc, quamuis relapſus videri poſsit; quia tamen id à Iure non eſt cautum nominatim, relapſus non erit iudicandus.

Interrogandus ſuper credulitate?

Vtique; & ſi errorem habere deprehendatur in mente, tanquam relapſus poterit damnari. Si verò errorem non habuerit, tanquam deficiens in pœnitentia iniunćta puniendus erit, ac recipiendus, vbi congruè ſatisfacere voluerit.

Damnatus ad carcerem perpetuum, vel ad Monaſterium, fugiens erit relapſus?

Nequaquam, ſed tantum impœnitens, & pro tali damnari poterit. Si autem ſpontè reuertatur, vel cõprehendatur, paratus Eccleſiæ ſatisfacere; etiam ſi fugę rationabilem non afferat excuſationem; reci-

pien-

piendus erit, maiori tamen coercendus pœna.

Quid ſi vel prioris, vel alterius erroris ſigna adſuerint? Fugæ coniuncta ſufficient fortaſſis ad eundem, velut relapſum dam nandum.

Quid ſi pœnitentias iniunctas non adimpleant, & adimplere omninò recuſent? Vt impœnitentes iudicandi; & (niſi reſcipiſcant) brachio ſeculari relaxandi.

Obligans ſe generaliter ad non faciendū contra abiurata, ſi contrafaciat cenſebitur relapſus? Promiſsio, ſecundum Iuris regulas, intelligitur facta, nec operari poteſt amplius, quàm Ius permittat. Vbi ergo relapſus pœnam contrafacientibus præſcripſit Ius, ibi, & in eo caſu tantum relapſi dicendi.

Ex Comment. CXLVIII.

Cur Eccleſia relapſos non recipit: Multis rationibus; præcipuè verò quoniam qui ſecundò labitur, nō præſumitur prius verè conuerſus. Ita in Concilio Narbonenſi. ca. 11. Adde pœnam augendam ex conſuetudine delinquendi.

Ex Comment. CXLIX.

Relapſis conuerſis brachio ſeculari relaxatis conceduntur Sacramenta? Vtique, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ; ſi tamen veræ contritionis ſigna appareant; quibus Extremæ Vnctionis Sacramentum denegatur. D. Thom. 4. ſent. diſtin. 23. q. 2. artic. 2.

Ex

Ex Comment. CLII.

Vide Comment. 80. ſecundæ partis, & 40. tertiæ partis.

Inquiſitores poſſunt pęnas pecuniarias iniungere?

Etiam, ad Eccleſias ędificandas, ad alendos pauperes, ad dotandas inopes virgines, vel Sanctæ Inquiſitionis officio applicandas.

A quo facultatem obtinuere?

Ab Alexandro 4. reſcripto in ca. Super extirpatione,

Quibus, & quando iniungenda pœna pecuniaria?

Vehementer ſuſpectis de hæreſi, quum propter ætatem, valetudinē, vel aliam cauſam, nec torqueri, nec alia pœna puniri poſſunt. Iniunguntur etiam hęretica verba profeærentibus in ludo, ex ira, ex fatua ſimplicitate, vel ignorantia. Item diuitibus, & auaris redeuntibus, non autem pertinacibus, & relapſis, quorum bona confiſcata cenſentur: cautè tamen imponendæ, ne fidei Iudices auaritiæ inſimulentur.

Clericis redeuntibus iniungi poſſunt?

Vtique, ratione patrimouij, vel fructus beneficiorum, quos ſuos faciunt.

Quid ſi mulctā ſoluere quis non poſſit?

Salutaribus plectatur pœnitentijs.

Ex Comment. CLIII.

Petr. Cened. collect. 28. ad Decretum.

Vti-

Inquiſitores accipere poſſunt eſculenta, et poculenta? Vtique: non tamen à litigantibus: at tutius erit ſi nihil accipiant, vel à Reis, vel à conſanguineis, vel Reorũ amicis, vel à quibuſuis alijs.

Inquiſitores exigere poſſunt ab Inquiſitis expenſas? Vtique, etiam alimentorum; ne ex ſuo delicto commodum conſequantur. Vide Innocentij Quarti Bullam duodecimam.

Statuta ſalaria Inquiſitionis officialibus in Hiſpania? Etiam, quæ ſtatis temporibus ipſis ſoluuntur ex bonis publicatis.

Epiſcopi poſſunt expenſas exigere in cauſis fidei? Minimè; cum habeant redditus ex Epiſcopali dignitate: & ideò proprijs ſtipendijs conuenit in hoc negotio laborare.

Ex Comment. CLIV.

Inquiſitores rationem reddent Epiſcopis de acceptis titulo expenſarum? Minimè; cum ſint delegati, Epiſcopis maiores; & multum confidit Papa de ipſis; nec veriſimile eſt malè diſpẽſaturos bona. Vide Innoc. Quarti, Bullam duodecimam.

Ex Comment. CLVII.

A. quibus Inquiſitoribus prouidendum pro ſalario, & expenſis? Ad Epiſcopis, vel Dominis temporalibus loci, vel de condẽnationibus, vel à Papa, aſsignando Inquiſitionis Prętorio aliquod dite beneficium. Vide Innocentij IV. Bullam duodecimam.

Ex

Ex Comment. CLVIII.

Sententia declaratoria ſuper bonorum cōfiſcatione per quē ferenda? Per Epiſcopum, aut Inquiſito: ē: ſæculari Iudice, non ſe intromittente, niſi per Eccleſiaſticum requiſito. Vide Innocentij IV. Bullam octauā.

Hæretici pœnitentes recuperant bona? Minimè; tanta enim benignitate indigni cenſentur; licet ex ſola miſericordia quandoque reſtituantur.

Hæreticus nondū accuſatus, nec condemnatus, tenetur in conſcientia fiſco bona reſtituere? Nequaquam, vbi omninò occultus ſit, nec ſignis exterioribus hæreſim protulit; vel, ſi protulit, nullus audiuit. Idem dicas de hæretico emendato. Idem de hæretico Iudicialiter veritatem negante, & abſoluto.

Condonanda ei bona, qui cōuertitur poſtquam Curiæ ſæculari fuerit relaxatus? Nullo pacto; quia tanta bonitate indignus: nec iuſtum videatur, vt duo priuilegia adeo inſignia, vitæ ſcilicet, & bonorum, homini perditiſsimo conferantur,

In quibus caſibus hæreticis pœnitētibus bona cōdonari poſsunt. Quandò pœnitent antequam brachio ſæculari relaxentur; & quando carceris perpetui pœna remittitur.

Inquiſitores cui rationem reddent bonorū confiſcatorum? Non Epiſcopo, cui non ſunt inferiores. c. Sanè. ila. de offic. Iudicis delegati, ſed Apoſtolicæ Cameræ Præfecto, ſiue ei cui Summus Pontifex iuſſerit.

Principes peccantes puniri poſſunt a Papa? Etiam. cap. Adj abolendam de hæreticis. Gloſſa & DD. in ca. Vergentis, de hæreticis.

Vbi non ſunt Inquiſi- Vtique, c. Ex eo, de hæreticis, & hæc

tores bona damnatorum, ſpectant ad Epiſcopos? hæc in vſus pios per Epiſcopos conuertenda. Vel dicas: Ad fiſcum Romanæ Eccleſiæ ſpectare.

Ex Comment. CLIX.

Iudices ſæculares cõpelli poſſunt ad exequendam bonorum confiſcationem? Vtique: immò, & hæredes, amici, & conſanguinei eorum, quorum fuerunt bona, ſi eadem relaxare noluerint. Vide Innocentij IV. Bullam octauam, & nonam.

Ex Comment. CLX.

Petr. Cened. collect. 169. ad decretales. c. Decreuit, de hæret. in 6.

Vxor hæretico nupta, perdit dotem? Etiam, ſi à principio ſciuit virum hæreticum; quia eius errori conſentire videtur. At ſi contracto matrimonio hæreticum tunc eſſe intelligat; dotem non amittet, niſi, & ipſa peccato eius deinceps conſentiat. Vide Comment. 78. ſecundæ partis.

Amittet ſi maritum hæreticum Iudicib' fidei non reuelet? Minimè; quia ex ommiſſa relatione, non hæreſis, ſed hæreſis ſuſpicio contrahitur. Punietur ergo mitiori pœna, quamuis excuſari poſſit ob arctiſsimam coniunctionem, quæ eſt inter virum, & vxorem.

Qualiter ergo reſtituenda dos vxori. Ea tantum, quam verè maritus hæreticus ab vxore habuit; non illam, quam in Inſtrumentis dotalibus maritus ſe habuiſſe confitetur.

Pro-

Probabit igitur legitimè numerationem dotis viro factam.

Prꝫter dotem recuperabit alia bona? Bona parapherna, & alia eiuſdē propria tantū, vt arræ, & alia munuſcula à cōſanguineis maritidonata.

Acquiſita conſtante matrimonio adiudicantur Fiſco propter hæreſim? Pars eorum dote cum vxori eſt reſtituenda.

Vxor maritum hæreticum receptans punienda? Nequaquam: quia potius id amore, & affectu maritali, quàm criminis affectu facere videtur. Vide Comment. 78. 2. par.

Ex Comment. CLXI.

Clarus §. hꝫreſis. nu. 11. Farinac. q. 190. nu. 82. & conſil. 117. 118.

Clericorum bona confiſcari poſſunt? Poſſeſsiones, & domus Eccleſiæ ſuper quibus Clerici habent fundatos fructus confiſcari non poſſunt: fructus verò quos ex Beneficijs percipiunt, pro rata ſibi aſsignata confiſcari vtique poſsūt. Idem dicas de bonis acquiſitis ex quotidianis Eccleſiaſtici beneficij diſtributionib⁹.

Bona confiſcata cui applicabuntur? Standum erit Prouinciarum conſuetudini, vel Supremus Inquiſitionis Senatus conſulendus.

Clericorū hæreticorū bona propria confiſcari poterunt? Vtique.

Quid ſi bona feudalia habeant? Non confiſcantur, ſed ad directos Dominos reuertuntur: condem

nato tamen viuente ſuccedet fiſcus in feudum, quo ad vſum fructum. Idem dicas de bonis reſtitutioni ſubiectis.

Clericis redeuntibus pecuniariæ pœnitentia imponendæ?

Vtique; quamuis patrimonium non habeant, fructus tamen beneficiorum habent, in quibus habent dominium. Habent inſuper alia bona, vel proprio labore comparata, vel ab amicis, & conſanguineis donata.

Ex Comment. CLXII.

Inquiſitor tenetur Epiſcopum requirere, quū hæreticos, fautores, defenſores, receptatores, et eorū filios dignitatibus priuat?

Vide Comment. 24. primæ partis. Nequaquam: quamuis tutius ſit, & decentius, vt in priuatione ſæcularium officiorum, & dignitatum Epiſcopi conſenſus adhibeatur. Vide Vrbani I V. Bullam primam.

Hæc priuationis pęna habet locū in pœnitētibus, et conuerſis?

Minimè.

Hæretici ſunt ipſo iure priuati an potius ſententia declaratoria requiritur.

Ipſo Iure beneficijs Eccleſiaſticis à die commiſsi criminis priuati cēſetur.

Quid de receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus.

Per ſententiam priuandi erunt.

Quid ſi Epiſcopus cōferat ſcienter Eccleſiaſtica beneficia hæreticis?

Tanquam hæreticorum fautor puniri debet, & collatio ipſo Iure eſt nulla.

Si

Clerici, & religioſi ab hæreſi reuertentes, ſunt ad priſtinas dignitates, & beneficia reſtituendi?

Si Epiſcopi ſint, aut maiores prælati, ſummi Pontificis eſt videre an, & quando expediat. Si Rectores animarum, & Religionum Præfecti fuerint, vbi ſubditos infecerint, nullo modo reſtituendi.

Vbi verò peccatum eorum occultũ fuerit, & ſeipſos detulerint, mitius cum eis agẽdum, conſulto prius Supremo Inquiſitionis Senatu. Si autẽ Religioſi, & Clerici ſimpliciter fuerint, & ſponte reuerſi, facilius ad beneficia reſtitui poterunt; ſuſpendendi tamen ab ordinum exercitio per aliquod tempus.

Quid ſi poſt deprehenſionem tardius reuertantur?

Ad officia, & beneficia non tam facilè reſtituendi, immò verbaliter degradati in Monaſterium conijcientur, ad condignam pœnitentiã agendam, nec ad aliqua beneficia obtinenda facilè habilitandi.

Diſpenſari poteſt, cum in minoribus ordinibus conſtituti hæreſim commiſerunt; vt maiores recipiant ordines?

Summus Pontifex conſulendus.

Ex Comment. CLXIII.

Filij hæreticorũ, credentium, & fautorũ inhabiles fiunt?

Vtique, ad obtinẽda officia quælibet publica, & Eccleſiaſtica beneficia, vſque ad ſecundam generationem. Id enim, & illegitimos comprehendit. Vide Iulij III. Bul-

lam primam, c. Statutum de hæret. in ſexto.

Pœna hæc comprahendit filios ante delictum, & poſt delictum natos? Etiam; tam legitimos, quam illegitimos.

Filij hæreticorum priuantur beneficijs habitis ante Patris delictum? Minimè; neque per ſententiam priuandi. Sacerdotis, tamen & beneficijs, quæ poſt parentum condemnationem fuerint conſecuti, priuandi erunt.

Ex Comment. CLXIV.

Quomodo intelligitur inhabilitationis pœna? Vſque ad ſecundam generationem, per lineam paternam: per maternam verò vſque ad primam.

Explices hoc idem? Si pater eſt hæreticus, filius eius, & filia, & nepos ex filio cenſetur inhabilis. Si verò ſit nepos ex filia, cum non ſequatur familiam patris, non eſt inhabilis. Item ſi Mater eſt hæretica, Solus filius, vel filia, exiſtens in primo gradu efficitur inhabilis.

Filij, & nepotes relapſorum pœnitentiū, ſed Curiæ ſeculari traditorum, infames erunt? Negant quidem, & mitior eſt ſententia: affirmant alij, & hæc verior.

Filij ſuſpectorum propter fautoriam defenſionem, et receptionē, erūt inhabiles? Vtique; cum eorum parentes tales deceſſerint.

Mi-

Filij parentes hæreticos Iudicibus fidei deferentes erunt infames?
Minimè.

Filij eorum, qui ob cõtumaciam damnantur erunt inhabiles?
Vtique: ſi tamen paternam abominentur iniquitatem, ſuperioris auctoritate habilitandi erunt. Ad ſacros tamen ordines non facilè promouendi.

Ex Comment. CLXV.

Hęretici priuãtur omni dominio?
Vtique: naturali, quod habent in filios: ciuili, quod habent in ſeruos: politico, quod habent in quoſlibet alios ſubditos: iure gentium, quo rerum ſuarum amittunt dominium.

Fautores, receptatores, & defenſores, amittunt ius patriæ poteſtatis?
Nequaquam.

Crimen hæreſis patris liberat ſtatim filium à patria poteſtate?
Vtique; nec pater hæreticus pro eo teſtamentum facere poteſt; cum eius bona à die commiſsi criminis ſint confiſcata. c. Cum ſecun. leges de hæret. in ſexto.

Ex Comment. CLXVIII.

Hęreticis obligati liberantur ob hæreſim?
Vtique: nec depoſitarius tenetur depoſitum reddere hæretico. Idq; verum eſt, quum in hæreſim inciderint manifeſtè: & vxor liberatur à

debito reddendo; & vaſſalli à iuramento præſtito.

Quid ſi occultum eſſet delictum?

Si probari poſſet, non occultum, ſed manifeſtum diceretur.

Domino hæreticante ſerui fiunt liberi.

Si Chriſtiani ſunt liberati reſtituuntur; ſi autem Chriſtiani non extiterint, in fiſcum tranſeunt.

Quid Domino ad Eccleſiæ gremium reuertente?

Non recuperatur chriſtianorum dominium: cathecumeni quoque ſui iuris efficiuntur: quia iuſtum eſt, vt chriſtianorum priuilegijs gaudeant.

Serui infideles hæreticum dominum denunciantes, confiſcandi?

Minimè; ſi veræ laudis ſtudio id egerint; & propterea donandi libertate, ſpe concepta, quod facilius ad fidem conuerti debeant.

Ex Comment. CLXIX.

Hæredibus ſuſpectorũ morientium, eſt aliquid iniungendum?

Minimè: cum vehementes ſuſpiciones ſuſpectorum, delinquentium morte extinguantur: neque, ſi mortui fuerint lite pendente.

Quid ſi pœnitentia iniuncta, nõ perſonalis, ſed in bonis exequenda fuerit?

Ad eam implendam compellendi hæredes defuncti: ſique bona ſua obligauit ad ſucceſſorem cum iſto onere tranſibunt.

Ex Comment. CLXX.

Admittendi excuſatores eorum qui morientes hæreticalia dicunt, vel faciunt?

Vtique, dummodo defuncti, viuentes non fuerint de hæreſi ſuſpecti: Aut dum ſanæ mentis eſſent, hæreticorum conſolationem haud petie-

petierint. Vide Alexandri Quarti, Bullam tertiam.

Quid intelligis per hæreticorum conſolationem? Manus impoſitionem ſecundum eorum ritum & conſuetudinem, vel ſpiritualem baptiſmum, vel alias ceremonias eius ſectæ proprias.

Quid ſi prius de hæreſi fuerint ſuſpecti? Defuncti, velut hæretici damnabuntur, ex hac præſumptione Iuris, & de Iure.

Vbi excuſari poſsunt, quibus teſtibus? Non domeſticis, veluti vxoribus, filijs, & familiaribus: ſed alijs omni exceptione maioribus.

Quot modis excuſari poſsunt decedentes, conſolationem petētes ab hæreticis? Duobus. Primus eſt, probando defunctum, dum viueret, non fuiſſe de hæreſi ſuſpectum, vel diffamatū: Immò Eccleſiæ Sacramenta tempore debito, chriſtianorum more, recepiſſe; & cætera peregiſſe, quæ à catholicis viris fieri ſolent: Hæretica verò quæ dixit, aut fecit, non animo deliberato, ſed per doloris acrimoniam irrepſiſſe, ſecundus eſt, quod ſanæ mentis non fuerit [q]uando talia fecit, aut dixit.

Qua ratione hæc probabuntur? Factis probationibus, quod aliquando fuerit furioſus: nam eo in caſu præſumitur, delictum tempore furoris factum, & durare. c. Indicas tertia q. 9. Quod ſi ante delictum furioſus non fuerit, tunc delictum præſumitur tempore ſanæ mentis commiſſum: Quia ſemper quis præſumitur eſſe talis, qualis naturaliter eſſe debet. Clementina prima de

 ho-

homicidio. Aliquando tamen iudicio priuantur homines ob grauiſſimos morbos; & ideo medicorum iudicium adhibendum. Aetas etiā attēdenda, ob quam aliquando delirant homines abſque morbo.

Creditur notario atteſtanti teſtatorē ſanę mentis fuiſſe?

Communis ſententia eſt quod nō credatur.

Ex Comment. CLXXII.

Menoch. de arbitr. Iud. caſu 548.

Quomodo tractandi fautores hæreticorum, & ſacrum officium impedientes?

Grauiſſimam contrahunt hęreſis ſuſpicionem, quæ anno elapſo tranſit in violentam, ex qua poſſunt, vt hæretici, condemnari. Hæreticis tantum fauentes, nōn impedientes tamen ſacrum officium, non ita grauiter peccant; ideoque, niſi nominatim publicentur excommunicati, anno elapſo non videntur vt hæretici condemnandi.

Ex Comment. CLXXIV.

Inquiſitores poſſūt abſoluere eos, qui animo pertinaci per annum in excommunicatione durarunt?

Vtique; quia audiuntur ad excuſandum crimen; & miſericordiam implorantes recipiuntur. Non audiuntur tamen ad recuperandum bona.

Ex Comment. CLXXV.

Inquiſitores diſpēſant ſuper irregularitate, cum redeūtibus?

Vtique. Et Inquiſitores mutuo ſecum diſpenſare poſſunt, per re-

ſcriptum

ſcriptum Clement. VII. quod incipit: Cum ſicut, quod tamen reuocatum fuit à Pio V. ſexta Septembris 1567. ita vt non poſſunt Inquiſitores habilitare ad beneficia, nec ad ordines, nec ad altaris miniſteriũ. Nauar. Man. cap. 27. num. 205.

Ex Comment. CLXXVI.

Quoties actio fidei celebratur poſſunt Indulgentias concedere?

Etiam 20. vel 40. dierum. Et licet multi Pontifices Inquiſitoribus conceſſerint, vt Indulgentias concedere poſsint, non tamen credendum quod Indulgentias multiplicauerint; ſed conceſſas confirmauerint. Vide Alexandri IV. Bullam ſextam.

Ex Comment. CLXXVII.

Officiales Inquiſitionis lucrantur Indulgentias?

Socij, & Notarij Inquiſitorum; Conſultores, Fiſcalis, & ſimiles hæreticorum extirpationi incumbentes. Indulgentiam trium annorum conſequuntur: atque in hoc miniſterio morientes plenam peccatorũ remiſsionem aſſequuntur. Vide Alexandri IV. Bullam ſextam.

Ex Comment. CLXXVIII.

Inquiſitorum auxiliatores conſequuntur Indulgentias?

Etiam, trium annorum, non tantum ſemel in tota vita, ſed in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerſo.

Ex

Ex Comment. CLXXIX.

Inquiſitores quam Indulgentiam conſequuntur?

In quolibet Inquiſitionis actu, quando fit aliquis reconciliationis actus per eos, vel aliqua executio, duráte tempore officij plenariam aſſequuntur Indulgentiam, & in morte eandem.

Idem credendum de officialibus & auxiliantibus?

Idem: videlicet in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerſo, trium annorum Indulgentiam ſingulis vicibus lucrantur.

Finis Commentariorum Tertiæ Partis.

DE

DE VARIIS PROPOSITIONVM GRADIBVS.

Vide Alex. Peſant. 2. 2. q. 101. ar. 1. diſp. 1.

PRopoſitionum in fide peccantium gradus varios enumerauit Pegna Comment. 28. Secundæ Partis, quos tamen, breuitati addictus, nec explicauit, nec exemplis illuſtrauit, fontes nihilominus ex quibus hauriri poſſent explicationes inſinuauit. Hinc factum vt quæ ipſe ommiſit, ex Arnaldi Albertini q. 6. de agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & ex Simanca in Enchyridio violatæ religionis. tit. 24. mutuati fuerimus.

Quid eſt propoſitio hæretica? Ea eſt, quæ contrariatur, vel articulis fidei; vel ſcripturis diuinis rectè intellectis; vel traditionibus, ac deffinitionibus Eccleſiæ; vel Cōcilijs generalibus, legitimè congregatis, & confirmatis; vel deffinitionibus Sedis Apoſtolicæ; vel communi ſententiæ Doctorum Eccleſiæ, in his quæ ad fidem pertinent. Dicas breuius, ea eſt, quæ contrariatur veritati catholicæ.

Quid eſt propoſitio hæreſim ſapiens? Ea eſt, quæ prima verborum ſignificatione ſenſum habet hæreticum; quamuis piè intellecta poſsit ha-

habet catholicum ſenſum. Vel ea eſt, quæ aſſerit dogma peruerſum, ex quo cum notorio vero, quod negari haud poteſt, ſequitur hæreſis propriè dicta. Vt ſi dicatur: omnis homo exiſtens Romæ eſt in peccato mortali. Hæc, inquam, ſapit hæreſim, quia ex ea, cum aliquo vero aſſumpto, videlicet, quod infans nouiter baptizatus eſt Romæ; ſequitur quod idem infans ſit in peccato mortali; quod eſt hæreticum.

Quid eſt propoſitio impertinens?

Ea eſt ex qua nec directè, nec in conſequentia euidenti, nec probabili, nec certa, ſequitur quod repugnet veritatibus catholicis: vt exempli gratia: Quod Ioſeph ſponſus Virginis Mariæ, fuerit, vel non fuerit mortuus, tempore paſsionis Chriſti. Quia ſiue ſuperſtes, ſiue defunctus fuerit, nihil ad fidem pertinet, præcipuè cum inter catholicos vigeat ſuper hoc diſcordia.

Quid eſt propoſitio temeraria?

Ea eſt, quando aſſeritur aliquid tanquam certum, quod nulla ratione, ſeu auctoritate efficaciter probari poteſt: vt quod mundus finietur intra centum annos. Hæc enim licet poſsit eſſe vera, id tamen aſſerens tanquam certum, temerarius dicitur. Vel ea eſt, qua temerè contra modeſtiam Eccleſiaſticam aliquid aſſeritur.

Quid eſt propoſitio erronea, ſeu falſa?

Ea eſt, qua id aſſeritur, quod eſt fal-

falſum. Vel quum aſſeritur aliquid contra veritatem ab Eccleſia nondum planè definitam, vel non omnibus manifeſtam, vel ab eo ignoratam, qui protulit. Dicas clarius: Illam eſſe, quæ continet errorem contra veritatem aliquam obſcurã, nondum ab Eccleſiam definitam.

Differũt propoſitio hæretica, & erronea? Vtique: hæretica enim eſt, cuius falſitas ſit notoria, catholicæ veritati repugnans: erronea verò eſt, qua diſceditur à via recta, & poteſt eſſe in quibuſcunque ſcientijs.

Quid eſt propoſitio iniurioſa? Ea eſt, quæ detrahit ſtatui alicuius fidelis, vel alicui notabili perſonæ, ſeu ſancto. Inde dicitur: Iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre. Vel, ſi dicatur. Lex Moyſis ſuis vmbris, & victimis, fecit hypocritas. Hæc enim aſſertio contumelioſa eſt legi Moſaycæ, & ipſi Deo, qui vmbram, victimas, & ceremonias legis ad bonum inducentes inſtituit.

Quid eſt propoſitio ſcandaloſa, vel malè ſonans, vel piarum aurium offenſiua? Ea eſt, quæ ruinæ occaſionem præbet auditoribus, ideſt cadendi facilitatem in hæreſi: vt aſſerendo ſimpliciter, Patrem eſſe maiorem filio: & Deum in Incarnatione creaturam factum: quæ ſunt exponendæ potius, quam extendendæ: quæ licet cũ modificatione veræ ſint, per ſe tamen, & abſolutè prolatæ, fauere videntur propoſitionibus hæreticalibus. Vel,

ea eſt, quę licet nullum errorem fidei contrarium manifeſtè contineat; habet tamen neſcio quid abſonum, & hæreſi affine, quod pijs auribus malè ſonat. Piæ autem aures dicuntur, quæ penetrant intus auditæ propoſitionis ſenſum, & quæ de rebus fidei catholicæ, & optimis moribus bene ſentiunt.

Quid eſt propoſitio ſchyſmatica, vel ſeditioſa? Ea eſt, quæ in Eccleſia, vel populo Dei diuiſionem, ſeditionem, & ſchyſma induceret: vt aſſerendo, quod malo Prælato, ſeu Regi non eſt obediendum.

Quid eſt propoſitio impia? Ea eſt, qua aſſeritur pro animabus in Purgatorio exiſtentibus non eſſe orandum. Vel Indulgentias à Papa illis conceſſas non prodeſſe. Hæc enim hæretica quoque eſt. Vel Impia propoſitio dicitur, quum eſt contra præcepta Dei. Nihil autem prohibet eandem propoſitionem varias ſimul habere qualitates: ſiquidem eiuſmodi non ſunt, vt ſe inuicem expellant, & concurrere nequeant.

Quid eſt propoſitio blaſphema? Eſt irrogatio iniuriæ Deo factæ; quod ei non conuenit tribuendo, quod eſt contra miſericordiam, vel cum ab eodem quod ei conuenit telegatur; quod eſt contra iuſtitiam: Vel cum creaturę tribuitur, quod eſt proprium Dei; idque eſt contra maieſtatem. Dicas preſsius. Ea eſt,

quæ

quæ Deo, vel Sanctis iniuriam irrogat.

Quid eſt blaſphemia hæreticalis? Ea eſt, quæ pugnat cum articulis fidei; vel negat Chriſtum dictis, vel factis. Can. Aeſtimant, & Can. Non ſolum 11. q. 3. Farinac. q. 20. num. 29. & 30.

Hæreticum eſt dicere, quod ſenſus literalis ſacræ Scripturæ ſit aliquando falſus? Vtique: nam ille verè, & propriè eſt ſenſus literalis, quem Spiritus Sanctus ſpecialiter intendebat; quique ex circunſtantijs literæ trahi poteſt, & debet; vti Scriptores ſacri fecerunt, & docuerunt: Alioquin ſoliditas omnis probationis à ſcriptura periret.

Mendacia officioſa admittuntur in ſacra Scriptura? Nequaquam: nihil enim auctoritatis in ea remaneret.

PRÆ-

PROPOSITIONVM EARVMDEM QVALITATES

Ab alijs Doctoribus explicatæ.

Quid eſt propoſitio hæretica?

EST aſſertio contraria fidei; facta à chriſtiano homine; Quod ſi concurrat pertinacia, tunc talem aſſerens propoſitionem erit hæreticus. Pertinacia verò eſt conſenſus deliberatus in errorem, quem certò ſcit eſſe contra doctrinam Eccleſiæ.

Quid eſt propoſitio erronea?

Eſt quæ continet aliquid falſum, non contra fidei veritatem, ſed contra doctrinam Eccleſiæ. Vel, ea eſt, quæ in materia fidei, & morum eſt contra rectam rationem, licet non manifeſtè, & apertè; ſed vehementi ſapientum opinione pugnat cum veritate fidei. Vel, ea eſt, quæ communi Sanctorum, & Doctorum ſententiæ aduerſatur, Can. lib.12. cap.11. vt qui negaret orationes ſpeciales alicui applicatas, non plus ei prodeſſe, quam generales. Vel qui negaret

garet licere Fratribus mendicare. Sunt enim eiuſmodi veritates, quibus negatis non ſubuertitur fides, ſed quatitur.

Quid eſt propoſitio ſapiens hæreſim?

Eſt quæ prima verborum ſignificatione, & prima facie ſenſum habet hæreticum; quamuis piè intellecta poſsit habere ſenſum catholicum. Illa verò manifeſtam ſapit hęreſim, quę prima fronte præſefert ſaporem hæreſis manifeſtè. Si autem eadem propoſitio conſideretur ex parte ſubiecti, tunc illa dicitur; quæ cum duplicem habeat ſenſum, catholicum videlicet, & hæreticum, indiſtinctè, & abſolutè profertur ab homine in fide ſuſpecto; Vel eo tempore, quo de tali re exiſtunt hæreſes. P. Aragon. 2. 2. q. 11. art. 2. Adde propoſitionem hæreſim ſapientē poſſe quidem habere ſenſum verū; qui tamen non debet eſſe confictus, aut commentitius, ſed qui ab Eccleſia, & Sanctorum explicatione ſit receptus.

Quid eſt propoſitio malè ſonans, & piarum aurium offenſiua?

Eſt quę continet abſonum aliquid & abſurdum, & indignum pijs, & religioſis auribus. Illæ autem piæ aures dicuntur, quæ penetrant intus auditæ propoſitionis ſenſum; & quę de rebus fidei, & optimis moribus catholicè ſentiunt: Vt, ſi dicatur: Graduationes, & Magiſteria vana gentilitate fuiſſe introducta: Plures

 conu-

coniugatos ſaluari quam clericos?

Quid eſt propoſitio temeraria? Quę ſine ratione vlla, aut auctoritate aſſeritur; Vel, Quæ inſolenter nimium, & audacter ſuſtinetur, contra Eccleſiaſticæ modeſtiæ regulã. Vel, Quæ pugnat cum Decreto celebris vniuerſitatis: Vt quod Beata Virgo non fuerit cum corpore aſſumpta: Quod Angeli ſint corporei; vel quod non ſint creati ſimul cum mundo corporeo: Diem iudicij ad certum diem vel annum certò futurum.

Quid eſt propoſitio ſcandaloſa? Quæ anſam ruinæ, & erroris præbet puſillis, & præſertim pijs hominibus, licet aliquando poſsit eſſe vera: Vt enumeratio incommodorum auricularis confeſsionis ab Eraſmo recenſita, quæ magnum fuit toti Germaniæ ſcandalum. Item Indulgẽtias infrugiferas. Vitia Religioſorum in vulgus edere: Clerum vexare populum per Eccleſiaſticas cenſuras. Dantes eleemoſinam Fratribus Mendicantibus eſſe excõmunicatos,

Quid eſt propoſitio ſchiſmatica? Quæ diuiſionem Eccleſiæ inducit.

Quid eſt propoſitio ſeditioſa? Quæ in Eccleſia ſeditionis eſt occaſio.

Quid eſt propoſitio blaſphema? Qua Deo vel Sanctis irrogatur iniuria.

Quid eſt propoſitio iniurioſa? Quæ alicui fidelium ſtatui, illuſtri perſonæ, vel dignitati detrahit; quales,

quales, quæ contra Cardinales, & Monachos impij effutire ſolent.

Quid eſt propoſitio fauens hæreticis? Quæ perſonis, aut erroribus hæreticorum quoquomodo fauet; vt eſt hæc; Hæretici non ſunt puniendi: & hęc hæretica quoque dici poteſt; nam hæreticos puniendos ſanxère Concilia.

Quid eſt propoſitio periculoſa? Quæ abſolutè, & generaliter dicit, licitum eſſe, & fieri poſſe id, quod non niſi vix ab aliquibus, & cū multis circumſtantijs fieri poteſt: vt dicere, quod homo ſolus cum ſola in lecto manere; aut diù cum mulieribus, conuerſari licitè poſsit. Itē quod ſine ieiunijs homo poteſt eſſe perfectus.

Notandum quod ſi quis ita inordinatè loquatur, vt eius inordinatio ſit contra modum loquendi Eccleſię, quę cum limitatione in rebus fidei ſtatuit eſſe loquendum; hic iā innuere videtur, Eccleſiam non eſſe normam certam, & nunquam errantem in definiendo modos loquēdi circa res fidei.

Obſeruandum etiam ex Theologorum omnium ſentētia; hæreticos omninò occultos, nec excommunicationem incurrere, nec exterioribus pœnis afficiēdos, id, inquam, verum eſſe de hæreticis omnino primò, & per ſe occultis, cum nullo modo naturaliter ſciri poſsit, nec

probari, niſi per confeſsionem propriam, & ſpontaneam. E contrario verò Canoniſtæ, & Iuriſtæ arbitrantur hæreticos omninò occultos eſſe excommunicatos. Id enim intelligendum, quando non primò, & per ſe, ſed per accidens ſunt occulti; qualis eſt ille, qui hæreſim mente conceptam, ore, & voce expreſsit, quam nemo audiuit; immò nec moraliter audire potuit; propter quæ in iudicio probari nequit: qdia per accidens eſt delictum occultum; licet primò, & per ſe probabile ſit.

INQVISITORES AN PROCEDERE poſsint contra Confeſſarios ſolicitãtes mulieres ad libidinem in actu, vel circa actum confeſsionis ante, vel poſt; Praxis Archiep. Neapolitana cap.81. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij verbo Confeſſor, Rodriquez quæſt. regul. tomo 1. q. 59. art. 4. & tomo 2. q. 27. art. 3. Pegna 2. par. Comment. 81. Riccius deciſ. 369. Praxis Fori Eccleſiaſtici.

Quid eſt ſolicitatio? EST delictum patratum à Confeſſarijs inducentibus, & interpellantibus mulieres pœnitentes, ad actus turpes, & libidinoſos, per verba, nutus, ſigna, facta, tactum; videlicet oſculis, & tactibus impudicis in actu Confeſsionis ſacramentalis, vel circa illum, ante vel poſt confeſsionem. Atque certum eſt puniendos eſſe pro tactu & ſignis, ac ſi ad effectum libidinis perueniſſent.

Quando committitur? Tunc dicitur committi in actu proximo confeſsionis, quando taliter fit hæc ſolicitatio, vt redundet in iniuriam ipſius ſacramenti Confeſsionis. Et quamuis Confeſſarius ſolicitaret mulierem ad alia peccata in Confeſsione; talis ſolicitatio non pertineret ad Inquiſitores; quia ad carnalia tantùm fuit Inquiſitoribus reſeruata.

Quo tempore incipit ſolicitatio? Quando pœnitens incipit confiteri, ſcilicet quando per verba, nutus, ſcripturam, vel per alia ſigna

detegit ſua peccata; ita ut poſsint innoteſcere Confeſſario, animo accuſandi ſe, & in ordine ad confeſſionem, & abſolutionem ſacramentalem. Henriquez lib. 6. cap. 19. nu. 8. Summæ moralis.

Erit ſuſpectus tantũ in ipſo confeſſionis actu?

Sanctum Officium habet ſuſpectum Confeſſarium ad libidinem inducentem pœnitentem in actu confeſsionis & ſimiliter ſuſpectum habet ſolicitantem proximè confeſſioni, ante vel poſt; cum reuera paria ſint aliquid fieri in actu Confeſſionis, vel in continenti poſt. Et propterea Bald. in l. 1. n. 4. circa finẽ. C. de opere libert. colligit, quod quando aliquid debet fieri certo tempore, intelligitur eo tempore factum, quod eſt immediatè factum ante, vel poſt. Et tunc dicitur actus proximus confeſsioni ante vel poſt, quoties ad alios actus extraneos nõ recedit Confeſſarius; licet per aliquod temporis ſpatium duret ſolicitationis tractatus. Et quæ in continenti fiunt ineſſe videntur. L. Lecta verſic. dicebam. ff. de rebus credit. L. Legem, C. de pact. Cap. præterea de teſtibus Cogend.

Cur de hæreſi ſuſpectus?

Sacerdos ſolicitans mulierẽ motus ardore carnis; licet ex natura huius actus, & ſceleris carnalis; non poſsit iudicari de hæreſi ſuſpectus, tamen propter ſacramentum adiun-

ctum

ctum illi nequitiæ ſolicitationis, dignè præſumitur ſuſpectus: quia malè videtur ſentire de ſacramentis Eccleſiæ; quod videlicet non fuerint inſtituta in medelā animæ; & quod licitum ſit prophanare; prout fecerunt Nouatiani,& Montaniſtæ,cum ſacramento Pœnitentiæ; Qui ſanè confeſsionem iubebant, abſolutionem largiebantur nulla pœnitentia iniuncta: & ideò pœnitentes, quia per iocum, & ludum confeſsionem à ſe exigi intelligebant, grauia peccata celabant, paucis & leuibus tantum confeſsis.

Quo ſuſpicionis gradu? Suſpicio, qua vrgentur Confeſſarij leuis eſt, & modica. cap. Accuſatus, cap. Vt officium, de hæretic. in ſexto. Simanca, de cathol. &c. cap. 50. num. 24. Albertin. de agnoſcend. &c. quæſt. 34. num. 46.

Hodie tamen de ſtylo Vrbis, & Orbis, immo Apoſtolico decreto Confeſſarij ſuſpecti ſunt vehemēter, hinc compellūtur ad abiurationem de vehementi, & tranſmittuntur ad Remum per quinquenniu m,aut per ſeptennium.

Solicitans puerū erit ſuſpectus? Suſpectus quoque Confeſſarius erit puerum ſolicitans ad nephandum peccatum in confeſsione: cum eadem irreuerentiæ Sacramenti ratio militet in hoc caſu. Crederem tamen Inquiſitores fortaſsis proce-

dere non poſſe: quia id eis non competit Iure communi, vt patet; nec de conſuetudine; cum in edictis nulla huius rei fiat mentio; nec ex priuilegio: cum in eo expreſſus ſit tantum Confeſſarius fœminam ſolicitans. Sed facta fuit per ſanctiſsimum Dominum Paulum Quintum, declaratio, & extenſio ad ſolicitantes pueros, & ita practicatur vbique.

Quid ergo? Vtiliſsimum tamen Reip. Chriſtianæ eſſet, vt à Sum. Pontif. poſtularetur edictum extendi ad Confeſſarios pueros in confeſsione ſolicitantes; quia vbi eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo, debet eſſe eadem Iuris diſpoſitio, etiam in pœnalibus; quia tunc non dicitur fieri extenſio, ſed quædam declaratio. Gloſ. in c. 1. de temp. ord. in ſexto. Panormit. in capit. Nihil. de elect. & cap. fin. de reſcript.

Ratio eſt; quia ſtatutum in vno videtur ſtatutum in altero, quando illa parificantur. Gloſſa in cap. fin. de electione in ſexto. Nauar. conſil. 2. de purgatione vulgari, & de pœnitentia diſt. 1. Cap. pœnæ num. 2. & ſequent.

Quibus intererit denuntiare & teſtificari? Poſſunt mulieres hoc in caſu, & denunciare, & teſtificari; quia actus iſte ſolicitationis aliter dignoſci non poteſt, cum nullus interueniat præter Confeſſarium & fœminam:

&

& duæ fœminæ plenè probant delictum. Neque inconueniens eſt, vt duorum vicem ſubeat mulier, accuſatoris videlicet, & teſtis. Nō enim hoc fit peruersè; ſed Chriſtianæ religionis impulſu, per tex. in cap. In omni negotio de teſtibus.

Cur ita? Quia quando verſamur in occultis negotijs, & difficilis probationis minor probatio requiritur. Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. de quæſt. tex. in l. Conſenſu, C. de repud. At in hoc caſu, non modo difficilis eſt probatio, verum etiam omninò occulta; tum reſpectu loci, & temporis; tum etiam reſpectu Sacramenti; & propterea. Salycet. in l. Teſtium C. de teſtib. docet; quod, vbi agitur de certa ſpecie hæreſis, duo teſtes probant, licet loco, & tempore ſingulares. Quod tamen verum eſt, vbi ſint concordes integrè, & conteſtes in ſpecie hæreſis, licet in ſerie & cōtextu verborum ſingulares.

Nonne ad ſilentium obligantur eorū quæ in confeſſione tractantur? Obligat arctius præceptum de integritate confeſſionis, quam de reuelando Confeſſore inducente ad actum libidinis; verum ab integritate confeſſionis excuſatur quis propter indemnitatem propriam, quam Deus, & natura homini contulerunt; quando periculum vitæ, infamiæ, vel ingentis damni timetur; ſed non tenetur ſilere peccatū

alteri⸗is

alterius propter eius infamiã, quãdo cedit in ruinam conſcientiæ eius, & redundat in perniciem boni communis, & religionis. Et ita non eſt verum quod ex genere ſuo, mala ſit detectio peccati confeſsionis; quia ordinatur in eius bonum.

Confeſſarijs & pœnitentibus præcipi poteſt, vt talia delicta reuelent?

Superiores prçcipere non poſſunt Confeſſarijs, vt pęnitentes detegãt: Iubent tamen pœnitentibus, vt delictum ſolicitationis Confeſſariorũ manifeſtent; quia crimen hoc eſt contra reuerentiam, & puritatem Sacramenti; quia ad illius occultationem, pro bono nomine Confeſſarij non tenentur pœnitentes; cum illis non incumbat ſub ſigillo confeſsionis ſacramentalis.

Cur ita, cum agatur de occultis?

Solicitationis delictum in actu confeſsionis, vel illi proximo, non eſt occultum per ſe, & ex natura ſua ſed per accidens, & ratione loci ſecreti, & confeſsionis: Neque tantũ inhæret animę, cum in opere externo exerceatur; & vt delictum externum per teſtes comprobatum iuſtè punitur.

Cur idem in actu confeſſionis, & ante vel poſt?

Quia in moralibus. Quod parum diſtat nihil diſtare videtur; Quare cum actus proximus confeſsioni, ſit via & vltima diſpoſitio ad ipſam confeſsionem; quod fit in illo actu proximo, factum cenſetur in ipſa confeſsione: Et quia eiuſdem eſt ordinis,

ordinis, cum ea pari pœna meritò punitur delictum perpetratum in actu proximo, ac ſi fuiſſet commiſſum in illa.

Quæ requiruntur antequã procedatur? Vt Inquiſitores procedant cõtra Confeſſarios, prius conſtare debet de delicto per duos teſtes ſaltem fide dignos, qui deponant Confeſſarium in ipſius Sacramenti pœnitentiæ actu, vel proximo illi ante, vel poſt, filiam ſpirituale verbis, vel tactu, aut factis impudicis ſolicitaſſe.

Teſtes quales eſſe debent? Qualitas teſtium maximopere attendenda; an ſint mulieres viles, & inhoneſtæ, reo inimicæ; iuxta tex. in cap. In literis de teſtib. de quarũ vita & moribus, accuratè Inquiſitores apud graues perſonas verbotenus ſe informent, priuſquam ad capturam, & Rei cuſtodiam, cum voto Ordinarij, & Conſultorum, qui vxorati non ſint procedatur. Rei qualitate, & delicti penſata.

Quo pacto ſententia ferenda? Completo proceſſu vocatis Conſultoribus non vxoratis publicatur ſententia coram Epiſcopo, Confeſſarijs, Parochis, ac Fratribus, & Religioſis perſonis.

Quomodo abiurabũt? Debent Confeſſarij regulariter abiurare de vehementi, & priuari confeſsionibus ſaltem mulierum. Et vbi relabantur, non pœna relapſorum puniendi, ſed grauiori, cum eadem abiuratione de leui. Iuxta ca-

Accu-

Accuſatus, de hæret. in ſexto.

Quo iure proceditur? Inquiſitores procedunt in hoc caſu ex priuilegio Apoſtolico, videlicet Pauli IV. 1561. 16. Aprilis. Pij IV. 1564. 6. Aprilis. Clemen. VIII. 1592. 3. Decembris. Et ex Decreto Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Generalium Inquiſitorum Romę 1597. Rodriquez vbi ſupra. 1612. de menſe Aprilis, fuit Decretum à Santiſs. D. Paulo V. monendos eſſe Inquiſitores omnes, vt Confeſſarijs præciperent, quod acuerint ab omni & quacunquè ſollicitatione, aliàs procederetur rigorosè contra quoſcunque ita apparet ex litteris Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Cardinalis Arrigonij, ſcriptis Reu. Patri Inquiſitori Mediolani ſub die quinta Maij eiuſdē anni. Nunc autem extat Decretum felicis recordationis Gregorij XV. vt infra.

FLORES

FLORES DISPVTATIONIS DE AVCTORITATE,

Et vtilitate Extrauagantium,

Pro Officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis eiuſdem Pegnæ.

Extrauagantes in corpore Iuris non clauſæ contra hæreticos æditæ, ſunt validæ?

VTique; ſi tamen alijs Conſtitutionibus in corpore Iuris contra hęreticos regiſtratis non obuient. Ita per Bonifac. VIII. in c. vlt. de hæret. in ſexto, & Clement. 1. de hęret.

Leges ſeculares in hæreticos ędite inuiolabiliter obſeruandæ?

Etiam. Ita Innocentius Quartus, Reſcripto incipiente: Orthodoxus fidei.

Eſt recens inuētum?

Minimè: ſed ab initio fermè naſcētis Eccleſiæ, anno videlicet 430. Theodoſius, & Valentin. Imperatores hoc idem ſanciuerunt.

Leges abolentur deſuetudine, aut longo temporis interuallo?

Minimè; & præcipuè quæ contra hæreticam prauitatem ſunt latæ. Si enim

enim ab initio fuerunt receptæ, licet per mille annos in Iudicijs non ſint allegatæ, non propterea in deſuetudinem abibunt, niſi nominatim, & expreſsè aliæ ferantur leges illas aut reuocantes, aut immutantes, c. Contra 25. q. 1.

Extrauagantes quando dicuntur decretis titulorum de hæreticis obuiare?

Quum manifeſtè, & expreſsè eiſdem decretis contradicunt, atque è diametro cum eis pugnāt. Id enim ſignificat verbum obuiandi; & in ea tantum parte, in qua contradicunt, emendatæ ſunt, in cæteris verò validæ ſemper remanent.

Afferas, ſi lubet exēplum?

Si per Extrauagantes, aut alias quaſuis Eccleſiaſticas leges aliquid caueatur, quod alicui communi nō ſit prouiſum, aut non plenè deciſū, dummodò cum eo non pugnet expreſsè, ſiue id pœnas in hæreticos, & corū complices augeat, ſiue modum inquirendi, interrogandi, euocandi, compellendi, torquendi, publicādi, aut ſimile quid præſcribat, id omninò ſeruandum eſt,

Quid de generalium Inquiſitorum ſtatutis, ac inſtitutionibus?

Si de omiſsis, aut parum explicatis à Iure communi agant, vbi faciliorem procedendi modum in cauſis fidei præſcribant, vel pœnas in hæreticos rationabiliter adaugeant, inſpecta locorum, atque perſonarum qualitate, proculdubio obſeruanda erunt.

Quid de ſtatutis in

Vim legis habent; ſi tamen fuerint

Concilijs Prouincialibus contra hæreticos latis? rint à Papa, vel à Sedis Apoſtolicæ Delegatis confirmata; vt Toloſanū, Narbonenſe, Biterrenſe. Ita Vrbanus IV. Reſcripto incipiente: Præcunctis.

Quid de Epiſcoporū, & Inquiſitorum legibus? Ibidem tantum ſeruandæ, dum tamen Iuri communi non repugnēt. c. 2. de Conſtitut. in ſexto.

Inquiſitores aliarum Prouinciarum poterunt ipſis vti? Maximè quando non diſcrepabunt à Iure communi, nec rationi erunt diſſonantes; conſideratis inſuper locorum, perſonarum, & negotiorum circunſtantijs.

Conſuetudo admittenda, & ſeruanda? Etiam, ſi tamen rationabilis, & approbata. c. Cum contingat. de foro compet.

Conſuetudinis quodnā robur? Legis, & canonibus præponderat, vbi rationabilis ſit, & legitimè præſcripta. cap. vltimo de conſuet. Gloſ. in c. Paſtoralis, de fide inſtr.

Quanta extrauagantium auctoritas? Tanta, vt ſi authenticæ ſint, & indubitatæ conſtitutionem in corpore Iuris clauſam tollant, eidem præponderando. cap. 1. de conſtitutione.

Quid ſi dubitatur an authentica? Si eſt Iuri cōſona ſecundum eam iudicādum: quod ſi à Iure diſcrepet Summus Pontifex conſulendus. ca. Paſtoralis. de fide inſtrumentorum.

Extrauagans ergo cōſtitutionibus Iuris præualebit? Etiam; quotieſcunque erit appoſita clauſula: Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus in cōtrarium.

Sententia lata contra Si contra extrauagantem in cor-

extrauagantem erit valida?

pore Iuris cauſam, nulla; quia perinde eſt ac ſi contra legem. cap. 1. & c. Cum inter. de re iud. Si verò non ſit in corpore Iuris, valida. c. Paſtoralis, de fide inſtrum. Ratio quia ſi eſt incognita, non vitiatur. Incognitas enim leges Iudex cognoſcere non tenetur.

Quid ſi lata ſententia contra legem Iudici indicatam?

Si Iudex, ob ſummam difficultatem, & obſcuritatem, illam non intelligebat, nec putabat ad cauſam pertinere, ſummo Iure valet: & multò magis valebit contra diſpoſitionem extrauagantis ignoratę, & non productæ.

Quid ergo agendum?

Liquere debet Iudici, fideſque eidem facienda de valore; & robore extrauagantis, vt lata ſententia contra ipſam ſit nulla.

Extrauagantium auctoritas quomodo probanda extra Curiam?

Pluribus modis; Primo per appenſum plumbum cum fune canapis, cum impreſsis ex vno latere ſanctorum Petri & Pauli capitibus, & in altero cum nomine Pontificis reſcriptum concedentis. Secundo ſi reperiantur in publico loci alicuius Archiuio. Tertio Notarij publici ſubſcriptione, & perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo.

Reſcripta Vaticanæ bibliothecæ plumbo carentia erunt authentica?

Etiam, cum in his regiſtris nil deſcribatur, quod non ſit prius multa diligentia examinatum, preuiſū, ſumma auctoritate, ac veritatis ſinceritate

ceritate munitum, iuxta Romanæ Curiæ ſtilum.

Extrauagãtes pro ſan-ctio officio, vbique ſeruandæ?

Maximè; quoniam hæretica prauitas, aduerſus quam ſunt conditæ & feruor fidei, quem reſpiciunt, & Iudices eiſdem vtentes, vbique eodem Iure cenſentur. Hoc enim deducitur ex perſona ſtatuentis. Cap. vlt. de conſtit. in ſexto. Nam Summus Pontifex generalem habet iuriſdictionem ſuper hæreticam prauitatem, & fidei negotia.

Extrauagantes intereunt cum conditore?

Quandoque. At quæ ſanctæ Inquiſitionis reſpiciunt negotia, nunquam: nec aliquis ex canoniſtis aliquando dixit extingui per mortem conditoris, ſed eas ſeruandas eſſe; præſertim viuente earum conditore. Neque ad eſſentiam legis pertinet, quod ſit perpetua; ſiquidem id poſitum eſt in manu, & poteſtate legiſlatoris: Neque ad vniuerſitatem legis quod ſit temporalis; cum in hoc ſola condentis attendatur voluntas. Cap. Nobis de ſententia excommunicat.

Refert Principem dicere, vt Extrauagãtes obligent omnes generaliter?

Minimè: quoniam leges communiter ita conduntur, vt omnes obligent, & perpetuæ ſint; & niſi contrarium caueatur (quod communiter fieri ſolet) voluiſſe putandũ eſt.

Extrauagantium quæ vtilitas?

Multiplex: ſed ea pręcipuè quoniam ex illarum notitia melius fortè, quàm ex turbidis, & moleſtis in-

P ter-

terpretum quorumdam commentationibus vniuerſa Pontificum reſcripta in titulis hæreticorum comprehenſa intelliguntur, & interpretum errores facilius euitari poſsũt. Adde, ex notitia extrauagantium Vniuerſa Inquiſitorum priuilegia luculentius in eis, quam alibi perſpiciuntur. Paucíſsimæ enim oriri poterunt quæſtiones ac difficultates, quæ vel apertè per extrauagantes non declarentur; vel non inuita cõſecutione ex eiſdem non deducantur.

SVMMARIVM BVLLARVM

Pro ſacro Inquiſitionis Officio ab Apoſtolica Sede emanatarum; iuxta Pegnæ ſeriem.

Quid Bulla Innocentij III. prima continet?

Hortatur Epiſcopos, vt hæreticos omnes è ſuis Prouincijs excludant, atque reiecto appellationis e medio, eoſdem rigoroſè coerceant, qui cum hæreticis commercium, aut familiaritatem habent.

Quid eiuſdem Bullæ ſecunda?

Vt hæretici ad nullas admittantur dignitates, & conſilia, nec actionem alios eligendi habeãt, Magiſtratus ſæculares ad id ſeruãdum iuratoria cautione compellantur; etiam per excommunicationis, & interdicti ſentẽtias, vbi opus fuerit.

Quid eiuſdem Bullæ tertia?

Iubet eos coerceri, qui ſacrorum

Quid eiuſdem Bulla tertia? Vt Inquiſitores Magiſtratus moneant, ac per Eccleſiaſticam cenſuram compellant ad conſcribendum in ſuis ſtatuarijs, & obſeruandum leges in hæreticos, & eorum complices latas.

Quid eiuſdem Bulla quarta? Idem prorſus quod Bulla ſecunda hoc ſolo variato; quod in ſecunda inquit; Moneantur Magiſtratus: in tertia verò, eiſdem præcipiatur.

Quid eiuſdem Bulla quinta? Conſtitutiones, ordines, & capitula, ad quæ conſcribenda & ſeruanda tenentur Magiſtratus ſæculares oſtendit.

Quid eiuſdem Bulla ſexta? Federici Imperatoris leges in hęreticos latas obſeruari pręcipit; Magiſtratus compellendo &c.

Quid eiuſdem Bulla ſeptima? Concedit Inquiſitoribus, vt non obſtante literarum Apoſtolicarum contra hæreticos æditarum incorrectione, earum virtute procedant.

Quid eiuſdem Bulla octaua? Inquiſitores hortatur, vt in hæreticos diligenter inquirant: in eoſque ac eorum complices, niſi conuertantur, iuxta canones procedãt, inuocato ſæculari auxilio: Impeditores Sancti Officij acriter coercẽdo; atque 20. vel 40. dierum Indulgentiam concedendo.

Quid eiuſdem Bulla nona. Præcipit ſæcularibus Principibus, & Magiſtratibus, vt bonis publicatis, Banno quoque ſuppouant eos, quos Inquiſitores, vel hæreticos, vel hęreticorum cõplices declarabunt.

Quid eiuſdem Bulla decima? Principes, & Magiſtratus Inquiſitoribus obediant, alias ſententias in eoſdem, ob hanc cauſam latas, Papa ratas habebit.

Quid eiuſdem Bulla vndecima? Inquiſitores per Eccleſiaſticam cenſuram compellant Magiſtratus, vt latas in hæreticos leges ſeruare iurent.

Quid eiuſdem Bulla duodecima? Inquiſitores pecuniariam cautionem exigere, ab hæreticorum complicibus redeuntibus, de fide tenenda.

Quid eiuſdem Bulla tertiadecima? Prouideant Epiſcopi Inquiſitoribus in expēſis de mulctis ab ijs exactis, qui data cautione pecuniaria Eccleſię mandatis ſtare promiſerūt.

Quid eiuſdem Bulla quartadecima? Iterum Federici leges in hæreticos, & complices æditas, ſeruari iubet, quibus multa Inquiſitoribus priuilegia conceduntur, & plurima ad ſacrum Inquiſitionis officium ſpectantia traduntur.

Quid eiuſdem Bulla quintadecima? Quibus creandi Inquiſitores facultas comperat; quaue ratione ſemel creati deponi debeant.

Quid eiuſdem Bulla ſextadecima? Catholicam fidem tum per ſe, tū per alios prædicent Inquiſitores: Audientibus 20. vel 40. dierum Indulgentiam concedant; Cruce ſignatos, hæreticos inſequentes recipiant. Hi enim plenariam adipiſcuntur Indulgentiam.

Quid eiuſdem Bulla decimaſeptima? Hæreticorum, & complicum pęnas continet, & ordinem aduerſus

cos

eos in iudicio ſeruãdum præſcribit.

Quid eiuſdem Bulla decimaoctaua? Prædicẽt Inquiſitores Crucis verbum contra hæreticos, & complices: recipiant eos, qui Cruce ſignari voluerint: contra impedientes officium procedant velut contra defenſores, & hæreticorum fautores: Cruce ſignatos à cenſuris abſoluãt; eorundem vota commutent, tempore Interdicti generalis, diuinis, intereſſe poſſunt; cum Clericis Cruce ſignatis ſuper Irregularitate diſpenſantes.

Quid eiuſdem Bulla decimanona? Compellant Inquiſitores Magiſtratus, vt Federici Imperatoris leges in hæreticos obſeruent.

Quid eiuſdem Bulla vigeſima? Hæreticorum domus vnà cum Turribus contiguis deſtrui iubẽtur.

Quid Alexandri IV. Bulla prima? Procedant Inquiſitores contra hæreticos iuxta Innocentij conſtitutiones, reliquis ſtatutis in ſuo robore ſeruatis.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Ampliat, & declarat nonnulla capitula, in Bulla quarta Innocentij IV. Ad extirpanda &c. contenta.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Procedant Inquiſitores iuxta Innocentij IV. ordinationes.

Quid eiuſdem Bulla quarta? Conſtitutionum Innocentij IV. Ad extirpanda &c. ampliat tria capita, quæ ob nimiam terminorum breuitatem haud commodè poterant abſolui.

Quid eiuſdem Bulla quinta? Statuta quibus Inquiſitionis officium directè, vel indirectè impedi-

gentiam concedit: Socijs, notarijs & alijs negotio fidei incumbẽtibus, tres annos. Decedentes autem in huiuſmodi negotijs plenam peccatorum veniam conſequuntur.

Quid eiuſdem Bulla quartadecima? Iubet Magiſtratibus ſecularibus, vt obſeruent Conſtitutiones Innocent. IV.

Quid eiuſdem Bulla quintadecima? Cogant Inquiſitores Magiſtratus per excommunicationem, officiorum priuationem, & interdictum in terras; vt ſententias ab Inquiſitoribus contra Reos latas ſtatim exequantur.

Quid eiuſdem Bulla ſextadecima? Inquiſitores compellant brachio ſæculari inuocato, obligatos ſub certis pœnis pecuniarijs, ad ſolutionem faciendam.

Quid eiuſdem Bulla decimaſeptima? Curent Inquiſitores, vt ſcripturæ omnes contra hæreticos, vel ſuſpectos factæ, ſibi conſignentur.

Quid eiuſdem Bulla decimaoctaua? Clerici, Religioſi, & Sæculares omnes tenentur ſub pœna excommunicationis Inquiſitoribus, & ſocijs prouidere de ſecuro conductu de loco ad locum.

Quid eiuſdem Bulla decimanona? Nobiles, Magiſtratus, & Communitates teneantur prouidere Inquiſitoribus, vt in Bulla immediatè præcedente.

Quid eiuſdem Bulla vigeſima? Præcipitur Prælatis, & omnibus tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, vt Inquiſitoribus opportuni fauoris præſidio aſſiſtant.

Ma-

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaprima? Magiſtratibus Sæcularibus ſub excommunicationis pęna præcipitur, vt in immediatè ſuperiore.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaſecunda? Aduerſus Terras, vel Caſtrum ob hęreſim damnatorum defendentes, tanquam contra defenſores hæreticorum procedatur, niſi ab incepto deſiſtant.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimatertia? Commendatur Viterbienſis Cõmunitas, quod Inquiſitoribus promiſerit exercitum congregare contra Capellum de Chia ob hæreſim damnatum.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaquarta? Vendant Inquiſitores bona hæreticorum, fautorum, credentium, receptatorum, & defenſorum: contradictores compeſcendo per cenſuram.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaquinta? Contra quoſcunque, etiam priuilegiatos, Inquiſitores procedere debent: Notarijs ſæcularibus deficientibus, Religioſos ad acta officij deſcribenda aſſumant; hiſque non habitis, duos viros idoneos ad ſcribendum eligant.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaſexta? Inquiſitores non tenentur obedire ſuis Prælatis in concernẽtibus officium Inquiſitionis.

Quid eiuſdem Bulla vigeſimaſeptima? Excommunicati ob hæreſim, vel alia de cauſa ſocij criminis, in fauorem fidei recipiuntur ad teſtificandum.

Quid Vrbani Quarti Bulla prima? Procedant Inquiſitores contra quoſcunque priuilegiatos; non impedian-

pediantur ab Epiſcopis, nec è conuerſo: redeuntes præuia abiuratione admittant: neminem abſque Diœceſanorum conſilio damnent. De Notarijs, idem quod ſupra. Teſtium nomina non publicentur: peritos aduocent; in abſentes inquirant; in impeditores, velut contra fautores procedant, brachium ſæculare inuocantes.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Superiores Religionũ ſocios prudentes, & alios Fratres Inquiſitoribus aſſignent.

Quid Clementis IV. Bulla prima? Compellantur Magiſtratus vt in ſuis Capitularibus cõſcribi faciãt, & obſeruari Conſtitutiones Innocentij IV.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Miniſter Prouincialis de conſilio diſcretorum Inquiſitores eligat, & vno amoto alium de conſilio eorundem conſtituat.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Federici Romanorum Imperatoris II. leges anno 1220. in hæreticos latas omninò ſeruari, mandat.

Quid Nicolai Tertij Bulla prima? Feruntur multæ pœnæ in hæreticos, & complices; quæ continentur etiam in de hæreticis Decretalium, & ſexti.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Prædicari iubet Euangelium Iudæis in terris chriſtianorum cõmorantibus. Conuerſi Prælatis, & Dominis ſæcularibus commendantur; nec in perſonis, aut rebus moleſtentur: qui conuerti noluerint, Summo Pon-

Pontifici denuncientur.

Q. id Honorij Quarti Bulla prima? Parmenſis communitas côram Romano Pontifice ſe ſiſtat, debitas receptura pœnas ob impetum in Inquiſitorem factum, quòd hæreticam relapſam Curiæ relaxarat ſæculari.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Docet quid agendum cum filijs hæreticorum, credentium, receptatorum, fautorum, reuerentium.

Quid Clementis IV. Bulla? Iubet Inquiſitionibus, vt Templarios capere faciant & eorum bona ſequeſtrent, donec fuerit cauſa expedita, & ſibi nuntient quid actum fuerit.

Quid Ioannis XXII. Bulla prima? Fraticellorum errores enumerat, confutat, & in eos maximè inuehitur.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Caueant Inquiſitores, ne actus eorum ſcandalum pariant; pro familiari non niſi deuotum, & Eccleſiæ fidelem recipiant; atque deferendi arma familiæ ſuæ tantum licentiam concedant.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Procedant Inquiſitores contra fœdera cum hæreticis ineuntes, ac quoſcunq; culpabiles, vel ſuſpectos.

Quid eiuſdem Bulla quarta? Citat, & damnat Michaelem de Ceſena Generalem Fraticellorum Miniſtrum vnà cum ſuis cõplicibus.

Quid Bertrandi Card. Legati litera? Inquiſitorem Auctoritate Apoſtolica inſtituit.

Quid Gregorij Vndecimi Bulla prima? Iubet Archiepiſcopo Tarraconenſi, vt Raymundi Lulli libros om-

nes colligat, & vbi hæreſibus ſint reſperſi, comburat.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Officialibus Barcinonenſis Epiſcopi præcipitur, vt quendam Raymundi Lulli librum ad ſe quam primum tranſmittant.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Reprobantur articuli quidã Raymundi Lullis; libri eiuſdem interdictis, donec per ſanctam Sedem fuerit aliud decretum.

Quid Martini Quinti Bulla? Ioannis Vuichleff, & Ioãnis Hus errores damnantur; de Sacramentis malè ſentientes coercentur; in hæreticorum complices pœnæ ſtatuuntur: hæreticos in terris ſuis habitare Principes non patiantur: Eccleſiaſtica ſepultura hæreticis denegetur; eorum bona à tempore commiſsi delicti confiſcata intelligantur: ſuſpecti de hæreſi, niſi ſe purgent, vt hæretici condemnentur; purgationem negligentes excommunicentur, & vt hæretici damnentur: conuicti abiurent publicè; recuſantes coerceantur.

Quid Calixti Tertij Bulla? Extrauagantem Inoocentij IV. Ad extirpanda &c. confirmat.

Quid Pij II. Bulla? Quæ in minoribus agens pro Cõcilio Baſilienſe, & contra Eugeniũ quartum prædeceſſorem ſcripſerat, omninò reuocat.

Quid Syxti Quarti Bulla? Reſponſa à dæmonibus expectare hæreticum eſſe adſtruit.

Quid Innocentij IV. Bulla prima? Indulgetur ac præcipitur Inquiſito-

ſitoribus, vt procedant contra ſectam maleficarum.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Magiſtratus ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, exequi debet ſententias contra brachio ſæculari relaxatos latas.

Quid Alexandri VI. Bulla? Soli Inquiſitores cōtra maleficos, & incantatores procedere poſſunt.

Quid Leonis Decimi Bulla prima? Anima rationalis corporis forma immortalis, multiplicabilis pro corporum multitudine, aſſeritur: contrarium aſſerentes, vt hæretici puniuntur.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? In Vrbe nullos libros imprimat, niſi Vicario Papæ, & ſacri Palatij Magiſtro approbante: nec extra Vrbem niſi de Epiſcopi, & Inquiſitoris conſenſu: contrafacientes libros amittant, excommunicationis ſententia innodentur.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Nullus prædicet, niſi à ſuperiore approbatus: Euangelium iuxta ſanctorum Patrum interpretationem explicetur; multaque alia à prædicatoribus omninò obſeruanda.

Quid eiuſdem Bulla quarta? Inquiſitores relaxare poſſunt brachio ſæculari falſidicos teſtes.

Quid eiuſdem Bulla quinta? Martini Lutheri, ac ſequacium errores refert, ac damnat.

Quid eiuſdem Bulla ſexta? In Martinum Lutherum, illiuſque complices, fautores, & ſequaces, & alios fidei inimicos iterum inuehitur.

Quid eiuſdem Bulla ſeptima? Procedant Epiſcopi, & Inquiſitores,

tores, contra maleficos, & ſortile-
gos; compellendo Magiſtratus, vt
ſententias contra relaxatos latas
omninò exequantur.

Quid Adriani Sexti Bulla prima? Federicum Saxoniæ Ducem hortatur, ne Martinum Lutherum hæreticum in ſuum clientem amplius retineat.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Inquiſitores vnà cum Epiſcoporum Vicarijs, ſi adeſſe voluerint, inquirant, in Lamias, & canonicè puniant.

Quid Clementis VII. Bulla prima? Indulget Epiſcopo Brixienſi, & Inquiſitori, vt appellatione poſtpoſita procedant contra hæreticos.

Quid Clementis VII. Bulla ſecunda? Inquiſitores, & eorũ Vicarij procedant contra quoſlibet religioſos, etiam priuilegiatos: occultos hæreticos abſoluant, ſuper irregularitate diſpenſent;

Quid Pauli Tertij Bulla prima? Inquiſitores procedant contra prædicantes propoſitiones ſuſpectas, ſcandaloſas, periculoſas, erroneas, hæreſim ſapientes, ac bonis moribus non conformes (Epiſcopis exceptis) grauiter coercendo impeditores.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Quid cum Iudæis ad fidem conuerſis agendum, plenè docet.

Quid ſupremorum Inquiſitorum Decretũ continet? Ne bibliopolæ, librorum impreſſores, vel Doanarum officiales publicè, vel ſecretè vendant, imprimant, relaxent libros de hæreſi ſuſpectos, & damnatos: pœnis addi-

tis

tis contra quoſcunque etiam legentes, communicantes &c,

Quid Iulij Tertij Bulla prima? De reuocatione hæreticorum ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ gremium, ac de recipiendi modo agit.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Reuocat facultates legēdi libros prohibitos, Inquiſitoribus, & eorū Commiſſarijs exceptis: taleſq; libros habentes realiter, & cum effectu eoſdem Inquiſitoribus conſignent: contradictores, velut hæretici coercendi.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Coercendi Hebræi libros retinentes fidei catholicæ, vel Deo detrahentes.

Quid eiuſdem Bulla quarta? Nullus, quauis occaſione negotijs Inquiſitionis ſe immiſceat, niſi per Inquiſitores requiſitus: contrafaciēs excommunicatur per ſolum Romanum Pontificē, articulo mortis excepto, abſoluendus.

Quid ſupremorum Inquiſitorum edictum eiuſdem Iulij tempore emanatum? Talmud Hebræorum, tam Hieroſolymitanum, quàm Babylonicum comburi fecerunt, grauibus additis pęnis, ne vel retineatur; neve à partibus infidelium adducatur.

Quid Pauli Quarti Bulla prima? Pœnam mortis ſtatuit in negantes, vel Trinitatem, vel Ieſu Chriſti diuinitatem, vel de Spiritu ſancto conceptionem, vel mortem, vel Virginis Mariæ virginitatem.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Contra hæreticos, & ſchyſmaticos inuehitur.

Quid Pij Quarti Bulla prima? Eligendi Notarios in cauſis fidei facultatē concedit.

In-

Quid eiuſdē Bulla ſecunda? Inquiſitori Auenionenſi committit, vt teſtium nomina, & cognomina nullo modo reuelet.

Quid eiuſdē Bulla tertia? Inquiſitoribus indulget, vt cōtra religioſos omnes, etiam priuilegiatos, procedant, vbi à ſuis Superioribus non fuerint præuenti.

Quid eiuſdē Bulla quarta? Supremis concedit Inquiſitoribus, vt contra Epiſcopos, & Cardinales procedant: proceſſu tamen Summo Pontifici relato.

Quid eiuſdem Bulla quinta? Reuocat facultates legendorum librorum prohibitorum conceſsas.

Quid eiuſdem Bulla ſexta? Approbat librorum prohibitorū Indicem, cum regulis per Patres à Tridentina Synodo delectos, confectis.

Quid Pij V. Bulla prima? Sententias ab Inquiſitionis Prætorio in Reos latas, in rem non tranſire iudicatam, ſtatuit.

Quid eiuſdem Bulla ſecunda? Beneficia ob hæreſim vacantia, Sedi Apoſtolicæ omnino reſeruat.

Quid eiuſdem Bulla tertia? Præcipit Principibus, ac Magiſtratibus, vt ſupremis Inquiſitoribus pareant, & reos pro alijs delictis carceratos, ſuſpenſa criminum cognitione, ad Inquiſitores deferant.

Quid eiuſdem Bulla quarta, Si de protegendis, &c. Pœnam mortis, publicationis bonorum, ac infamiæ perpetuæ ſtatuit in impedientes, offendentes ſtatum, res, perſonas, accuſatores, denunciatores, ac teſtes ſancti Officij, etiam effectu nōn ſequuto.

Quid eiuſdem Bulla quinta? Confirmat creationem, ac priuilegia

IO. BAPT. PICALEA,

Bibliopola Lectori beneuolo.

EXpletis Commentariorum Floribus, non euaſit illius magnitudinis Libellus vti opinabar: propterea, cœpi rogare M. R. P. Bariolam, vt pro folijs complendis præberet aliqua Floribus ipſis connectenda: intellexeram enim à fide digno viro, Patrem, vti Pœnitentiarium, pro foro conſcientiæ aliquando conſuluiſſe, atque Conſiliorum exemplaria aliquot penes ſe habere. Renuit quantum potuit, excuſationibus propoſitis, nimirum, quod nec numero plura, nec multum elaborata, nec prælo digna haberet in promptu. Tandem & meis, & amicorum precibus victus, quæ tibi proponuntur, (minima quidem, & leuia, vt illius vtar verbis) non ſine animi moleſtia tradidit: In quibus ſi quid profuturum repereris, in Deum bonorum omnium largitorem referendum putes; vbi verò nullum ex his commodum ſenſeris, ſtudium hoc meum boni æquique conſule, & Vale.

CONSILIVM PRIMVM.

AN Confeſſarij Regulares approbati ab Ordinarijs locorum ad audiendas confeſsiones per annum tantum, anno elapſo teneantur ſe iterum præſentare pro confirmatione facultatis audiendi confeſsiones, vel potius attenta ipſa approbatione annuali poſſint audire confeſsiones, abſque noua confirmatione &c.

ET primò loco dicendum videtur, quod non indigeant noua confirmatione, ſed in vim approbationis ad annum ſibi factæ, poſsint Chriſtifidelium confeſsiones audire.

Primò, quia Ordinarij locorum non poſſunt limitare iuriſdictionem conceſſam à Papa. Sylueſt. v. Confeſſor 2. quæſt. 4 num. 5. Armilla ver. Abſolutio num. 25. & cap. inferior. diſt. 21. ſed Regulares tamquam priuilegiati, non ab Epiſcopo, ſed à Papa habent poteſtatem, & iuriſdictionem audiendi confeſsiones. Iacobus de Graffijs in Appendice primi, & ſecundi tomi, lib. 2. cap. 5. num. 15. in fine. Henriquez in ſumma Theologiæ Moralis lib. 3. de penitentia cap. 6. num. 5. & 8. Aegidius Coninchius diſp. de miniſtro pęnitentiæ, dub. 7. num. 49. Franciſcus Suarez de pœnitentia diſp. 28. ſect. 4. num. 22. & ſect. 8. Gabriel Vaſquez de pœnitentia quæſt. 97. art. 3. dub. 3. num. 3. Emmanuel Rodriquez in expoſitione Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 32. dub. 1.

dub. 1. Hyeronimus à Sorbo in Compendio Priui-legiorum Mendicantium v. Abſolutio quoad ſæculares ſecundo circa finem annotationis. Ioannes Baptiſta Confectius in Compendio Priuilegiorum Mendicantium in ſummario materierum tit. 17. ca. 5. Bartholomæus Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi cap. 20. nu. 6. Ioannes de Cruce lib. 2. cap. 6. dub. 3. Ludouicus Beia par. 4. caſuum &c. caſu 20. ergo &c.

Secundò, quia approbatio facta ab Ordinarijs locorum reuocari non poteſt, niſi ob delictum, quia hoc eſt in odium, & iniuriam ipſius approbati. Emmanuel Rodriquez in expoſitione Bullæ cruciatæ §. 9. cum alijs ibidem citatis. Emmanuel Sà in Aphoriſmis Confeſſariorum num. 4. Ioannes à Cruce lib. 2. cap. 6. dub. 3. Iacobus de Graffijs vbi ſupra, ita Confectius, & Coninchius. Suarez de pœnitentia. diſp. 28. ſect. 7. Reginaldus in ſua Praxi Sacramenti Pœnitentiæ lib. 1. quæſt. vltima. Rodriq. & Vgolinus locis citatis, ergo &c.

Tertiò, quia ſacra Congregatio Concilij ſeſſ. 23. cap. 15. cenſuit Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœceſi ſæcularium confeſsiones ſemel ab Epiſcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos. Cæterum à ſucceſſore poſſe vtique examinari iuxta Conſtitutionem ſanctæ memoriæ Pij V. datam octauo Idibus Auguſti, Pontificatus illius anno 6. quæ à felicis recordationis Gregorio XIII. non eſt reuocata per reductionem Priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini, ita atteſtante A. Cardinali Carafa, prout refert Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij verbo Confeſſor, fol. mihi 169. ergo cum ſemel Regulares Ordinarijs locorum

ſe præſentauerint, & ab eiſdem audiendi confeſsiones facultatem obtinuerint, non poterunt iterum examinari, nec tenebuntur iterum ſe præſentare pro confirmatione facultatis obtentæ; quia quòd ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, & eo magis, quoniam totum Ius, quod Ordinarijs competit ſupra Regulares approbandos ad confeſſiones audiendas, reſpicit tantum examen, reſpectu litteraturæ, & doctrinæ, quo peracto, & facultate confeſsiones audiendi obtenta, nihil Ordinarijs ipſis agendum ſupereſt cum Regularibus &c.

Quartò, quia in Clementina Dudum. de ſepulturis. *Clemens Quintus decernit, & ſtatuit, quod Ordinarijs recuſantibus exhibere licentiam Regularibus audiendi Chriſtifidelium confeſſiones, tunc intelligantur auctoritate Apoſtolica admiſſi, & approbati:* Cum ergo Regulares Confeſſarij licentiam petierint, & obtinuerint audiendi confeſsiones ab Ordinarijs locorum, non tenentur ſingulo anno ſe præſentare pro confirmatione, quia Summus Pontifex hoc non dicit, ſed tantum, vt petant; & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ergo &c.

Quintò, quia ita ſentiunt multi Doctores, nimirum Stephanus Quaranta in Summa Bullarij verbo Priuilegia Regularium. Ludouicus Miranda in Manuali prælatorum Regularium quæſt. 45. artic. 10. Bartholomæus Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi cap. 20. de gubernat. Regularium. Ioannes Baptiſta Confectius in Compendio priuilegiorum Mendicantium tit. 17. cap. 4. in fine. Et Petrus Martir in Summario Conſtitutionum Prædicatorum par. 2. cap. 64. &c.

Sed his non obſtantibus contraria opinio vti verior,

verior, ità communior, & tutior ſemper habita fuit, nimirum, vt Confeſſarij Regulares non poſſint anno elapſo Chriſtifidelium confeſsiones audire, quin prius ab locorum Ordinarijs obtineant ſuæ facultatis confirmationem, & ducor.

Primò, quia conceſſum ad tempus cenſetur prohibitum, & denegatum poſt dictum tempus. Ludouiſius deciſione 75. num. 1. & deciſ. 159. num. 3. & deciſ. 567. num. 1. Angel. conſil. 138. in principio, quia ſemper limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris ff. de acquir. rerum domin. Corneus in l. admonendi nu. 4. de iur. iur. Geminianus conſil. 15. nu. 18. Petrus de Ancharano conſ. 70. num. 8. Bald. conſil. 25. lib. 5. Bolognet. in additione conſilij. 5. Ioannis de Annania verſ. plus dico. Bartol. & cæteri communiter in l. cępta. quęſt. 1. ff. Si cert. pet. vbi Angel. & Alexand. Bart. conſil. 95. lib. 2. & Bald. conſil. 277. lib. 1. & facit lex prima, & lex fin. C. ſi non à compet. Iud. Bald. conſ. 339. lib. 1. Riminald. conſil. 494. numero 2. Surdus deciſ. 75. num. 1. & 5. cum ſequentibus, vbi ampliatiuè loquitur, etiam ſi corrigeretur Ius commune, & ideo ceſſante licentia, ceſſat approbatio, & iuriſdictio delegata: & ita docet Suarez tom. 4. de pœnitentia diſp. 26. ſect. 3. num. 2. & ratio eſt, quia licentia non excedit voluntatem concedentis; hinc poteſt imponere legem, quam vult. l. non quicquid ff. de Iud.

Secundò, quia Ordinarijs locorum licet limitare facultatem audiendi confeſsiones Regularibus, prout docet expreſsè Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi parte 1. capit. 20. num. 6. vbi reffert declarationem ſacræ Congregationis. Emmanuel Rodriquez in ſumma parte 1. cap. 60. con-

cluſione 4. Martinus Bonacina de Sacramentis diſputat. 5. quæſt. 7. puncto 4. §. 1. num. 7. Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 59. num. 15. & ibidem reffert reſcriptum ſacræ Congregationis Concilij Tridentini huius tenoris, videlicet: *Regulares poſſe approbari ad tempus pro confeſſionibus audiendis; quo elapſo indigent noua licentia.* Rodriquez quæſtionum Regularium tom. 1. quæſt. 59. art. 8. Suarez tomo 4. diſp. 28. ſect. 4. num. 22.

Tertiò, valdè vrget obſeruantia præcipuè Mediolanenſis Diœceſis tot annorum ſpatio confirmata, adeò patens, & manifeſta, vt nulla egeat probatione: quæ ſanè obſeruantia, & acceptatio recipiendi ſcilicet licentias limitatas, intelligitur cum ſuis qualitatibus. Surdus conſil. 150. num. 26. Suarez tom. 4. diſp. 24. ſect. 3. cap. 2. Gratianus diſceptationum Forenſium cap. 769. num. 25. communis autem obſeruantia eſt optima rei interpreſ. Bald. in l. 2. C. de fideicommiſsis libert. Menoch. conſil. 32. num. 44. & 45. Socin. ſen. conſil. 3. num. 4. & 5. Aretinus conſil. 11. Menochius conſ. 75. nu. 56. & conſil. 192. num. 12. Corneus conſil. 93. num. 10. lib. 2. cap. cum dilectus. de conſuetudine, vbi Butrius, & reliqui. Caſtren. conſil. 347. lib. primo, Alexander conſil. 5. num. 7. & 9. Si enim conſtat aliquid magis fuiſſe obſeruatum attenditur illa maior obſeruantia. Decianus conſil. 12. num. 12. & conſil. 215. Menochius dicto conſil. 75. num. 76. & Decius conſil. 441. num. 15. Menochius de arbitr. Iudic. caſu 199. Quando verò ſuper aliquo articulo contrariæ ſunt Doctorum opiniones, illa amplectenda eſt, quæ fuit recepta à communi obſeruantia, non obſtante diſpoſitione Iuris communis. Latiſsimè Cephalus conſil. 220. nu. 31.

Quar-

Quartò, quia cum agitur de Sacramentorum adminiſtratione, & de proximi vtilitate illa opinio, eſt præferenda, quæ magis certa, & tuta apparet. Cap. vt animarum periculo. de Conſtitutionibus in 6. Vincentius Filiucius tom. 2. tractatu 21. cap. 4. nu. 138. 139. hic vero cum agatur, & de Sacramentorum adminiſtratione, & de vtilitate proximi, fatendum eſt, Confeſſarios Regulares ad tempus approbatos noua indigere confirmatione, eo magis, quia in rebus ad factum pertinentibus certa, & tutior via ſemper eſt eligenda. Suarez tom. 4. diſp. 26. ſect. 6. num. 5. & deinceps, vbi tandem ſubiungit, Ego certè ſemper admonerem Miniſtros, vt certiori via vterentur.

Quintò, quia abſoluere à peccatis eſt actus iudiciarius, per quem à Confeſſario tamquam à Iudice ſententia profertur. Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. ca. 6. hinc nullius eſt momenti abſolutio, quam Sacerdos profert in illum, in quem ordinariam, aut delegatam iuriſdictionem non habet. Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 7. Gaietanus tomo primo. Opuſ. tractat. 3. quæſt. vnica. Clementina prima de officio delegati. Adrianus 4. ſent. de confeſsione dubitat. 8. cap. Adijcimus, & cap. generaliter 15. quæſt. 1. Martinus Nauarrus in Manuali cap. 4. num. 2. & cap. 1. num. 17. de pœnitentia, & in Manuali cap. 10. num. 1. Scholaſtici. 4. ſent. lib. diſt. 17. & cap. Omnis. de pœnitentijs, & remiſsionibus. cap. quem pœnitet de pœnitentia diſt. 1. & cap. 2. de Conſtitutionibus in 6. Si ergo Confeſſarij Regulares non impetrata facultatis obtentæ confirmatione confeſsiones audirent, proculdubio abſque auctoritate ordinaria, vel delegata ſententiam proferrent in ſibi non ſubditos; & hac ratio-

ne ex deffectu iuriſdictionis, abſolutio nulla eſſet; id quod clarius apparebit ex ſolutionibus, & reſponſionibus ad obiecta contrarię opinionis in principio propoſita.

Ad primum reſpondetur negando quod Ordinarij locorum non poſsint limitare iuriſdictionem conceſſam à Papa, quando tamen iuriſdictio conceſſa eſt à Summo Pontifice cum aliqua conditione, & limitatione, prout in hoc caſu; ſiquidem concedit Papa, & habilitat omnes Regulares, vt poſsint ſe præſentare locorum Ordinarijs ad impetrandam facultatem audiendi Chriſtifidelium confeſsiones, ſed conditiones addit, quibus id fieri poſsit, nimirum, vt hoc fiat de licentia, gratia, & beneplacito Ordinariorum. Clementina Dudum. de ſepulturis. Item quod nullo pacto confeſsiones audire poſſint, niſi præuio examine, ſi ità Epiſcopo videbitur. Ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 15. ergo facultas conceſſa Regularibus audiendi confeſsiones limitata eſt ad hic, & nunc beneplaciti, & conſenſus Ordinariorum: & in huius veritatis confirmationem extat Decretum ſacræ Congregationis Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ ſub die 2. Iulij 1587. tenoris vt infrà.

Regulares qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumuè examinantoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumuè locorum aut generis perſonarum admittantur in Diœceſi propria. De cæteris verò qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum

con-

conſeſſiones ex cauſa audierint, ſtatim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confeſſionis Medico aduenienti relinquere.

F. Michel Bonellus Card. Alex.

Georgius Pallearius Secret.

Hæc ex Stephano Quaranta in ſumma Bullarij ver. priuileg. Regularium fol. mihi 385. & ex Ioanne Baptiſta Confectio in Compendio priuilegiorum Mendicantium parte 2. tit. 17. cap. 4. & cap. 5. vbi docet Regulares per examen approbatos nec plenè idoneos repertos, poſſe ad libitum Ordinarij cum aliqua limitatione loci, temporis, aut perſonæ admitti, quo tempore lapſo, per eundem Ordinarium à Confeſſarij munere ſuſpendi poſſe, & cōceſſam licentiam reuocari, & ita ab officio ſuſpenſos remanere, cum iam amplius minimè approbati cenſeantur, ac ſint, purificata conditione ſub qua approbati, & admiſsi fuerunt, & ita Regularis limitatè, & ſub conditione approbatus, ea adimpleta, aut expirata, idoneitatem perdidiſſe dicitur, & tamquam ſuſpenſus munus Confeſſarij, neque licitè, neque validè amplius exercere poteſt. (verba ſunt eiuſdem Confectij) Habent ergo Confeſſarij Regulares iuriſdictionem à Papa, hoc eſt, habilitationem, & facultatem ſe præſentandi Ordinarijs locorum, quamuis beneficium Parochiale non habeant, & hoc ius tolli, reſtringi, vel limitari non poteſt per locorum Ordinarios; approbationem autem, & poteſtatem audiendi confeſ-

ſiones

ſiones obtinere debent ab ipſis Ordinarijs. Suarez tom. 4. diſput. 28. ſect.4. nu. 9. 10. 21.22. qui ex Decreto Illuſtriſsimorum Cardinalium poſſunt illam reſtringere, & limitare, prout ſibi expedire videbitur, & ita intelligendi, & explicandi ſunt Doctores, in primo hoc obiecto citati, & producti.

Reſpondetur ſecundo, Regulares ab Ordinarijs approbantibus habere, & recipere iuriſdictionem delegatam, prout colligitur ex Concilio Tridentino ſeſſ.23. cap 15. de Reformatione, & ita docent in puncto Gutierez Canonicarum quæſtionum lib. 1. cap.27. num. 28. Bonacina de Sacramentis diſp. 5. quæſt.7. puncto 4.§.1. num.9. 16. & 29. Rodriquez Emmanuel quæſtionum Regularium tom. 1. quæſt. 59. artic.8.

Reſpondetur tertio, quod quando Doctores dicunt Regulares Confeſſarios habere iuriſdictionẽ à Papa, loquuntur de Bulla Cruciatæ, hac eſt eo ipſo quod ab Ordinarijs locorum ſunt approbati, habent iuriſdictionem à Papa, nimirum abſoluendi à caſibus Papalibus.

Reſpondetur quartò, approbationem importare conceſsionem iuriſdictionis. Gutierez Canon. quæſt. libro 1. cap.27. num. 29. Suarez tomo 4. de pœnitentia diſputatione 28. ſectione quarta, num. 2. & 3.

Ad ſecundum reſpondetur ſuſpenſionem, ſeu priuationem audiendi confeſsiones, eſſe quidem in iniuriam, & in odium ipſius approbati, quando fieret contra approbatum ſimpliciter, abſolutè, & in genere, prout cauetur Decreto ſacræ Congregationis Concilij Tridentini, quæ fieri non poſſunt, niſi ob delictum, & ex noua cauſa ad confeſſiones pertinente, prout cantat Decretum Illu-

ſtriſ-

ſtriſsimorum Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, 20. Nouembris 1615. prout alias ab eadem ſacra Congregatione reſcriptum fuit Epiſcopo Derthonæ 29. Ianuarij 1585. Si verò ſuſpenſio, aut priuatio fiat ex cauſa purificatæ conditionis, videlicet, quia tempus Confeſſario præfixum, & limitatum elapſum fuerit, tunc ipſa ſuſpenſio nec fit in odium, nec in iniuriam approbati, ſed bonis artibus, iure ita ſuadente prout continetur in Decreto Concilij Tridentini, ſuperiùs allegato, & in his terminis loquuntur Doctores pro contraria ſententia citati.

Ad tertium reſpondetur, Decretum ſacræ Congregationis Concilij allatum, fuiſſe per eoſdem Illuſtriſsimos Patres interpræcatum, & declaratum, nimirum prout fuit dictum in reſponſione ad primum, quod ſemel admiſſus, & approbatus ſemper habetur pro admiſſo, & approbato viuente eodem Epiſcopo, quando tamen fuit approbatus ſimpliciter, & in genere: Si vero fuerit approbatus ad limitatum tempus, tunc expirat approbatio, & ità indiget noua approbatione, ſeu confirmatione, & ità ſcriptum reliquit etiam Oldradus conſil. 250. Gratianus diſceptationum Forenſium cap. 264. nu. 35. tomo 2.

Ad illud autem quod ſubiungitur, quod ſemel placuit amplius diſplicere non debet. Cap. quod ſemel de regulis Iuris in ſexto. Reſpondetur id habere locum in approbatione ſimplici generali, & abſoluta, non autem in approbatione limitata ad tempus, in qua reprobatio, elapſo tempore, eo ipſo reſoluitur, & pro non conceſſa habetur: regula autem non vendicat ſibi locum in habentibus tractum ſucceſsiuum, in quibus poteſt ex noua cauſa re-

pro

probari,& impugnari ſemel placitum, & approbatum: Butrius conſil.22. num.3. præcipuè vero in illis quorum ars eſt periculoſa, vt in Medico, & alijs conſimilibus: hi enim approbati, poſſunt quoque reprobari ex legitima cauſa, l. 2. C. de profeſſ. & Medic. lib. 10. vbi Bart. idem dicit de Doctore ſemel approbato, qui male legit ſcholaribus &c. verius ergo id dici poterit de confeſſario legente, & opem ferente animabus ipſis magno prætio, hoc eſt Chriſti ſanguine, emptis, & redemptis &c.

Ad quartum reſpondetur, Clementinam Dudum de Sepulturis fuiſſe correctam, & reuocatam per Concilium Tridentinum. ita Suarez tomo 4. diſp. 28. ſect. 5. num. 5. & 6.

Reſpondetur ſecundo, Clementinam eſſe conditionalem, videlicet, in caſu requiſitionis ipſorum Regularium, & recuſationis Ordinariorum. Suarez loco mox citato, quod non contingit in Mediolanenſi Archiepiſcopatu, quoniam anno elapſo ſtatim confirmantur licentiæ, abſque nouo examine, & abſque dilatione.

Ad quintum reſpondetur Doctores omnes in argumento citatos loqui de Confeſſarijs approbatis ſimpliciter, & in genere, iuxta Decreta ſacrarum Congregationum de Vrbe, non autem de ijs, qui fuerunt admiſsi, & approbati ad annum tantum, & ad tempus limitatum. Vt autem veritas iſta firmius credatur ab ijs, qui contrarium, vel dixerunt, vel ſcripſeruut, vel adhuc etiam fortaſsis firmiter credunt placuit hic ſubnectere nonnulla Decreta Illuſtriſsimorum DD. Cardinalium materiam hanc reſpicientia.

Primum, Regulares pro confeſsionibus audiendis non approbandi ad tempus; ſed generaliter, & ab-

& abſolutè. Vicario Camerini 7. Martij 1585.

Idem Archiepiſcopo Auinionenſi 1593. 22. Auguſti.

Idem Patriarchæ Veneto 15. Martij 1594. ſed in hoc decreto additur, ſi tamen ſint idonei admittantur, abſque præfixione temporis.

Secundum, Regulares Confeſſarij ob Pęnitentium multitudinem approbari poſſunt ad tempus, non obſtantibus reſcriptis 15. Martij 1594. Archiepiſcopo Neapolitano. & 4. Iulij eiuſdem anni, & 7. Iunij eiuſdem anni Patriarchæ Venetiarum.

Tertium, Confeſſarij Regulares approbati, poſſunt iterum examinari, & reijci, ſi reperiantur minus idonei. 7. Septembris 1594. Vicario Apoſtolico Ciuitatis Caſtellæ.

Quartũ, Confeſſarij Regulares approbandi ſunt generaliter abſque limitatione loci, temporis, & perſonarum: verum ſi attenta inhabilitate petierint approbari, id fieri poterit ad tempus. 7. Septembris 1598. Epiſcopo Derthonæ &c. Et ita cenſeo de Iure dicendum, & ſuſtinendum, ſaluo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ infallibili iuditio, cui me ipſum, & ſcripta mea omnia ex toto corde ſubijcio &c.

DEceſsit Sempronius ſine filijs; cupiens autem vxorem bonorum ferè omnium futuram hæredem; eandem vſufructuariam vniuerſalem, & integralem conſtituit, Item conuenit cum Titio, quod domum; vnà cum ſuppellectilibus eidem legabit, pacto, vt bona ipſa fideliter, ac integrè vxori reſtituat, & conſignet, Annuit Titius, & re ipſa fidem ſeruauit. Cũ autem ex ſtatuto Mediolani p. 1. c. 295. quartam tantum relinquere poſsit maritus vxori.

Quæritur, an Sempronij vxor tuta conſcientia percipere, ac retinere poſsit domum, & ſuppellectilia quartam excedentia: cum legatum videatur Titio factum in fraudem legis, necnon in præiudiciũ heredum, videlicet cuiuſdam Hoſpitalis, & Societatis Sacratiſsimi corporis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Petr. Cened. collect. 1. & 2. ad Decretum, & ad decretales, collect. 2.

REſponderi poſſet affirmatiuè ob multas rationes, quarum prima hæc eſt, leges, & ſtatuta, quæ legem Diuinam, vel naturalem non inuoluunt, non obligant in conſcientia, Nau. man. conf. cap. 23. num. 56. at ſtatutum de quo nunc agitur, eſt huiuſmodi; ergo &c.

Secunda, legiſlatores nullam fecerunt mentionem de culpa mortali, ergo non eſt credendum, eorum intentionem fuiſſe ad illam obligare.

Tertia, Imperatores gentiles de pœna æterna non cogitabant, immò quid culpa mortalis eſſet ignorabant, ergo &c. ita Nauar. vbi ſup. num. 55.

Quarta, vſus, & conſuetudo habet, quod leges ciuiles, & ſtatuta, non obligent in conſcientia. Nauar. vbi ſupra num. 55. 58. & 59. ergo &c.

Quin-

Quinta, quando duo iura concurrunt, illud omittendum, quod eſt minoris entitatis. Panorm. in ca. plerique de immunit. Eccleſiarum. At iure naturali quilibet poteſt teſtari, & legare cui voluerit, ergo iſtud ius naturale non poterit auferri per ius ciuile, ſiue per ſtatutum.

Confirmatur. Tenetur Titius ſeruare fidem Sempronio accommodatam iure naturali, cui derogari non poteſt per ſtatutum ciuile, ergo &c.

Sexta, iure diuino, & naturali, quilibet dominus eſt ſuæ voluntatis, & facultatum, ergo nullo pacto impediri poteſt per legem ne relinquat quibus voluerit, ſiue per ſtatutum.

Septima, finis, & ratio legis attendenda maximè videtur, at finis ſtatuti, de quo controuertitur, fuit ne coniuges donantes filios hæreditate fraudarent: qui ſanè finis hoc in caſu ceſſat, cum Sempronius non haberet deſcendētes, quibus relinqueret, ergo &c.

Octaua, Teſtatoris diſpoſitio (vt tradunt omnes) habenda eſt pro lege, ergo ſeruanda.

Nona, vbi nulla interuenit falſitas, ceſſare debet diſpoſitio legis ciuilis, & ſeruari æquitas, & obligatio naturalis; quæ oritur ex diſpoſitione defuncti. l. cum amplius. §. is non debet. ff. de reg. iur. At in caſu nulla interuenit falſitas, cum non adſint deſcendentes, qui fraudari potuerint, & teſtamentum ritè, ac rectè fuerit ſtipulatum, ergo &c.

Decima: D. Greg. 13. q. 2. c. vlt. præcipit vt volūtas vltima defuncti modis omnibus ſeruetur, ergo &c.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt; negatiuam ſententiam veram eſſe, iuxta omnium ferè Theologorum, & Canoniſtarum doctrinam, vt infra dicetur.

Sciendum ergo vt lex ciuilis, ſiue ſtatutum liget in conſcientia, neceſſe eſt, vt ſit iuſtum. ita Caiet. in Sum. verbo, lex. Tabie. in verbo, lex. num. 24. Armil. in verbo, lex. num. 13. D. Tho. 1. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 186. art. 9. & 1. 2. q. 95. art 3. in corp. Vt autem lex iuſta ſit, quatuor ſunt necesſaria, ex doctrina D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. artic. 4. & Summiſtarum in verbo lex.

Vnum eſt ex parte finis: debet enim inſtitui in bonum commune. D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 3. Alterũ eſt ex parte agentis: vt lex inſtituatur ab eo, qui habet ſuperioritatem, & poteſtatem; ita vt non excedat limites ſuæ poteſtatis. c. 2. de conſtit. lib. 6. & l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. Tertium eſt, vt materia ſit bona: ideſt, vt non præcipiatur res mala, vel prohibeatur bona. c. erit autem lex. diſt. 4. Quartum eſt, vt forma ſit bona, videlicet, vt lex ſeruet proportionem ciuium; non plus onerando eum, qui minus eſt onerandus. c. cum omnis, de conſtit. Requiritur preterea, vt ſit promulgata: nam quamuis conſtet voluntas legislatoris, nihilominus obligandi vim non habet: vt probat Soto lib. 1. de iuſt. & iur. q. 1. art. 1. Requiritur inſuper vt ſit recepta: vt habetur Can. in iſtis. diſt. 4. & Felyn. in cap. de treg. & pace. Item quod per aliam contrariam legem, aut conſuetudinem non fuerit abrogata. c. 1. de conſtit. in 6. Requiritur tandem vt non ſit inuincibiliter, ſeu probabiliter ignorata. Ita Doct. omnes, & Card. Tolet. in tract. de ſeptem peccatis. c. 18. Nauar. Man. conf. c. 23 nu. 40. & 41.

Cum ergo ſtatutum, de quo in caſu, factum fuerit ab habente auctoritatem, in bonum commune, ſub bona forma, cum æqualiter omnes afficiat, & bonam, contineat materiam, videlicet, vt euiten-

tur lites.diſcordiæ,fraudes, cumque fuerit, & promulgatum; & receptum, & per contrariam legem, aut conſuetudinem non abrogatum,nec inuincibiliter, aut probabiliter ignoratum,vt ex legatarij depoſitione: dicendum eſt, Statutũ ipſum conſcientiam verè afficere, atque ad ſui obſeruationem omninò ligare.

Confirmatur. Lex enim prohibere potuit,ne pueri bona ſua, quantumcunque ſpõtaneè, alienarent; ne per eorum imprudentiam malè dilapidarentur: adeo vt,ſi puer 10. aut 12. annorum ducentum ſcuta donaſſet vni, tutore inuito,non eſſet in conſcientia talis donatio valida, vt patet.l. 1. de minor.C.ſi maio.fa.ra.ha.l.vlti.& l. Pupillus, ff. de acq. re. do. Tho.2.2.q.32.art.7. ad ſecundum. Quia cum partes ſint propter totum,& quilibet ſit Reipublicæ magis, quam ſuus; ſicuti poteſt,ob vlciſcenda maleficia priuare homines propria vita: ita ob æquitatis,& iuſtitiæ communis conſeruationem,quæ de iure naturali eſt,poteſt tranſlationẽ dominij impedire:tã cohibendo domini voluntatem, ne det; quàm adimẽdo alteri facultatẽ ne recipiat. vt colligitur ex D. Tho. 1.2.q.95.art.2. & 3. Potuit ergò Princeps,aut Reſpublica ſtatutum facere,ne maritus vxori vltra quartã relinqueret; quod in conſcientia ad ſui obſeruationem obligaret. Accedit quod lex iuſta,& nõ nutriẽs peccatum debet ſeruari in foro cõſcientiæ,quia edita eſt authoritate Dei à ſuis miniſtris, vt concludit Abbas in c. 1. de conſtit. & de hoc eſt gloſ. in cap. quæ in eccleſias. de conſtit.& idem Abb. concludit, in proęmio decretalium in 2.q.& dicit ſingulariter Bal. in c. in omni negotio,colum.1.de teſt. quod ſi leges non ſunt contrariæ legi diuinæ ſunt ſeruandæ in foro conſcientiæ, & Feder. de Senis,conſ.21.multis

iuribus, & rationibus comprobat quod quis tenetur magis, ſequi legis diſpoſitionem quam propriam conſcientiam.

Adde; leges ciuiles, quantum eſt ex natura ſua, obligare in conſcientia, niſi aliud ex intentione legiſlatoris conſtet; cum & à naturali deriuentur, cōſtituentes in particulari ſpecie virtutis, quod illa in vniuerſali dictat; & quietum Reipublicæ ſtatum, in ordine ad ſempiternam felicitatem, tanquam ad vltimum finem, intendant, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 96. art.4. & 2. 2. q.12. art. 2. ad primū. Immò à Deo ipſo poteſtatē habent Principes, & Reſpublicæ condendi leges, & ſtatuta faciendi: iuxta illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Prædicat hoc idem D. Paul. Rom. 13. Omnis poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Cum ergo leges, & ſtatuta ex ſui natura obligent in conſcientia, & poteſtas, qua vtuntur Principes, & Reſpublicæ ſit à Deo; fatendum eſt neceſſariò, cuiuſcunque contrauenientis conſcientiam ligare: & ita Sempronij vxorem abſque peccato non poſſe Domum, & ſuppellectilia ſibi retinere. Quod autem ſine peccato fieri non poteſt, omninò abrogandum eſt. c. quoniam, de præſcript.

His accedit; legem accidentarios, & particulares cuiuſlibet caſus non reſpicere, ſed communes, & ea quæ, vt plurimum contingunt, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 84. & 85. ar. 1. ad tertium. Quia Iura (vt ff. de leg. Pomponius ait) conſtitui debent in his, quæ accidūt, & vſu venire poſſunt; non tamen in his, quæ præter opinionem, & inſperatò contingunt. Et ideò, cum ratio legis, & ſtatuti fuerit, vt fraudibus, & vxorum dolis obuiaretur; neuè deſcendentes, vel cognati ſuccedentes ex teſtamento, vel ab inteſtato, hęredi-

tati-

tatibus fraudarentur; neuè bona ipſa in aliam tranſirent cognationem: Hinc fit, vt quamuis in aliquo particulari caſu ratio finalis legis, & ſtatuti, aliqua ex parte deficere videatur (vt in caſu; cum deſcendentes non haberet Sempronius) lex nihilominus ſuum retineat vigorem. Vnde Teologicum eſt axioma: finem legis non cadere ſub lege, ſed actiones, quibus illuc tenditur, vt declarat D. Tho. 1.2. quæſt. 100. art. 9. Sicut ergo puer 10. vel 12. annorum, ſub tutoris cura viuens, quantumcunque alias prudentia, & iudicio valeret, ſi prædium aliquod, iuſto etiã prætio, vel vendidiſſet, vel liberè donaſſet contractus huiuſmodi inconſulto tutore factus, eſſet in cõſcientia inualidus ita, quamuis in legato, quartã excedente, vxori relicto, non interfuerit dolus ex parte vxoris, ſed libera, & certa defuncti voluntas; Lex nihilominus, & ſtatutum, quæ inualida facit talia legata in ſuo permanebit robore, obligando in conſcientia & vxorem, & alios ad ſui obſeruationem. Nam quouſque ratio, quæ Principem mouit, vel Rẽpublicam ad talem legem condendam non ceſſat in toto genere, nec legis vis, & robur ceſſare debet. diſt. 6. cap. ſtatuimus. §. cauſas. vbi inquit Gloſ. quod Ceſſante cauſa ceſſat conſtitutio; verum eſt, quando cauſa ceſſat actu, & exemplo: hoc eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli. Vel, ceſſat non omninò; & ipſo actu, ſed ad hoc vt diſpenſari poſſit circa perſonam illam. Vel, Ceſſat quando hoc in iure exprimitur, quod ceſſare debeat. Vel, quando omnis cauſa ceſſat, & impulſiua, & finalis, efficiens, & occaſionalis, tunc ceſſat conſtitutio. ff. de poſtul. l. prima, §. ſextum.

Nec obſtat ſi dicatur: finem legis prohibentis pueros bona ſua alienare, ne per eorum imprudentiam

malè

diſſipentur, ceſſare cum puer prudens,& ſagax vendidit rem iuſto pretio: Quia etſi ceſſauit in illo euẽtu particulari, non tamen ceſſauit in communi. Veluti, qui maceratione carnis non indigeret, qui eſt finis ieiunij, nõ propterea à ieiunando deobligaretur: Ita, quamuis in caſu ceſſet finis iſte, videlicet, legatum fuiſſe ab vxore, vel precibus, vel dolo à Sempronio ex tortum, nec in præiudicium ſit deſcendentiũ, cũ nõ adſit; lex tamẽ robũr ſuũ retinet.

Dico tandem: ſicuti rem alienam bona fide præſcribens tutus eſt in conſcientia, nec tenetur illam verò domino rurſus reſtituere: vt in ca. vigilant,& in c. fin. de præſcript. & ratio eſt: Quia Principes, vt occurrerent litigijs,& concertationibus, potuerũt pro bono communi ſubditornm bona, eiſdemmet inuitis, in alios traducere: vnde l. 1. ff. de vſucap. dicitur, quod pro bono pacis introducta eſt vſucapio: Ita cum eadem militet ratio in legibus teſtandi, ſeù legandi,& pro bono publico,& communi pacis, vtq; multarum concertationum,& litium abſcinderetur occaſio, Principes, ſeù Reſpublicæ manifeſta lege ſtatuerunt, irrita, ac nulla legata quartam excedentia vxoribus facta,& propterea fatẽdum eſt neceſſariò, poſſe hæredem tuta conſcientia illegitima legata nõ adimplere: Immò legatarium ipſum non poſſe tuta conſcientia illa retinere; vt magis apertè inferius explicabitur. Vide Sotum de iuſtit.& iur. li. 4. quæſt. 5. artic. 3.

Ex his ergò rationibus luce meridiana clarius apparet; Leges ciuiles,& ſtatuta in materia graui (iuſta tamen) obligare in conſcientia ad ſui obſeruationẽ: quod tamen Reuerendus ille negabat in allegatione exhibita, cum haberet pro eius opinione, Mart. Nauar. oppoſitum tenet, ibid, in Manu. confeſs. c. 23. nu. 55.

n.55. & Coronam confeſſ. c.1.reg.3. Vt autem ſciat omnes ferè Theologos, & Canoniſtas docere leges ciuiles in materia graui obligare ad mortale operę pretium eſt libros, & tractatus, in quibus ita ſcripſerunt, allegare. Canoniſtæ omnes in c. 1. de conſtit. vbi Felyn.num.47.idem in capit.Nam concupiſcentiam, eodem tit.num.1.Abb. in proem. decr. in verbo.Rex pacificus.num.4.Tex.eſt in c.2.de maior, & obed.c.qui reſiſt.11.q.3.Gloſ.in cap.Quæ in Eccleſiarum,de conſtit. Archiep. Flor. in 1. par.titu.18. c. vnic.Syluest.in verbo,lex q.9.Tabie.in verbo,lex nu. 24.28.29. Alphon.de Caſt.de pœn.li.1.cap.5.Sot.lib. 1. de iuſt.& iure quæſt.6. art.4.concl. 1. Iſern. & Afflict. in proem.Conſtit.Regni in princip.Idem ſentit gloſ.3. in c.2.de conſtit.lib.6. & Felyn. loco ſupracit. Caiet.& Med.1.2.q.96.art.4.Innoc.Abb.Imol.& alij Canoniſtæ in c. Quia plerique. de immun.Eccl.Ant. de Butr.in cap.venit.de iud. Bald.& Iaſon.in l. cum quis.col.4.C.de iur.& fact. ignor. Alex. conſ.128.n. 16. lib.6. quos refert,& ſequitur Gaſp. Cap. 2. l.Milleloq.266.Nauar.in Nan.cap.23.num.48.Et vide cõplures,quos citat Pet.Cened.in colle.ad ius Canon. 2. par.collect.2.num.2 & 3.Mich.Salon.Tomo 2.in 2. 2. D.Tho.q.77.art.1.controu.7.& 8.Alex.Peſant.in 1. 2. D.Tho.q.108.art.4.diſputat.6.& 2.Fatentur multi quos refert. & ſequitur Couar. in reg. peccatum. de reg.iur.in 6. 2.par.c.7.§.7.num.9.& in §.5.num.2.& 3 vbi probat latiſsimè, legem pęnalem, præter ipſam pœnam,ſemper ad culpam obligare,quandoq; mortalem,quandoque venialem. D.Tho.1.2. q.96.art.4. Item 2.2.q.59.art.4.ad ſecundum,& q.66.art.6. Item 2.2.q.107.art.6.&q.108.art.4.Syluest.in verbo,inobedientia in fine. Graf. par.1.deciſ.aur. c.10. num.1. & c.2.num.48.eiuſdem lib.Card.Tolet.in tract.de ſept. peccat.

peccat. mortal.cap.20.num.6.vbi dicit: Nam ſi leges humanæ, & pœnales preſertim, non obligant ad culpam. multa fient mala contra bonum commune, nec id affirmare eſt Doctoris, ſed Principis, aut alicuius Concilij. Simus ergò in communi ſententia. Hæc ille.

Verum, vt ad propoſitam facti ſpeciem accedamus propius; Legamus, & attendamus, quæ tradit Graſ.p.1.deciſ.aur.lib.2.c.2.n.46.& 47. vbi ſic habet. Ea lex, quæ impedit alicuius rei priuatam acquiſitionem, eiuſdemque dominij tranſlationem in eũ, qui antea nullum ius priuatum ad eam habuit; profectò in conſcientiæ iudicio ſeruanda eſt, nec, hac lege conſtituta, poterit eandem rem retinere; quippè qui nullum dominium, nec ius in eam habeat, lege impediente eiuſdem acquiſitionem. Quæ quidem lex, & ſi pœnalis eſt, nullam requirit hominis executionẽ quoad pœnam ipſam; cum lege ipſa fiat plena, & integra executio. Hinc filius ſpurius, qui à lege humana, eademq; iuſtiſſima incapax iure ipſo conſtituitur paternæ hæreditatis, non poteſt bona poſt obitum patris obtinere in animæ iudicio; non alia ratione, quàm quod lex humana conſtituens, & efficiens aliquem iure ipſo incapacem alicuius rei, eiuſque acquiſitionem impediens, ſiue id ſtatuerit ad pœnam, ſiuè ob aliam cauſam, in foro cõſcientiæ vim, & obligationem habet. Ita Couar. in reg. peccatum 2.p. §.8.num.6. Hæc ille. Ex quibus apertiſsimè deducitur, Sempronij vxorem, nec recipere, nec retinere poſſe tuta conſcientia, quæ ſibi reliquit maritus cõtra formam ſtatuti.

Sed dicet quiſpiam: Statuto cauetur, ne maritus ex ſe, & directè relinquat vxori vltra quartam, non tamẽ dicitur, quod id fieri non poſſit indirectè, & alio

me-

diantè. Reſpondetur id falſum eſſe,& à iure reprobatum,l.oratio.ff.de ſponſ.cum ſex.ff.de fidei,&c. Nauar.de ſenten.excommun.conſ.56.ea nimirum ratione, quia; Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ſibi competere dignoſcatur. per reg.79.in ſexto. At ex ſtatuto priuatus eſt Sempronius iure vxori relinquendi vltra quartã;ergò hoc idem haud poterit in Titium transferre: tum per reg. Nemo dat, quod non habet, tum etiam, Cum quid vna via prohibetur alicui,ad id alia via non debet admitti, per reg. 84. in ſexto,vbi dicit Gloſ. ſi in prohibitione habeatur reſpectus principaliter ad prohibitum, & nõ ad viam,vel ad modum,quo prohibetur;tunc ſufficit prohibitio vna via,vel modo facta, vt in eius fraudẽ alia via,vel modus admitti non debeat; vt in reg. Si autem prohibitio principaliter ſe habet ad viam,vel ad modum, & non ad rem,tunc alia via admitti debet. Vnde alteri Eccleſiæ alligatus Epiſc. nõeligitur ſed poſtulaẽ. Verũ cũ ex ſtatuto principaliter prohibeatur,res linquenda,deduci minimè poteſt,quod ſi Teſtator non poteſt relinquere vxori vltra quartam ex ſe,& immediatè, quod id facere poſſit mediatè, hoc eſt,alium inſtituendo,data fide de reconſignando illud vxori.

Accedit: Quia cum aliquid prohibetur,prohibentur,omnia quæ ſequuntur ex illo,per reg.39.in ſexto, vbi, Dyn. addit: quod Aliquo prohibito omne id prohibetur per quod peruenitur ad illud. Cum ergò Sempronio prohibitum ſit ex ſtatuto legatum vxori facere vltra quartam,prohibitum quoque erit omne id per quod peruenitur ad illud, alias, cum contra legis nitatur voluntatem,in legem ipſam peccare dicendus eſt. per reg. 88. in ſexto.

Nec excuſari poteſt Sempronij vxor dicendo, ꝙ do-

domum, & ſuppellectilia non receperit de manu Sempronij, ſed de manu Titij legatarij. Nam reſpondetur, quod adhuc bonorum ipſorum illa eſt incapax. Couar. cap. 8. §. 5. nume. 3. vſque ad 8. & cap. 6. §. 8. num. 16. Duen. reg. 366. & 367. Nauar. de teſtamẽtis, conſ. 8. Henricus Henriquez in ſumma Theologię moralis lib. 11. cap. 20. num. 5. Imò ob fidem datam peccauit Titius, volens fraudare legem bonam, & propterea tex. in l. Prędonis. ff. de petit. hęred. habet, talem hæredem cenſendum prædonis loco & ita priuari poſſe præfatis bonis.

Accedit eodem quod Nauar. tit. vbi ſup. conſ. 2. diſputando. An hæres teneatur credere confeſſario dicenti, defunctum ſibi impoſuiſſe, vt quatuorcentũ ſcuta eidem ſoluantur ad illa faciendum, quæ ſibi ſecretò commiſerat teſtator; præſertim cum in teſtamento adiecerit, vt hęres illa faciat, quæ confeſſarius ei dixerit pro ſatisfactione obligationum, quibus tenebatur. Reſpondit Nauar. quod cum teſtator videatur tacitum fideicommiſſum in fraudem legis relinquere. l. Lucius, §. fin. ff. de legat. prim. non tenetur hæres ei credere, nec in foro conſcientiæ obligatur ad quatuor illa centum ſcuta ſoluenda: Cum tacitũ fideicommiſſum inſtituerit Sempronius in fraudem legis, non tenebũtur hæredes illud adimplere. Hanc eandem ſententiam tuetur Henr. Henriquez, in ſumma Theologiæ moral. lib. 11. cap. 20. num. 5. vbi ſic habet. Si pater Presbyter ſub pacto taciti fideicommiſſi relinquat amico, tanquam hæredi, ingentem pecuniam, vltra quintum, vt poſt mortẽ ipſius patris teneatur reddere ea bona ſpurio, tam clericus, quam amicus pacto conſentiens peccat mortaliter. Couar. cap. 8. §. 5. num. 8. ver. 3. Perez. lib. 8. pag. 307. Anchar. cap. fin. de eo, qui dixit. Quia in re graui agit in frau-

dem

dem legis nouæ Taur. quæ eſt iuſta, vt fatentur Iuriſperiti, & Theologi, & peccat ſpurius ſi inducat patrẽ, vel amicum, in eam fraudem.

Addit ſecundò: Spiritum in foro conſcientiæ reuera eſſe incapacem, vt ex vi pacti, & paternæ donationis factæ ſub expreſſo, aut tacito fideicommiſſo, accipiat bona illa per interpoſitam perſonam amici. Ita Couar. cap. 8. §. 5. num. 3. vſque ad 8. & cap. 6. §. 8. num. 16. Anton. Gom. Soto. Duen. reg. 366. & 367. Et perinde eſt, ac ſi ea bona immediatè donarentur à patre. Quodque amicus fidem accommodans ſit incapax, tradunt Bern. Diaz pract. canon. c. 58. Ant. Gom. lib. 9. num. 23. & 28. cum Bart. Segur. Idem Trouamalla, verbo, filius, §. 6. & Boſel. §. 6.

Addit tertiò, probabilius eſſe amicum acceptantem tacitum fidei commiſſum in fraudem legis, non poſſe ſibi retinere. Bernard. Diaz pract. canon. c. 58. Greg. lib. 13. tit. 7. par. 6. Ant. Gom. lib. 9. cap. 23. & 28 cum Bart. Segur. Idem Trouamalla, verbo, filius §. 6. Boſel. §. 6. Vide Graſ. parte 1. deciſ. au re. cap. 2. num. 48. 49. 50. 51.

Cum ergò æquè incapax ſit vxor ex ſtatuto, ſicut ſpurius ex l. 9. Taur. & ſpurius tuta conſcientia recipere non poſſit de manu amici, nec retinere præfata bona: ita Sempronij vxor citrà peccati mortalis labem, nec recipere, nec retinere poterit domum, ac ſuppellectilia à Titio legatario, taciti fideicommiſſi complice, tradita; non tenetur tamen ea reſtituere fiſco antequam cognita fraude per ſententiam damnetur, quia ſtatutum pœnale eſt pro foro exteriori.

Quibus ſic ſtantibus, reliquum eſt, vt rationes pro affirmatiua ſententia in principio adductæ diſſoluantur.

Ad primam igitur dicitur: falſum eſſe, quod leges,

& ſtatuta,diuinam, vel naturalem legem non inuoluentia, non obligent in conſcientia, etiam ex ipſius Nauar.ſententia,qui conſ.2. & 8.de teſtam. mutauit ſententiam:immo in Manu.capit.23.num.40. aſſerit transgredientem legem humanam,iuſtam,promulgatam,receptam,nō abrogatam,etiam ſecularem,mortaliter peccare, iuxta Gloſ.receptam in capit.quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. & confirmat.hoc idem in eodem cap.num.48.

Reſpondetur ſecundò,reiectaNauarri opinione. Quod omnis lex, quæ abſolutè fertur, hoc eſt, quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam venialem,vel mortalem,ſecundum pretiū operis. Domin. Soto.lib.1.de iuſtit.& iure.quæſt.6.artic.4.Hoc idem tenet Graff.parte 1.deciſ.aur.libro 2.cap.10. num.12 Idem docet Tolet.in tractat.de ſept. peccat. mortal. titu.20.num.3.& Couar.in reg. peccatum. 2.parte §. 5.num.4.inquit:quod,etſi non neceſſariò tamen plerumque colligi poteſt mens legislatoris,quod tranſgreſſorem velit obligare ad culpam,ex eo quod pœnam infert pro eo, quod alia lege, nec prohibitum eſt,nec præceptum.Quid enim ſi id quod fiat,vel omittatur, non modo eſt ſimpliciter vtile communitati,cuius legis conditor curam gerit:ſed & maximè intereſt ob bonum commune id fieri?tunc à ratione alienum non videtur,legislatorem in hanc coniecturæ ſpeciem intendiſſe,vt ad mortalem culpam tranſgreſſorem obligaret.

Ad ſecundam dicitur: quod ex eo, quod non explicant ſe nolle obligare ad mortale, credendum,ac tenendum eſt,obligare ad mortale (cum tamen res grauis eſt)nam eo ipſo,quod aliquid graue præcipitur, includitur intentio obligandi ad mortale; niſi contrarium exprimatur, vt in Conſtitutionibus Domini-

minicanis, & aliorum Regularium, in quibus explicatur, quod nullo pacto obligant ad mortale. Ita D. Thom. 2.2. quæſt. 186. artic. 9. & Caiet. ibid. Sot. lib. 1. de iuſti. & iur. q. 6. art. 4. Card. Tolet. in tract. de ſept. pecc. mortal. c. 20. num. 3. Graf. par. 1. deciſ. aur. libr. 2. ca. 10. num. 12. & 18.

Ad tertiam dicitur: Et ſi non conſtat præcipientis intentio, quòd, videlicet, obligare intẽdat ad mortale: cum tamen vſus Eccleſiæ, & omnes ferè Doctores Theologi, & Canoniſtæ ſoleant interpretari de obligatione ad mortale tenendum eſt obligare. Cardinalis Tolet. vbi ſup. cap. 19. n. 7.

Reſpondetur ſecundò, quòd quamuis Imperatores gentiles ignorarent quid eſſet culpa mortalis reſpectu legis diuinæ poſitiuæ, quæ data eſt à Deo, nec lumen humanum eam diſtinguit, niſi prius per reuelationem aliquam eidem manifeſtetur; cuiuſmodi fuerunt in veteri teſtamento leges ceremoniales, & iudiciales multæ; in Euangelio autem ſunt præcepta ſacramentorum, & fidei, incognita ſecundum naturam, quæ haud innoteſcunt, niſi per diuinãm manifeſtationem. Card. Toletus in tract. de ſept. pecc. mort. cap. 17. numero 5. Non tamen id ignorabant reſpectu legis diuinæ naturalis, quæ ſic à Deo data eſt homini, quod rationi hominis illam inſculpſit naturaliter; ita vt ratio hominis eam dictet: huiuſmodi ſunt præcepta Decalogi; ita enim Deus ea ordinauit, vt naturale rationis lumen attingat, & cognoſcat talia præcepta eſſe, & eſſe obſeruanda. Vnde infideles, qui nihil audierunt de Euãgelio, nec credunt Chriſto, non peccant peccatum infidelitatis in non credendo; excuſantur enim ob ignorantiam legis diuinæ poſitiuæ; Damnantur nihilominus propter alia peccata, quæ committunt contra ius diui-

num naturale,quod obligantur obſeruare.Lex enim naturalis nunquã ignoratur inuincibiliter, ſed craſſè. Sylueſt.in verbo,Præceptum. §.7. Card.Toletus vbi ſupra, c. 18. num.7.& 8. Et contra hanc legem diuinam naturalem peccabant Imperatores gentiles, ſcientes quid nomine culpæ mortalis intelligeretur. Tolet.vbi ſupra.

Sed eſto,quod forſan nec meminerint,nec aduerterint quædam de intentione mortalis, vel venialis culpæ, ſed ſolum intenderent velle obligare;nihilominus dicendum eſt obligare ad mortale. Quanta autem ſit obligatio relinquitur, grauitati materiæ. Tolet.vbi ſupra c.20. num.3.

Ad quartam. Reſpondetur primò, negando talem vſum, & conſuetudinem ab Eccleſia, eiuſuè miniſtris tanquam rationabilem, & culpæ mortalis expertem tolerari: quin potius Confeſſarij ſcientia, conſcientia, ac pietate inſigniti, hanc eandem pœnitentibus deteſtantur.

Reſpondetur ſecundò, peccandi conſuetudinem non excuſare à peccato. D. Thom.2.2. q.186. art.9. & Caiet. Nauar.man.c.23. num.42. ibi; & præcipuè quoad forum interius, vbi ſola veritas conſideratur. c. Tua. de ſponſ. Ea propter timoratæ conſcientiæ viri Doctores Theologos,& Canoniſtas conſulunt, qua ratione in conſimilibus ſe gerere debeãt. Confeſſarium ergo conſulere tenebatur Sempronius,an id tuta conſcientia agere poſſet.

Ad quintam, & ſextam, Reſpondetur falſum eſſe, quod lex ciuilis, ſiuè ſtatutum iuſtum, & pro bono communi factum,dicatur repugnare iuri naturæ,ſed ipſum Ius interpretatur, & moderatur; quia lex naturæ non cogit ſeruare fidem contra ius ciuile.Graſ. par.1. deciſ.aur. lib.2. cap.11. num.48. Et propterea

iure optimo aſſeruit Panorm. in c. Quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Conſtitutionem Principis, ſiuè Reipublicæ ex rationabili cauſa factam, contra aliquid, quod eſt de iure gentium, vel de iure naturali, tenere, & illam obſeruantem non peccare. Videmus ſiquidem per præſcriptionem, inductam à iure poſitiuo, priuari dominum proprio rei ſuæ iure; ſicut propter delictum confiſcantur tuta conſcientia bona alicuius, vt cap. vergentis, de hæret. &c. quorundam. de Iudæis, vbi Summus Pontifex inducit ſeruitutem contra libertatem, quæ eſt de iure naturali. Quare, cum ſtatutum prohibens ne maritus vxori relinquat vltra quartam, iuſtum ſit, & in bonum cõmune ordinatum; fatendum eſt illud iuris naturæ eſſe interpretatiuum: cum & natura ipſa pro communi bono conſeruando, particulare aliquando relinquat, & deſtruat. Et quamuis de intentione, conſenſu, & defuncti voluntate plenè conſtet; non tamen ita conſtat, vt ad rerum ſuarum alienationem ſit ſatis: quemadmodum de pupillo diximus; quod, & ſi conſtet voluntatem ſuam eſſe; vendere ſeu amico donare; hæc tamen alienatio non eſt licita; quia lex huiuſmodi naturalem conſenſum eſt interpretata, & moderata; non valere ad alienandum ſua, niſi concurrente tutoris voluntate. Vtrumque enim factum eſt, non modo in alienantium fauorem, ſed multò magis in publicum commodum; quod eſt iuſta cauſa ad ſtatuendum in præiudicium cuiuſcunq; priuati, l. Item ſi verberatum, ff. de rei vendic. Et notatur in l. Anthiocenſium, ff. de priuileg. cred. Et propterea quantumcunque cõſtet de voluntate defuncti, & ſit dominus ſuæ voluntatis, & facultatum, quando non conſtat modo à lege præſcripto, vt in caſu, non eſt eius intentio, & voluntas exequenda.

Neque obſtat quod Titius teneatur accommodatam ſeruare fidem: tùm quia in malis promiſſis reſcindẽda eſt fides. 22. quæſt. 4. can. 5. tum quia promiſſio, & iuramentum contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium. per reg. 58. in 6. vbi gloſ. ſubdit. Iuramentum contra bonos mores in teſtamento eſt nullum, ſicuti turpe pactum, etiam quod agatur de moribus à iure ciuili reprobatis (Philip. ibidem) cuiuſmodi fuit pactum à Titio cum Sempronio initum.

Ad ſeptimam dictum eſt ſuperius, quod quamuis ceſſet finis legis, vel ſtatuti in aliquo particulari; non propterea ceſſat vis, & robur eius, ſed requiritur, vt ratio, quæ mouit Principem, ſeu Rempub. ad faciendum ſtatutum, ceſſet in toto genere; ideſt, acta, & exemplo; & vt ceſſet cauſa impulſiua, efficiens, & finalis.

Ad octauam conceditur teſtatoris diſpoſitionem pro lege habendam: vt in Auten. de nùpt. §. Diſponat teſtator, & erit lex &c. cum eſſet de teſtam. Id autem verum eſſe intelligitur, cum eiuſdem diſpoſitio iuſta eſt; vt ibidem habetur: & fallit quando eſt contra legem. l. filius. §. de condic. inſtit. Nauar. lib. 3. conſil. 3. de teſtam. Cum autem Sempronij diſpoſitio in vxorem medio Titij facta, ſit contra ſtatutum, non erit pro lege habenda.

Ad nonam negatur, quod nulla in caſu interuenerit falſitas: nam facta fuit fraus ſtatuto iuſto, & in conſcientia (vt repetitum eſt centies) obliganti. Siquidem promiſſum, & iuratum fuit, quod ſeruari nec potuit, nec debuit: quia nullum iuramentũ contra iuſtitiam factum eſt ſeruandum. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. pro quo habetur caſus in cap. Animaduertendum. 21. q. 2. vbi dicitur: Vt licitum ſit iura-

mentum

mentum requiritur, vt iuſtitiam contineat,& quod promiſſum eſt, licitè poſsit ſine peccato ſeruari. c. quamuis peccatum. de pact. in ſexto.

Ad decimam reſpondetur. Vltimam hominis voluntatem modis omnibus ſeruandam, vbi rationabilis exiſtat. Ita gloſ. ibidem. Cum ergo Sempronij voluntas nec iuſta, nec rationabilis extiterit, ſeruari nullo pacto debet. Et propterea exiſtimo eiuſdem vxorem non poſſe tuta conſcientia retinere domum, & ſuppellectilia, Titio mediante, ſibi relicta quartam excedentia, vbi fraude cognita per Iudicem in illam fuerit pronunciata ſententia. Salua quæ iuſtior fuerit &c.

CONSILIVM TERTIVM.

Illumina Domine oculos meos ne vnquam obdormiam. Pſal. 12.

TITIVS mercator, cum eſſet debitor Sempronij occaſione mercimonij aureorum octocentum, & ad ſolutionem debiti cogeretur, vt ſe ab ea eximeret moleſtia, conſtituit cenſum ſuper fundo ſuo, qui erat vltimum pignus ſui patrimonij, quem creditori vendidit pretio aureorum biſmille in inſtrumento dictum fuit integrum pretium fuiſſe in pecunia numerata, licet reuera mille ducentum nummi aurei tantummodo fuerint numerati, & octocentum chirographo debiti, fuerint compenſati, ſeu dati inſolutum debitori: quod per teſtes in iuditio fuiſſe plenè probatum ſupponitur, &

inter partes cōtrahentes expreſsè conuentum, nolle aliter contrahere quam iuxtà Pij V. Conſtitutionem, quæ dat formam conſtituendi cenſum, cum aliter &c. ad eam omnino ſe referentes: data eſt vlterius in contractu fideiuſsio de ſoluendo cenſu, & pro fundi manutentione.

Quæritur an is contractus quoad omnia, aut ſaltem pro ea parte, qua fuit numeratum pretium in vtroque foro ſubſiſtat, an vero ſit totus fœneraticius ex quo integrum pretium non fuerit vere in pecunia numeratum, & conſequenter totus corruat, & cenſus ſoluti ſint in ſortem computandi, fideiuſsioq; pariter ruat, corruente principali vſuræ vitio. Conſtitutionis verba ſunt huiuſmodi, quæ conditionē eſſentialem important. Rurſum (ſuple quod ſupra in alijs dixerat conditionibus) ſtatuimus cenſum creari conſtituiuè nullo modo poſſe, niſi &c. Rurſum niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio, & infra additur contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneraticios iudicamus. Supponitur præterea conſtitutionem hanc eſſe omninò vſu receptam in ea Prouincia, etiam quoad vtrumq; forum, & inter laicos ad vnguemque omnino ſeruari, 2. contractum eſſe celebratum poſt hanc conſtitutionem, 3. Vnicum eſſe contractum, & ſub vna forma, re, pretio, & obligatione compactum, & propterea eſſe indiuiduum ex ſua ſubſtantia. Vltimo plenè eſſe probatum pecuniam integrè non fuiſſe numeratam, ſed fictè fuiſſe poſitum in menſa aceruum innumeratæ pecuniæ, fuiſſeque dictum Notario, & teſtibus eſſe totum, & integrum cenſus pretium, ſcilicet aureorum bis mille, & verè ſummam

mam illam pecuniæ non fuiſſe vltrà aur. nummos mille ducentum, reliquum vero pretij fuiſſe illud chirographum, & compenſationem, & nominis ſui debiti, quod erga emptorem habebat, quodq; in ſolutum ipſe recepit.

Si fœneraticius contractus iudicabitur, dicatur vlterius, an quoad eam partem ſolum vitietur, qua non eſt numerata pecunia, an vero quoad totum, non obſtante doctrina Feliciani a ſole, qui in ſuo tract. de cenſib. tom.2. lib.1. c.4. nu.6. ex regula vtile per inutile non vitiatur, firmat concluſionem, etiam in materia vſurariæ prauitatis, & in ſimili caſu, etiam poſt Bullam Pij Quinti, & in materia Sacrorum Canonum, contractum pro parte valere, pro parte vitiari, quam etiam videtur tenere Salaſ. de contract. tit. de cenſib. dub.8. ſub nu. 3. §. an vero, cum e contra in materia vſurarum, & vbi forma non ſeruatur integrè totus corruat contractus, qui ea ratione indiuiduus reputatur.

Attenta ſerie facti, prout in caſu videtur dicendum, contractum non eſſe fœneraticium, ſed iuſtum, & legitimum, ſupponendo tamen quod debitum ſit verum iuſtè, & legitimè contractū, quodque in Conſtitutione cenſus nulla vis, dolus, aut fraus intercefferit, etiam quod illa octocētum ſcuta non fuerint præſentialiter coràm Notario, & teſtibus actu numerata: quia Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia quando veritas eſt in contrarium cap. Is qui, & cap. Tua. de ſponſ. Nauar. in Man. Conf. c.17. nu.301. At Conſtitutio Apoſtolica præcipiens totum prætium exhiberi in pecunia numerata, hoc ſolum intendit, nimirum occludere viam dolis, & fraudibus. &c.

Non redolet vſurariam prauitatem, quia non augetur

getur debitum ob moroſam ſolutionem, nec aliquid exigitur vltra ſortem, ſed verum iuſtumque debitum confertur in præcium.

Nec continet iniuſtitiam, quia debitum eſt verum, & iuſtè contractum, & realiter datur iuſtum prætium.

Neque ſolutio anticipata facit vt ſapiat vſuram, niſi quando eſt in cauſa, quod venditor compellatur ad venditionem, vel quod vilius vendat: hiſque rationibus ductus ſentio contractum eſſe iuſtum, & nullo pacto damnandum, ſed tamquam legitimum ſuſtinendum.

Verum cum à viro fide digno acceperim, octocentum ſcuta nequaquam fuiſſe in pecunia numerata exburſata, ſed fuiſſe qnoddam collarium aureum datum venditori cenſus, loco, & ſcontro octocentum aureorum, hinc præſumenda fraus, & dolus quoniam in vēditione ipſius collarij prout fuit dictum ipſe venditor cenſus, multum perdidit de præcio, & propterea exiſtimo hunc contractum iniuſtum, & ita nullum in vtroque foro. Molina de contractibus diſp. 390. Salonius tom. 2. de contractibus vbi de cenſibus art. 3. contr. 8. Nauar. comment. de Vſuris nu. 88. 121. Bonac. de contractibus q. 4. puncto vnico nu. 21. Farin. deciſ. Rotæ deciſ. 132. 189. 190. & ita fuit deciſum in Sacra Congregatione Penitentiariæ Mediolani die 16. Nouembris 1621.

CON-

CONSILIVM QVARTVM.

Oculi mei ſemper ad Dominum. Pſal. 24.

SEmpronio Mediolani mercaturam auri, argenti, & ſerici filati exercenti, Titius dedit ad ſocietatem duodecim mille libras Imperiales cum aſſecuratione capitalis, & lucri inde prouenientis, interueniente triplici illo contractu, de quo plurimi Doctores. Ex qua negotiatione, cum ex teſtimonio peritorũ proueniant ſingulis annis duodecim pro centenario, ex dicto autem ipſius Sempronij proueniant quatuordecim, conuenerunt inter ſe (vt conſtat Inſtrumento ſuperinde confecto) vt Titio quotannis ſeptem pro centenario darentur, ipſi autem Sempronio duo remanrent pro aſſecuratione capitalis (quæ quidem duo tantum dari ſolere ijdem periti teſtati ſunt) reſiduum autem remaneret eidem Sempronio, pro aſſecuratione lucri, & pro eius labore, & induſtria.

Quæritur igitur, An hic contractus licitus ſit, & iuſtus, & an in perceptione ſeptem pro centenario ſit aliquis exceſſus.

Certum eſt apud Theologos licite iniri poſſe ſocietatem vt pecunia ſalua ſit ei, qui illam appoſuit, & totum eius periculum ſubeat ille qui ponit operam, vel induſtriam. Idque fieri poſſe eodem tempore per vnum contractum virtute continẽtem duos vel tres, nempe contractum ſocietatis, contractum aſſecurationis ſortis; aut etiam, contractum venditionis lucri expectati pro certo prætio. Reginaldus par. 2. lib. 25. nu. 396. Praxis fori pœniten-

tentialis poſt Maiorem, Nauar. Coaruuiam, Petrum à Nauarro, Angelū, Syluest. Gabrielem, Leſſium, & Gregorium de Valentia, aſſerentem difficultate hac Romę in nobili Theologorum conſeſſu agitata in hanc omnes iuiſſe ſententiam.

Nec obeſſe poteſt ſi dicatur in contractu iſto nō ſeruari equalitatem ſiquidem Sempronio aſſecuranti, & capitale & lucrum remanent quinque tantum ſolutis Titio ſingulo anno ſeptem pro quolibet centenario, nam

Reſpondetur quod in contractu ſocietatis diuidendum eſt lucrum ad equalitatem proportionis, ideſt pro quantitate partium collatarum, videlicet pecuniæ operarum, & induſtriæ, ita Caet. Syl. Nauar. Coaruuias, Molin. & alij omnes, ratio eſt quoniam equalitas quæ in contractu ſocietatis requiritur non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem aliquando maiorem, aliquando minorem quod relinquitur prudenti iudicādum ex concurrentibus circumſtantijs, & ita quando arbitrio prudentis continget egredi totam latitudinem, equalitatis quam iuſtitia exigit, contractus cenſendus eſt iniuſtus, & inducens obligationem reſtituēdi, quantum eſt opus, vt is ad equalitatem reducatur, Reginaldus vbi ſupra ſub num. 387. Ludouicus Mol. de contractibus, diſput. 415. nu. 3. Et ad hoc propoſitum exemplum adfert Caet. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. in reſponſione ad quintum. Ponat vnus mille ducatos, alter operas extimatas mille item ducatis, & tertius induſtriam extimatam quingentis, ita vt communis ſumma ſit duorum millium, & quingentorum ducatorum. Dum fiet diuiſio, ſiue lucri, ſiue damni ex ſocietate ſecuti primus, & ſecundus parem, portionem accipient, & tertius partem medio

dio minorem alioquin erit inequalitas: Quamuis ergo Titius expoſuerit capitale duorum mille aureorum per Sempronium aſſecuratum, & eandem, vel maiorem recipiat Titius partem lucri, credendum tamen, & præſuponendum eſt id euenire, eo quod labor, & induſtria Sempronij non commenſuretur, & proportionetur capitali Titij; tum quia Sempronius erat vir prudens, & prouidus in arte negotiandi, nec contractum ſibi damnoſum inijſſet, tum etiam quoniam eadem via, & ratione, qua multa alia negotia actitabat, & exercebat, illa eadem pecunias Sempronij negotiabatur.

Addo quod ſi quis ex liberalitate pati velit inequalitatem ſiue quia ſocius ſanguine, aut amicitia ei coniunctus eſt: Siuè quia vult remunerare obſequia ſibi exhibita: ſiuè quia vult eleemoſinam facere, nulla iniuſtitia committitur quia volenti, & plena libertate conſentienti nulla fit iniuria, & ita nulla iniquitas cenſetur in tali contractu. Molina de contractibus diſput. 415. nu. 3. Reginaldus vbi ſupra nu. 387. Quis prohibet ergo quin Sempronius vno ex ſupra dictis titulis ductus voluerit remittere, & donare Titio partem lucri ſibi debiti etiā quod eius labor, & induſtria eſſet equalis capitali per Titium expoſito, quod tamen vſque modo non conſtat, tum quia merces nō erant per mare (vbi maius periculum) traijciendæ, tum quia in facto non videtur vero ſimile, ꝙ induſtria vnius ſolius hominis poſsit commēſurari capitali duorum mille aureorū.

Adde ex eodem Molina de contractibus, diſput. 417. n. 7. & 8. concl. 1. Si quis operas præſtiturus dicat, da mihi tantum pecuniæ ad talem negotiationem, & ego in me ſuſcipiam periculum capitalis, & inſuper tibi dabo quotannis tantum lucri certi, mihique

hiqüe reliquum lucri relinque. Et hæc omnia ſolent magis optare mercatores, qui ſimiles pecunias ad negotiandum accipiunt, vtilioraque ipſis eſſe ſolēt quam ſi ad ſolum contractū ſocietatis eis tradantur, hic inquam contractus iuſtus eſt & licitus, ita Molina ad litteram. Adde lucrum ex hac negotiatione proueniens, teſte Sempronio cū ſit quatuordecim pro ſingulo centenario, ſeptem erunt pro Titio, & alia ſeptem pro Sempronio.

Neque contractui noſtro aduerſatur Bulla Sixti Quinti, quæ incipit Deteſtabilis, &c. in qua, damnat ſocietatem initam cum pacto de ſaluo capitali, intelligenda enim eſt cum tale pactum fit ex vi ipſius ſocietatis, non autem cum fit ex vi alterius cōtractus ei admixti, vt Toletus qui ei a conſilijs erat, Reſpondiſſe fertur, & ratio eſſe poteſt, quia per hoc non tollitur ratio, & iuſtitia licitæ ſocietatis; per illud autem tollitur: eſt enim manifeſtè iniuſtitia, ſi quis eo ſolo nomine quod in ſocietatem tradat alteri pecuniam, velit vt ſe faciat de ea ſecurū, namque ex vi ſolius ſocietatis ad nihil aliud ſocij tenentur ex iuſtitia, quam ad iuſtam diſtributionē damni, & lucri periculo ſortis vniuſcuiuſque remanente apud vnumquemque, immo vt Caet. notat loco prēcitato ex vi ſolius ſocietatis ſocius non poteſt alium ſocium cogere ad ineundum ſecum aſſecurationis contractum, quia id onus eſt, quo ipſe grauari non poteſt, niſi vltro ſuaque ſponte velit illud ſubire: Reginaldus loco memorato ſub n. 400. Leſsius de iuſtitia, & iure, lib. 2. cap. 25. dub. 3. de contractu ſocietatis, Mart. Bonacina de contractibus q. 3. puncto 11. Nauar. conſil. 20. de vſuris.

His igitur attentis dico, & exiſtimo contractum per Titium, & Sempronium initum nullum conti-

ne-

nere exceſſum, poſſeq; Titium iuſtè exigere, recipere, & retinere illa ſeptem pro centenario non obſtante aſſecuratione capitalis, & lucri per Sempronium facta.

CONSILIVM QVINTVM.

Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit. Pſalm. 10.

TITIVS decoxit in longinqua quadam regione, ideo admonet Sempronium ſuũ creditorem ſecreto de infortunio,& trãſmittit illi Notulam quandam debitorũ, vt procuret exigere credita ſibi debita, vt ſe ſeruet in demnem.

Sempronius hoc audito conuenit ſtatim debitores Titij,& in ſpetie Petrum, qui illi promittit certo ſe omnia facturum vt illum ſeruet indemnẽ quoad id, quod Titius illi debebat, ſeq; illi ſoluturum, vel ſe debitorem illius conſtituere ſi id tuta conſcientia facere poſſet, Sempronius acceptat promiſsionem.

Sequenti die comparent alij Titij creditores,qui etiã medio Iudicis ſequeſtrant omnia Titij in manibus Petri exiſtentia.

Sed antequam Sempronius adiuiſſet Petrum, Antonius nomine alterius creditoris prçuenerat Petrum, ab illo petens, an ipſe eſſet debitor Titij, cui cum reſpondiſſet Petrus ſe nihil debere Titio, ſtatim nulla alia adhibita diligentia diſceſsit, volens forte Petrus magis gratificari alteri creditori ſibi

ſibi amico, quod poſtea præſtitit, promittendo Sempronio, vt ſupradictum eſt.

Quæritur primò, an Petrus tuta conſcientia poſſit ſoluere debitum promiſſum Sempronio vero creditori non obſtante ſequeſtro, quod poſtea ſequutum eſt, illi inthimatum à creditore forte etiam anteriore ipſimet Sempronio ipſo ſequeſtrāte poſthabito.

Secundò, an ſub illa hora, qua promiſit prædicta Sempronio Petrus poſſet ſe inſcribere creditorē Titij, & debitorem Sempronij, & ſic reſpondere Iudici ſequeſtranti ſe nihil debere Titio, & hoc etiam adhibito iuramento.

Tertiò, an Petrus poſsit ſoluere prædictum debitum Sempronio poſthabito Antonio, qui vt ſupradictum eſt prior illum adierat.

Ad primum ſuppono tanquam certum, vt mihi narratum eſt creditores iſtos prætendētes eſſe eiuſdem, & paris conditionis, & perſonales, nec habere hyppothecam, vel priuilegium prælationis, niſi ratione temporis anteriores, vel poſteriores; nam licet qui ſequeſtrauit dicat ſe titulo depoſiti eſſe Titij creditorem, fecit tamen depoſitum illud ad negotiandum, & vſuras ex illo recipiendum, in quo caſu aiunt Nauar. in Man. ca. 17. nu. 51. & l. ſi hominum §. fin. ff. Depoſit.; & l. ſi ventri. ff. de priuil. creditor., Valentia 2. 2. diſp. 5. q 6. puncto 10. verſic. 6. ex debitis, Ludouicus Molina tom. 2. de Contract. tract. 2. diſput. 536. & alij non gaudere huiuſmodi depoſitum priuilegio prelationis, eſſeque potius mutuum quam depoſitū. Hoc ſuppoſito,

Dico potuiſſe Petrum tuta conſcientia promittere Sempronio ſe illi ſoluturum debitum, quod Titio debebat, & tunc potuiſſe de facto illi ſoluere, & poſi-

& poſita promiſsione, & Sempronij acceptatione teneri Petrum in conſcientia ſeruare promiſſum, non obſtante ſequeſtro, quod poſtea ſuperuenit, immo tunc contractum initum eſſe inter Petrum, & Sempronium per quem Petrus ſe obligauit Sempronio, nam licet contractus fuerit conditionatus, nempè ſi id tuta conſcientia fieri potuerit, purificata nunc conditione, & ſciens nunc ſe tuta conſcientia facere potuiſſe, obligatio incipit ab ipſomet tempore promiſsionis, & tunc ſe conſtituit debitorem Sempronij mutata perſona Titij primi creditoris in perſonā Sempronij, & hoc vt dixi non obſtante ſequeſtro creditoris, etiam in tempore anterioris.

Ratio huius eſt, quia licet ordo reſtitutionis verè obliget in conſcientia, cum ſtatuatur à legibus, & habeat fundamentum in natura, & qui hyppotecam habent, vel priuilegium præferri debeant alijs non habentibus, & inter creditores non habentes priuilegium, vel hypotecam, qui prior eſt tempore potior ſit in iure iuxta ſentētiam multorū Doctorum, vel iuxta alios Doctores credita decocti debeant ad ratam diuidi inter huiuſmodi creditores, nulla habita ratione anterioritatis in tempore.

Tamen eædemmet leges concedunt vt inter huiuſmodi creditores, qui eſt diligentior in petendo ſuo credito antequam ſub Iudicis veniat poteſtate poſſet illud exigere, & totum ſibi retinere etiam in aliorum creditorum anteriorum præiudicium, vt expreſsè habetur. l. qui autem, §. quod Labeonem, & §. Sciendum, & l. Pupillus ff, quæ in fraudem creditorum, & alijs iuribus quæ ibi citant Gloſæ, quæ leges id optimè ſtatuerunt, cum enim reuera id iam ſibi eſſet debitum, ſuaque diligentia, & vigilantia

meruerit alijs præferri accedente etiam affectione Titij, & Petri debitorum potius erga ipſum, quam erga alios, voluit ius concedere actionem reſciſſoriam, aut reuocatoriam eius, quod ita eſſet acceptum, quemadmodum eam conceſsit, quando ſcienter factus eſt de nouo contractus oneroſus in fraudem creditorum. Nauar. Man. cap. 17. nu. 52.

Quod in foro conſcientiæ etiam omnino valet quia lex iſta non eſt cenſenda iniuſta, quæ ita diſponit volens hoc modo premio afficere diligentiorem creditorem, & eum cui magis creditor gratificari ſcilicet voluerit, & quia leges quæ præſcribunt ordinem reſtitutionis leges humanæ ſcilicet, & vim habent ex iure humano, & poſitiuo, limitari poſſunt per alia iura, vt in Caſu noſtro.

Hæc omnia in terminis Ludouicus Molina, tit. 2. de contract. tract. 2. diſp. 536. verſic. hoc loco eſt obſeruandum.

Eandem rationem affert Leon. Leſs. l. 2. c. 15. de ordine reſtitutionis dub. 5. nu. 36. quia diligentia poſterioris fecit eum potiorem, ſicut hypoteca, vel priuilegium, vnde ait, ſequitur, creditorem poſſe petere integrum debitum, quando tenet debitorem non fore omnibus ſoluendo, & retinere vbi acceperit.

Hoc idem aſſerunt Hoſtienſ. Monal. & Veruuc. apud Viguer. V. reſtit. 7. quæſt. 8. quos ipſe refert, & ſequitur Nauar. in Man. c. 17. nu. 52. in terminis eoſdem citant DD. Valentia 2. 2. diſp. 5. q. 6. punct. 10. Azor. Inſt. Mor. p. 3. l. 4. cap. 36. q. 6. Coſmus Stella in 2. 2. D. Th. q. 62. dub. vlt. de ordine reſtitut. dicto 5. & hæc ſentẽtia reddit tutum in conſciẽtia Petrum, cum non ſolum habeat optimum fundamentum, ſed tot egregios DD. pro ſe, nec vllus

con-

contradicat. Nam licet aliqui DD. ponentes ordinem reſtitutionis in genere dicant obligare in conſcientia, tamen non deſcendunt ad hunc punctum, nec huic doctrinæ contradicunt.

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis ad primum dubium, nam cum Petrus potuerit promittere, potuit etiam eodem modo, ac momento, & hora, qua promiſit ſeruare promiſſum, quod non præſtitit donec fuerit certioratus de ſecuritate conſcientiæ, & tunc præſtitiſſet, ſi tunc id ſciuiſſet. Conſtituit ergo ex tunc ſe Sempronij debitorem, & deinde cum fuerit interrogatus à Iudice tuta conſcientia reſpondere potuit ſe nihil debere Titio, ex quo cum nunc ſciat, ſe tunc potuiſſe tuta conſcientia ea facere, optimè poteſt ſe tunc inſcribere in libro rationum Sempronij debitorem; Nam verba quæ Petrus ſe obligando dixit. *Io farò tutto quello, che potrò fare con conſcienza*, in hæc reſſoluuntur. Si nunc me poſſum tuum facere debitorem, ex nunc facio, & pono te loco Titij creditoris mei, modo mihi conſtet poſſe me id facere tuta conſcientia, liber ergo erit à periurio, & à quauis obligatione reſtituendi Petrus, ſi vt ſupra iurauerit, & debitum Sempronio ſoluerit; nec Petrus etiam poſito ſequeſtro potuit ſibi timere in foro exteriori, cum nulla concedatur à Iure actio cæteris creditoribus repetendi quod fuerit ſolutum, vel promiſſum modo ſupra dicto ante ſequeſtrum, tunc enim eſt virtualiter debitum ſolutum.

Ad tertium, Reſpondetur poſſe Petrum tuta cõſcientia ſoluere integrum debitum Sempronio, omiſſo Antonio, qui nomine alterius creditoris, prior illum adierat, inquirens, an ipſe eſſet debitot Titij, cui ipſe reſpondit ſe nihil debere Titio,

Ratio huius eſt, quia licet concedatur creditori prius accedenti, vt poſsit exigere creditum ſibi debitum, & exactum retinere, & negetur actio repetendi alijs creditoribus, non tamen præcipitur debitori, vt prius illud ſoluat prius accedenti, ſed poteſt illud ſoluere alteri, qui habebat ius illud exigendi, vel expectare iudicis ſententiam, vel etiam ad ratam omnibus credentibus illud diuidere, vel anteriori in tempore ſoluere.

Secundò, diligentia creditoris non tãtum conſiſtit in temporis prioritate, quod ipſe prius acceſſerit, nihilque præterea geſſerit audita Petri reſponſione, cum præſertim Petrus non teneretur ſe manifeſtare debitorem Titij, nec teneretur credere Antonium, qui præuenit eſſe verè illius creditorẽ, ſed in multis alijs circumſtantijs: nam primo voluiſſent Titius, & Petrus gratificari Sempronio, qui ob diuturnitatem temporis, quo negotiatus eſt cũ Titio, & ob multa merita illius id merebatur, ſciebat intercedere negotia inter Titium, & Sempronium, quod non ſciebat de Antonio; Præterea Antonius audito reſponſo nihil aliud pręſtitit, Sempronius inſtitit., diligens fuit in elicienda promiſſione, adhibuit media, oſtendit Petro enixam Titij voluntatem ex literis, & notula debitorum.

Accedit vltimo ad tollendum omne dubium, quod Sempronius eſt anterior in tempore ipſi Antonio.

Tandem ſic fuit deciſum in Prætorio Rotæ Romanæ vt teſtatur Proſper Farinacius deciſione 110. voluminis deciſionum quæ numero ſunt 372.

Et hæc vera eſſe in foro conſcientiæ cenſeo, poſſeque ſupradictis non obſtantibus Petrum ſoluere

inte-

integrum debitum tuta conſcientia Sempronio Saluo &c.

CONSILIVM SEXTVM.

VEronica, & filij, quorum duo erant minores 25. annis, cum diſpenſatione Senatus per iuſtrumẽtum vendiderunt Procuratori Gabriellis, quędam bona immobilia, pretio ducat. 18. pro pertica, quod aſcendit ad ſummam ducat. 13509.

Ex quibus ſoluti fuerunt præſentialiter ſolummodo ducatoni quinquaginta. Pro alijs verò ducatonis quinque mille venditores dilationem emptori ſtatuerunt inde ad annum. Et pro reſtantibus ducat. 8459. inde ad annos vndecim.

Hac dilatione durante, venditores nullo reſeruato *a* dominio nec iure fructuum, ſed immo eo cum effectu, ac ex integro tranſlato, pacti ſunt, vt emptor ſoluat intereſſe pro parte non ſoluta in rationem quinque pro centenario capitalis dicti pretij in duobus terminis ſingulo anno.

a Facit deciſio Romana quam refert, & ſequitur Antonuc. in ſua Cathech. Beato Carolo dedicata cap. 21. vſq; ad cap. 32. Vgolin. de vſur. §. 1. cap. 39. num. 1. verſ. quid igitur. Summ. Coron. confeſſ. tit. de empt. & vendit. Corrad. caſ. conſc. quæſt. 32. Reuer. Beia. caſ. 19.

Alio etiam pacto adiecto, quod emptor eos reuelet, & indemnes ſeruet ab omnibus melioramentis, expenſis, & damnis, quæ eorum fictabilis ab eis prætendere poſſet, itaut ipſi venditores nihil pati haberent occaſione præmiſſorum, & ab alijs præ-

tenſionibus, ſaluo à ſolutione onerum Cameraliũ ſuper ipſis bonis occurſorum, & impoſitorum à die celebrati dicti contractus retrò, pro quibus voluerunt teneri, & obligatos eſſe ad releuandum ipſum emptorem.

Vlterius in narratiuis dicti inſtrumenti, ac in diſpenſatione memorata Senatus, leguntur etiam infraſcripta per ipſos venditores enuntiata, vz.

§. Bona vero nunc locata *b* ſunt pro ficto l. 4. *ſ.* 5. d. pro pertica, & vellent ipſi mater, & filij debita trium dotium ſororum ſanare, & ſe eximere à ſolutione fictorum, ſeu intereſſe. Si vero vendant tantum bona pro concurrenti quantitate debitorũ iam contractorum, omnes eligunt meliorem *c* partem bonorum, quod ſupplicantibus non expedit. Reperuerunt autem vnum emptorem, qui contentatur ipſa bona cũ edificijs, & iuribus etiam aquarum in pertica acquirere, ideo decreuerunt pro eorum etiam maiori beneficio *d* dicta bona eidem vendere dicto pretio: Exburſando de præſenti in ſumma ducat. trium mille, conuertendorum in ſanandis dictis tribus dotibus, & alijs debitis, ac ſuccurrendo eorum neceſsitatibus, & reliquum relinquere in manibus dicti emptoris, & interim, ne emptor gaudeat re, & pretio quod ſoluat loco fructuũ, ſeu fictorum partis non ſolutæ, prout magis concordes eſſe poterunt. *e*

b *Venditores fatentur bona locata niſi pro ficto lib* 4. *ſol.* 5. *d. computatis oneribus, & periculis, ac alijs de quibus ſupra. & nihilominus conuenerunt de intereſſe ad rationem quinque pro centenario; quod importat lib.* 5. *ſol.* 2. *d.* 6. *pro ſingula pertica, ſine oneribus, & vt ſupra.*

c *Pretium meliorum erat eorundem ducat.* 18. *pro pertica, & tamen omnia, & vniuerſa bona vendiderunt eodem, &*

equali

equali pretio, contemplatione dilationis, & ſic duplicem vſuram conſequuti fuere, ſiẑ in pretio cariori, quia bona ipſa non erant eiuſdem bonitatis, & in pēſione, quia non fuit commenſurata vero valori bonorum, nec quantitati fructuū locatorum, ſed ſtippulata vltra ſortem. Lupp. Gemin. in rep. l. curabit comm. 1. § 7. num. 145.

d Ergo pro ſuis gerendis negotijs, & non ad inſtan. alicuius amici, vt conſiderauit ipſa deciſio Romana.

e Detegitur venditores noluiſſe metiri intereſſe ad fructus locatos; ſed ſolum ad pecunias, & ad tempus.

Hæc ſunt quæ reſultant ex facto.

VErum quod obſtare videtur eſt potiſsimum, quia in præſenti Ciuitate Mediolani, *f* vt plurimum conſueuerint celebrari ſimiles cōtractus vēditionum cum tranſlatione dominij, habita fide de pretio, & taxato intereſſe à principio loco fructuum in rationem quinque pro centenario.

f Ex ſtatutis Mediolani, non poſſunt allegari aliquæ conſuetudines contra iura ſcripta, & ex binis deciſionibus Sacræ Curiæ Romanæ ſancitum eſt pacta vſuraria, & illicita nō adiuuari aliqua conſuetudine etiam ſi in foro alias corroborata per reſcripta Pontificis dici poſſent, vt per Farinacium conſ. crimin. 15. in fin.

Contractus eſt vſurarius; tum quia vult extorquère penſionem, & fructus, ex re non ſua eum in ipſum emptorem fuerit trāslatum dominium etiam quò ad fructus: tum quia ratione temporis, & ſolius dilationis ad ſoluendum capitale prętendit interuſurium: tum quia ſubiacere non vult oneribus & periculis; tum denique, quia bona ipſa locantur ſolum ad rationem lib. 4. ſol. 5. pro pertica, & ita

habetur reſpectus, & principalis intentio non ad fructus ex fundo veriſimiliter colligendos, ſed ad capitale ipſius pecuniæ (quæ de ſe infructuoſa eſt) exburſandum. ideo reſcindendus contractus, & fructus accepti in ſortem computandi, & ita fuit deciſum in Sacra Congregatione Penitentiariæ Mediolani.

CONSILIVM SEPTIMVM.

QVæritur vtrum ille, qui pro ſuis tantum gerẽdis negocijs, & non ad inſtantiam alicuius amici, vendit domum, aut fundum mille aureis, aut huiuſmodi, & non valens accipere in præſenti niſi quingentos, data dilatione ad triennium, aut eo amplius, conuentionem facit eum emptore, vt interim ratione fructuum det ſibi tot pro centenario, committat vſuram in foro conſcientiæ, nec ne, ſi tamen verè transferat dominium dictæ domus, aut fundi in dictum emptorem, ita, vt illis interim pereuntibus, pereant tantummodo, & corruant emptori, non autem venditori?

Et item, quod idem eſt cum ſuperiore quæſtione. Vtrum opinio tantummodo vera (in foro tamen conſcientiæ) ea ſit, quam tuetur Gab. Biel. 4. ſent. diſtin. 15. q. 11. conſ. 4. caſ. 3. Summ. Silu. ver. vſur. 2. q. 11. & Aur. Roſ. in 9. impr. caſ. 27. & Roſel. Vſ. 1. §. 47. Diuu. Bernard. in ſuis Sermon. de contract. ſerm. 42. cap. primo, caſ. 4 ſub finem. Diuu. Anton. 2. par. tit. 1. §. 20. cap. 7. Plot. in repet. l. ſi quando, nu. 451. C. vnde vi. Abb. conſ. 5. & alij Theologi, ac

Doctores quos refert, & ſequitur Silu. vbi ſupra.

Et primò quidem hic caſus fuit tranſmiſſus ad RR. PP. Ieſuinos Pœnitentiarios S. D. N. Papæ apud Sanctum Petrum, vt eum examinarent ac deciderent, qui quidem poſt maturam habitam conſiderationem, poſt multos dies, ſic congregati reſponderunt.

Præfatus caſus Propoſitus eſt vſurarius, & bene ſentiunt prçallegati Doctores. Secundum doctrinam S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2 ad ſeptimum.

Alius ſic reſpondit. In propoſito caſu puto venditorem vſuram committere, & in foro conſcientiæ ad reſtitutionem teneri, cum ſupponatur dominium rei eſſe tranſlatum in emptorem, & periculum eiuſdem rei ad eundem emptorem pertinere, & nullam cónſiderari poſſe moram in emptore, neque vllum intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in venditore, cum venditor ſponte vendiderit, & ſponte terminum ad ſoluendum emptori conceſſerit, per ea quæ tradunt Doctores allegati, cum quibus etiam concordant Summ. Roſell. ver. vſura primo, §. 47. & 16. Addit. nu. 48. verſ. 6. & Armill. ver. vſura, §. 15. Idem Iacobus Vngarellus in add. ad Angelicam vſura. 1. §. 18. verbo, & de his patet. allegat Alex. Lombar. in 4. diſt. 15.

Martinus Nauarrus Vir inſignis, poſt multos dies ſic reſpondit.

Ad primam quæſtionem reſpondeo in caſu propoſito vſuram committi, quia ratione dilationis accipit aliquid vltra ſortem, quod eſt peccatum vſuræ committere, cap. in Ciuitate, De vſur cum concord.

Ad ſecundam reſpondeo, primò quod vt reſponſio ad primam quæſtionem ſit vera, non oportet, quod

quod opinio Angeli prædicta ſit falſa; quoniam Angelus loquitur in caſu in quo emptor à principio conſtituitur in mora, & conſequenter, quando non datur dilatio ad ſoluendum. In caſu autem propoſito palam eſt emptorem non eſſe in mora à principio, quia datur ei dilatio ad ſoluendum.

Secundo, quod illæ duæ opiniones poſſunt conciliari, vt opinio Angeli procedat in caſu, quo res venderetur præſente pecunia, nulla dilatione data, & tranſlatis dominio, & poſſeſsione per clauſulam conſtituti, quo caſu emptor à principio incipit eſſe in mora ſoluendi, vt ait Angel. Opinio contraria, quando expreſſe faciendo pacto, vt res detineatur à venditore, donec ſoluatur prætium, tacite datur ei dilatio ad ſoluendum, data in pignus re vendita, & fructibus pro ſolutione dilata, ſaluo ſaniore iudicio.

Plautius I. V. D. Vir celeberrimus, qui Romæ in ſapiẽtia publicè legit, poſt multos dies ſic reſpõdit.

Hanc puto tutiorem pro ſalute animæ, & magis receptam, quam etiam approbat Ambroſ. Vign. in tract. De vſur. nu. 265. & Corn. conſ. 59. lib. 3. Soc. conſ. 130. lib 4. Dec. conſ. 119. col. 3. & in cap. cum venerabili, col. 6. de except. Cagnol. in l. curabit, nu. 52. verſ. quinto limita, C. de action. empt. Laur. Rodul. in tract. de vſur. q. 55. tutiorem putat Socin. conſ. 103. nu. 26. lib. 4. communem dicit Idem Soc. conſ. 88. nu. 19. eodem lib. 4.

Item nõ poteſt ab initio taxari intereſſe certum etiam data mora irregulari Cagnol. in d. l. cuſali, nu. 54. verſ. ſed reſtat.

Franciſcus N. Doctor Canoniſta Egregius poſt plures dies ſic reſpondit.

Viſis, & diligenter diſcuſsis illis, quæ hinc inde

per

per Doctores adducuntur vtrinque atteſtantes de communi, caſus iſte valde redditur dubius ex equitate, l. Curabit, C. de action. empt. propter quàm Didac. Couarruu. Vir doctiſsimus in proprijs terminis voluit pactionem, de qua ſupra in dubio ſuſtentari poſſe. lib. var. reſol. 3. c. 4. nu. 5. quam opinionem communem dixit additio, licet mali auctoris ad conſ. Dec. 114.

Ego tamen contrariam opinionem, & veriorem, & magis communem, & in foro conſcientiæ tutiorem iudicio. Nec enim video, quomodo tollantur illa obiecta, quod quis ex re non ſua fructus capere poſsit, adeo vt ipſe fructus percipiat, & rei periculum ad alium ſpectet: Ipſe verè omnino ſit certus de pretio ſibi ſoluendo, præſertim nulla emptoris mora interueniente poſt habitam fidem de pretio, verè enim videtur ſolummodo contemplatione dilationis temporis, illa tot pro centenario percipi, & hoc eo magis, quia in facto præſupponitur venditionem factam fuiſſe pro ſuis gerendis negotijs, non ad alterius inſtantiam: & veriſimile eſt emptorem vendidiſſe data dilatione quia non inuenit qui emeret pecunia numerata, ſicque dilatio nõ eſſet facta principaliter ad commodum emptoris, nec aperitur etiam an venditor ſit ſolitus negociari. Ideo contrariam opinionem quòd contractus ſit vſurarius poſt alios plures tenuit, & communem dixit Plot. de in lit. iur. §. mihi 11. num. 15. Summ. Sylu. in ver. vſur. §. 2. num. 11. Abb. conſ. 5. lib. 1. Dec. conſ. 119. nu. 7. Aymo. conſ. 189. num. 3. Cagnol. in l. curabit. nu. 52. C. de action. empt. cum alijs latè adductis per ſupradictos.

Et hoc præſertim in foro animæ, in quo tutiorem ſemper opinionem amplecti debemus. Felyn. in c.

in

in præſentia. nu. 18. De probation. Alciat. De præſumpt. reg. 3. in princip. & ſemper in dubio in foro animæ iudicari debet contractum eſſe vſurarium. Bald. conſ. 453. in fin. lib. 3. Arm. conſ. 48. verſ. 8.

Primo, vt ſi fiat pactum, quod loco fructuum quos ſibi venditor intendit retinere ex re vendita, debeant dari ab emptore quatuor, aut ſex, aut decem numeri aurei, aut tot (ſecundum quantitatem fructuum retentorum) eo caſu non debeat pecunia excedere valorem fructuum communiter percipiendorum, alias illicitus eſſet contractus, quia haberetur reſpectus ad pecuniam, non autem ad fructus, quod quidem eſſet vſura. Vnde ſi quis vendat domum valentem mille aureis, & conſueuerit eam ad ſummum locare viginti quinque, aut triginta aureis, & huiuſmodi, non licebit venditori petere pro vſu domus ad rationem quinque pro centenario, quia haberetur reſpectus tantummodo ad pecuniam, & non ad dictam domum, & ita eſſet vſura, quia vſus domus tanti non valet, ſed quanti locatur, debet peti ab eo.

Secundo, vt hoc pactum fiat à contrahentibus in ipſa traditione rei, puta domus, agri, ſiluæ, aut huiuſmodi, non autem poſt habitam fidem de pretio, alias fæneraticius eſſet contractus, & ratio eſt quia res ipſa ſic affecta tranſit cum tali onere, quod quidem non eſſet ſi poſt traditionem fieret.

Tertio, vt venditor ſubiaceat periculis omnibus ſi quæ euenerint circa dictos fructus, quādiu eorum ratione recipit ſingulis annis dictam pēſionem pro rata parte agri non ſoluti. Quocirca, ſi vno anno tempeſtas, aut turbo omnes fructus deſtruxerit, aut ſi pruina eos decoxerit, aut ſi repentinus caſus belli, peſtis, aut fluminis, aut huiuſmodi ingruerit, aut

gene-

generaliter quiuis cœlo inquietior ſtatus acciderit, propter quem fructus prædicti extinguantur, non poterit licitè illo anno, dictus venditor aliquid penſionis pro fructibus recipere: cum nulli extent fructus: At ſi procella, aut grando non in totum, ſed in parte fructus tollat etiam ad ratam debent fructus venditori perire. §. Qui vero oppoſitum faceret, vſuram committeret, quia ſignum eſt, quod ad ratam prætij non ſoluti, & non ad dictos fructus reſpectum habet, quod quidem omnes abhorrent Doctores, & hæc opinio plurimum mihi arridet, & neminem vnquam talium ſic contrahentium condemnarem cum valde rationi, & æquitati conſona eſſe videatur, ſed neſcio an ſic conſueuerint homines inter ſe contrahere, & vtinam ſaltem de cætero hunc in modum ſuos diſcat mundus celebrare contractus.

Quia eo caſu venditur res, ſeu proprietas, non autem fructus, quia propter non ſolutam pecuniam retinentur in ipſa traditione rei apud venditorem, & ſeparari poſſunt á proprietate ſecundum Diuum Thomam 2. 2. q. 78. art. 1. in corp. & ſecundum Tabien. in ver. Vſur. Nam res, & ius in re poſsunt ſeparari, & ita alterum ſine altero emi, ac vendi poteſt vt patet in l. cenſibus, & in vſu fructu. Prædicti autem fructus retenti poſſunt locari emptori pro tali, ac tanta penſione, ac præſtatione pecuniæ vſque ad tot, vel tot annos, quandiu durauerit dilatio conceſſa á principio, & propterea obligatus erit talis venditor ad exonerationem mercedis, ſi res locata periret, vel aliter (vt dictum eſt ſupra) conductor damnũ pateretur, & non poſſet fructus illo, vel alio anno percipere, vt l. ſi vno. §. item cum quidam, & ibi plenè per Bart. & Doct. ff. locati, & in l. ex conducto.

ducto. §. ſi vis tempeſtatis, & in §. ſed, & ſi labeo, & in l. ſi merces, §. vis maior, eod.tit. & c.propter ſterilitatem extra de locat. & ibi per Canoniſtas cum ſimilibus.

Quibus magis ſtandum ſit in deciſione caſuum vſurarum Theologis, an Canoniſtis.

Reſpondet Diuus Thomas in quolibetis quod Theologi priore loco, & magis proprie pro foro conſcientiæ habent decidere caſus vſurarum, & concordat Syluester in verbo Vſura 1. Tabiena in verbo Vſura in principio. Sanctus Anton. ſecunda par. tit. 1. cap. 7. §. 4. & Anton. de Butr. Canoniſta. Quicquid dixerit Ancharanus, & poſt eum alij, quia magis credendum eſt Diuo Thomæ, cuius doctrinam Vrbanus V. veridicam, & catholicam eſſe dixit, & item cui Chriſtus oranti dixit. Bene ſcripſiſti de me Thoma, quàm mille Ancharanis, aut huiuſmodi alijs. Caue ergo ne decipiaris candide, ac chriſtiane lector, & præ omnibus tanquam venenum dictum Caphali in conſ. 227. nu. vltimo euita. Hic enim, ibi non erubeſcit aſſerere, quod non appelletur vſura, illa, quæ communiter reputatur licita.

Quod tamen falſiſsimum eſt, erroneum, ac ſcandaloſum, ne dicam Hæreticum.

CON-

CONSILIVM OCTAVVM.

Quidam creditor iuditialiter proteſtatus eſt eius debitori moroſo tàm per lapſum diei, quàm per interpellationem hominis de omnibus, & quibuſcumque damnis, & intereſſe ob tardatam ſolutionem patiendis ſimplici iuramento creditoris iuxtà conuenta liquidandis. Debitore verò perdurante in mora, coactus fuit creditor vendere eius frumentum viliori ad eius vrgentiſsima debita ſoluenda.

Quæritur, an prædicta proteſtatio generalis ſufficiat ad hoc vt creditor poſsit à debitore moroſo, conſequi refectionem damni paſsi in venditione frumenti, An verò debitori fuerit ſpecificè denuntianda frumenti venditio.

Videtur quod fuerit neceſſaria ſpecifica denuntiatio per l. primam, §. licet ff. de pericul. & com. vbi deciditur ſtante mora emptoris non poſſe per venditorem effundi vinum, niſi in ſpecie vini effuſio emptori moroſo denuntietur.

Secundò probatur, quia creditor non poteſt ſumere pecuniam ſub vſuris dãno debitoris moroſi, niſi de eo in ſpecie admoneatur debitor, ſic Angel. verbo Vſura nu. 20 quem ſequitur Plot. de in litter. iur. §. 12. nu. 6. in fin.

Tertiò probatur, quia vbi agitur de maximo præiudicio ſemper eſt facienda interpellatio debitori ét aliàs per lapſum diei moroſo; Sic Aretinus l. ſi ex legati cauſa colum. fin. ff. de verb. obligatione, & ibi Iaſon. nu. 14 Gab. de ſolut. concl. 9. n. 13. Amb. de Vignat. c. ſalubriter de Vſur. nu. 264. Menoch. de Arbitr. Iud. caſu 119. nu. 23. verſ. Verũ à prædictis, in addit.

Ex

Ex aduerſo verò contrarium de iure Ciuili deciditur l.nummis depoſitis, ff.de in lit. iur.l. *ſi* pęnam l. cum ſtippulatus, §. cum venderet, l. fundum, ff. de verb. obligatione, cum ſimilibus, quibus *ſim*pliciter habemus debitorem moroſum ad omne intereſſe paſſum per creditorem teneri nulla iniuncta obligatione creditori de admonendo debitorem de qualitate ſpecifica damni futuri, & quòd à legę non exprimitur, neque nos exprimere debemus, l. de prætio ff. de publ. in rem act. Hinc communiter firmant Doctores creditorem data mora debitoris, abſq; alia monitione poſſe accipere pecuniam ſibi debitam ſub vſuris, vel cambijs damno debitoris moroſi, Innoc.c. 1. nu.2. Ant. de Butr. Abb. ibidem, Iaſ. in l. nummis ff. de in lit.iur.Curt. iun. in l.vnica C.de ſent.quæ pro eo.Rom.conſ.101. & conſ. 517. num. 13. Alexander conſ. 221. lib. 2. & conſ. 141. lib.5. Nat. conſ.490.nu.10. vol.3. Præt.de interpretatione vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub, 2. num. 247.

Secundò probatur, quia debitor moroſus dat cauſam efficacem damni per creditorē paſsi, Conrad. de contract. tract.2. q.30. concl.2. proinde tenetur ad refectionem eiuſdem, ac ſi fur eſſet, qui certè nō eſt admonendus de damno futuro in ſpecie, cum detentio iniuſta habeat eandem malitiam, quam habet ablatio iniuſta, ex D.Thom. 2. 2. q.66. art.3, Greg. de Valent. tom.3. diſp. 5. q.6. de reſtit. punc. 2. verſ.tertiò probatur, Leſsius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 17. dubit. 3. num. 16. & iniquam detentionem in conſcientia verè reputari furtum firmat ſingular. Salon.q. 66. art.3. verſ.ad vltimum reſpondeo tom. 1. maximè cum præceptum reſtitutionis vim negatiui præcepti habeat, in quo nulla admonitio requiritur,

quiritur, ſed obligat ad ſemper quando poteſt, Ita D. Thom. l.c. art. 3. ad ſecundum, Sotus de iuſtit. & iur. lib. 4. q. 6. art. 7. Salon. q. 62. art. 2. controuer. 1. An reſtitutio ſit in præcepto concl. vnica, verſic. Dico 2. tom. 1. Rebell. de oblig. Iuſtit. parte 1. lib. 2. q. 17. ſect. 1. num. 2. quam ſententiam ſequitur etiam ex Iuriſtis Natt. conſ. 591. num. 11. vol. 3.

Proinde expreſsê nullam requiri admonitionem in ſpecie faciendam debitori poſt moram, ſecus ante moram docuerunt Riminal. Iun. conſ. 69. num. 19. vol. 1. Honded. conſil. 41. nu. 26. vol. 2. Menoc. de arbitr. Iud. caſu 119. num. 20. in addit. Nauar. in Comment. de Vſur. nu. 55. verſ. ſed neque prius maximê in credito pecuniario, mora per ſolum diei lapſum inducente obligationem ad reficienda omnia damna etiam in foro conſcientiæ, Leſsius de Iuſt. & Iure lib. 2. cap. 20. de mutuo dubit. 10. num. 69. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 34. verſi. ſecundò quæritur.

Tertiò probatur, quia ſi metu reuerentiali creditor abſtineret non modo à ſpecifica intimatione damni futuri, ſed etiam ab omni interpellatione, vbi tamen debitor ex coniecturis cognoſceret creditorem optare ſibi ſatisfieri, teneretur debitor ad refectionem damnorum ex mora prouenientium, ſic ex Theolog. Ricard. in 4. diſt. 35. artic. 1. q. 2. Ang. verbo Mora, §. 1. Salon. q. 88. art. 2. tit. Conſtitutiones requiſitæ ad damnum n. 17. tom. 2. Azor. l. c. verſ. 2. quæritur in fin. ex Iuriſtis Barth. & Alexander in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, ff. de acquir. hæred. Iaſon. in l. vinum, ff. ſi cert. pet. Dec. ibidem num. 12. Cæphal. conſil. 51. nu. 15. vol. 1. Menoch. referens D. Thom. de arbitr. Iudic. caſu 220.

Quartò probatur, quia ſi mandans non dederit mandatario pecuniam ad mandatum explendum, poteſt mandatarius ſuſcepto mandato etiam nulla mandantis mora præcedente, aut pecuniam ſumere ſub vſuris, aut quas ipſe habet vberrimas extinguere ad mandatum ſuſceptum exequendum nulla præuia monitione de prædictis mandanti facta, idque ex ſola obligatione mandati ſuſceptionem cōſequente, & mandans nihilominus tenetur ad refectionem tàm vſurarum, quàm alterius damni mandatario, quòd multò magis poterit mandatarius poſt moram mandantis præſtare l. ſi verò, non §. ſi mihi mandaueris ff. mandati, ergo idem licebit creditori facere poſt moram debitoris maximè præcedente d. proteſtatione generali de qua in caſu propoſito.

Quintò probatur, quia ſi dedero pecuniam Titio, vt ſoluat creditori meo non teneor Titium admonere de damno futuro, ſi promiſſa non præſtiterit, ſed tenetur ad intereſſe in caſu moræ, l. Si verò, §. dedit tibi ff. mandati, ergo pari ratione ſi ego repetam à Titio pecuniam, vt ego immediatè ſoluam meo creditori, non teneor Titium admonere de damno futuro, niſi ſoluerit, cum eadem ſit ratio mediatæ, ac immediatæ ſolutionis, l. quod iuſſu, ff. de reg. iur. l. 1. §. ſi iuſſerim ff. de acquir. poſs. præſertim cum dans operam rei illicitæ, teneatur etiā vltrà eius intentionem, c. fin. de homic. in 6. quod ad caſus etiam fortuitos ex mora prouenientes extendit Gloſ. ibidem, verbo culpa in addit. per iura ab ea relata.

Sextò probatur, quia ſi â debitore obligato ad ſtatam diem ſoluere, pignora receperim nulla eadem diſtrahendi facultate in pactum deducta, poſ-

ſum

ſum nihilominus elapſa die pignora diſtrahere nullatenus debitore admonito de pignorum venditione, l. ſi conuenerit, ff. de pignor. act. ergò multò magis potero meas res vendere non admonito debitore de venditione mearum rerum.

Nec valet ſi obijcias prædictam legem correctã eſſe de iure Cod. l. fin. in principio C. de Iur. dom. impetran. quò loci deciditur præcedere debere vnicam denuntiationem, quia Reſpon. dictam l. loqui in caſu quando dies adiecta non fuit; Nos verò ſumus in caſu vbi dies præfixa erat ſolutioni, ſic dictam legem limitat Rebell. de obligat. iuſt. part. 2. lib. 10. q. vnica de oblig. pignor. nu. 13. Soares de communi atteſtans in ſuo Theſaur. verbo Pignus verſ. 1.

Secundò reſpondetur dictam legem Codicis requirere vnicam denuntiationem vt ſoluat, non admonitionem de vendendo pignore, Gloſ. in dicta l. fin. verbo denuntiatio referens ſe ad caſum, l. ſi conuenerit, vbi requiritur trina denuntiatio vt ſoluat, non trina monitio de vendendo pignus, quæ denuntiatio vt ſoluat etiam in foro conſcientiæ ſufficere ad hoc, vt pignus vẽdi poſsit docet Azor. par. 3. lib 7. cap. 10. de diſtract. pignor. verſ. quintò ſi nihil conuenerit.

Tertiò, Reſpondetur dictam legem fin. non eſſe extendendam ad caſum, quo quis vendit res proprias, cum ſimus in diuerſis, ex quibus inuicem illatio fieri prohibetur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. & ius correctiuum non extenditur contra ius commune, l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matr. Rot. diuerſ. 1. par. deciſ. 475. nu. 6. etiam ex maioritate rationis. Ripa l. ſi conſtante, nu. 57. 59. ff. ſolut. matr. Grammat. deciſ. 27. nu. 11. proinde facultas

quæ anteà de iure communi competebat vnicuique creditori vendendi res proprias abſque vlla denuntiatione debitori facienda, non cenſetur correcta, aut reuocata per dictam l.fin. de ſola pignorum diſtractione diſponentem.

Septimò probatur, quia ſi ex conuentione data fuerit facultas creditori vendendi pignora, niſi ad ſtatam diem ſolutio fiat, poteſt creditor abſque vlla denuntiatione debitori facienda diſtrahere pignora, tàm ex iure Digeſt. d.l. ſi conuenerit, quàm de iure Cod. d.l. fin. Gloſ. in l. creditor hyppothecas, verb. teſtato, C. de diſtract. pignor. communiter Summiſtæ verb. pignus, ſed per dictum pactũ nihil aliud conſequitur creditor, quàm ſolam facultatem vẽdendi pignora, quæ aliàs citrà pactum eidem non competebat; ſed hæc facultas de iure communi competit creditori vendendi res proprias; ergò ſicut primò caſu creditor non tenetur admonere debitorem, Idem in ſecundo dicendum erit, cùm nulla ratio differentiæ aſsignari poſsit, proinde eadem iuris deciſio, l. illud, ff. ad l. Aquilã l. à Titio, ff. de verbo. oblig. Cephal. conſil. 413. nu. 27. lib. 3. Riminal. iun. conſ. 67. nu. 16. vol. 1.

Octauò probatur, quia fideiuſſor conuentus non tenetur intimare debitori principali ſe diſtracturũ eſſe vz. frumentum proprium, niſi creditori ſoluat; ſed nec requiritur proteſtatio generalis de omnibus, & quibuſcunque damnis; verùm fideiuſſori quæcunque damna etiam extraordinaria veniunt per debitorem principalem moroſum reficienda abſque alia denuntiatione, c. peruenit. de fideiuſ. ergò idem ſtatuendum eſt in creditore reſpectu eius debitoris moroſi, maximè præcedente proteſtatione generali, cùm eadem ſit ratio fideiuſſoris,

ac

ac creditoris reſpectu eorum debitorum; Innoc. c. 1.num.2. de vſur. Rom. conſil.517. num. 17. Salon. quæſt.78. art. 2. controuerſ.8. nu. 5. tom.2.

Nonò probatur, quia mandatarius ſuſcepto man dato, ſi illud adimplere non poſsit, tenetur mandantem monere ſe non poſſe explere, aut ſub conditione poſſe explere, l. ſi quis alicui, § qui ſuſcepit, ff. mandati: ergò etiam tenebitur admonere mandantem ſi nollet explere, vel ſub conditione nollet, cùm paria ſint nolle, & non poſſe; c. prudentiam, §. adijcimus, extrà de offic. deleg. Quod multò magis ſtatuendum in debitore moroſo, cùm mandatarius obligetur ſolùm tit. gratuito; l. 1. ff. mandati; debitor verò moroſus obligetur tit. oneroſo ex contractu inito inter creditorem, & debitorem. Ergò multò magis tenetur admonere creditorem generaliter proteſtantem ſe eſſe ſoluturum, quotieſcunque damna ab eo prætenſa, & proteſtata ſint aſcenſura ad tantam ſummam.

Decimò probatur, quia ratio cur in ſpecie ſit facienda inthimatio debitori moroſo, eſt ad hoc vt debitor eius indemnitati prouidere poſsit, & excitetur ad ſolutionem faciendam, ſed proteſtatio generalis plura damna continet, cùm extendatur etiam ad inopinata; Menoch. conſil.38. nu. 42. vol. 1. & ſpecialia in generalibus inſint, l. generalibus, ff. de reg. iur. ergò in conſcientia magis operari etiam debet, quàm ſpecialis proteſtatio venditionis frumenti, quæ poterat etiam debitori non fore damnoſa, cùm prætium frumenti poſſet decreſcere, aut ſaltèm non creſcere.

Ad obiecta facillimo negotio reſpondetur, ad l. 1. ff. de pericul. & com. dicimus effuſionem vini, idcò in ſpetie intimandam eſſe emptori moroſo,

quia continet inhumanitatem, effuſione cedente in damnum manifeſtum emptoris, ſine commodo venditoris, cùm melius ſit vendi vinum, & prætium emptori reſtitui. In caſu verò propoſito non potuit melius creditor prouidere eius indemnitati, quàm vendere eius frumentum; Vnde ſi ſtante mora emptoris poteſt venditor diſtrahere vinum, abſque denuntiatione facienda in ſpetie emptori moroſo, multò magis poterit creditor vendere res proprias abſque vlla denuntiatione in ſpetie facienda debitori moroſo, maximè præcedente ptoteſtatione generali, vt habetur in d. l.

Ad Angelum, & Plotum, præterquàm quòd ſit eorum dictum contra communem, vt patet in prima ratione ſupra allata; adhuc dicitur, eoſdem non loqui, vbi præceſſerit interpellatio hominis, vel proteſtatio generalis creditoris facta debitori prout eſt in caſu propoſito. Adde dictam doctrinam Angeli ſingulariter limitari à Molina diſput. 315. num. 4. verſ. quando item, ad caſum quando ſperandum erat intimationem ſpecificam effecturam, vt debitor ſolueret, ſecus vbi non erat ſperandum, prout in caſu propoſito, in quo præceſſerat generalis proteſtatio omnium, & quorumcunque damnorum ſimplici creditoris iuramẽto liquidan. iuxtà conuenta, quæ magis excitare debebat debitorem ad ſoluendum, quàm ſpecialis intimatio vendendi frumentum, vt ſupradictum eſt.

Adde, quòd creditor offert ſtare debitoris iuramento quòd ſoluiſſet, ſi ſibi in ſpecie venditio frumenti denuntiata fuiſſet.

Ad Aretinum, Iaſ. Ambr. de Vignat. Gab. Menoch. ex aduerſo allatos Reſpondetur eoſdem loqui in caſu, vbi præceſsit ſola mora ex lapſu diei, proin-

proinde dixerunt requiri interpellationem hominis, vbi agitur de maximo præiudicio debitoris, quæ in caſu propoſito fuit pluries facta; nihil autē dicunt de denuntiatione in ſpecie facienda debitori de damno futuro, provt in præſenti caſu quæritur.

CONSILIVM NONVM.

Deciſ. 86. 102. 120. Congreg. Concilij Trid. Rotæ Rom. vol. 4. ex Proſp. Farin. Prax. Curiæ Archiep. Neap. cap. 86. 87. Cap. Si forte. diſtin. 63. Riccius collect. 1602.

EPiſcopus Ciuitatis N. moritur extra ſuā Diœceſim, Attilius Canonicus, Vicarius Epiſcopi demortui conuocat Capitulum pro electione Vicarij Capituli, ſede vacante; renuit Præpoſitus cum quatuor alijs Canonicis, eò quòd certum adhuc nuncium non habebatur de morte Epiſcopi. Hoc tamen non obſtante Attilius cum quatuor Canonicis procedit ad electionem à quibus ipſe Attilius eligitur in Vicarium Capituli. Habito autem mortis Epiſcopi certo nuntio Præpoſitus vocat, inuitat, & rogat Canonicos omnes, vt ad electionem Vicarij conueniant. Attilius cum illis quatuor Canonicis noluit conuenire; tunc Præpoſitus cum alijs quatuor Canonicis (erant enim numero

tantum decem) elegerunt in Vicarium Britium Archipresbyterum oppidi N. Quæritur vtra iſtarum electionum ſit admittenda, & ſuſtinenda.

Dominus illuminatio mea.

PRæmiſſa Diuini Nominis inuocatione, Fateor me eum non eſſe, vt tantæ difficultatis punctum attingere valeam; altioris enim, ac perſpicacioris hoc eſt ingenij. Dicam tamen liberè in Domino, ac ſincere quæ certiora mihi videbuntur, ac veriora. Vt igitur negotium aperiatur dilucidius, in duas ſecabitur partes. In prima namq; examinabitur electio Vicarij Attilij à quatuor illis Canonicis Priori loco facta. In altera verò, an idem Vicarius Attilius ritè, ac rectè citauerit, vocauerit, & pro excommunicato denunciauerit Dinũ locum tenentẽ Vicarij Britij ab alia parte capituli electi.

Et vt primum ingrediamur; proculdubio dicendum electionem ipſam nec legitimè, nec canonicè fuiſſe celebratam. Tum quia non fuit facta à maiori parte Capituli, ſed tantum a quatuor Canonicis, quorum tres agnati erant præfati Attilij Vicarij, & alij quinque deerant: qui licet vocati fuerint, non tamen dicendi ſunt fuiſſe in mora, quoniam qui poteſt exceptione legitima ſe tueri, non dicitur eſſe in mora: per reg. 61. & Gloſ. in ſexto. Tum quia Capitulum, prout par erat, non fuit per Superiorem, (hoc eſt, per Dominum Præpoſitum) legitimè congregatum, ſed per Canonicum quendam Sacriſtam, cæteris Concanonicis minorem. Tum etiam ob mortis Epiſcopi incertitudinem; Licet enim aliqualis in Ciuitate rumor eſſet de mor-

te Epiſcopi, nullus tamen illam prædicare aſſeueranter auſus fuerat, preter Dominum Vicarium Attilium, qui interrogatus de mortis certitudine; Reſpondit ſe literas à tali Ciuitate ſuper hoc recepiſſe, quas tamen nec Præpoſito, nec alijs Canonicis oſtendere voluit. Cum ergo vnius dictum tantum (illius inquam, de cuius intereſſe agebatur vti probauit exitus) ſuper illo tunc haberetur, nullo pacto dici poteſt, Præpoſitum vnà cum alijs quatuor Canonicis, de morte Epiſcopi, ſatis ſuperque fuiſſe certioratos.

Sed eſto, quod Vicarij Attilij dictum, & aſſertum, pro certo habuiſſent, non propterea in illo inſtanti ad electionem cogi poterant. Primò quidem quoniam in re grauiſsima, diuina prius ſuffragia expetenda, & impetranda, vti fieri conſueuit in toto terrarum orbe. Secundò quia nullibi legitur, quod in eodem inſtanti in quò mors Epiſcopi nunciatur, fuerint aliquando Canonici ad electionem coacti. Et illa conſuetudo Vrbi, & Orbi notiſsima erat omninò ſeruanda, vt diſtin. 8. de conſuetudine. Eò præcipuè cum non ſit contra, aut præter, ſed iuxta diuinum Ius, & poſitiuum; Itaut in Concilio Tridentino Seſſ. 24. cap. 16. octo dierum terminus præfigatur, intra quem liberum eſt Canonicis Cathedralibus Vicarium pro ſede Vacante eligere. Stephanus Quaranta, in Summa Bullarij, in verbo Blaſphemia prope finem. Si ergò, & de iure, & de inueterata conſuetudine, fieri conſueuit electio infra octo dies, à die certæ ſcientiæ mortis Epiſcopi, cur ad illam adeò feſtinanter venire fuit neceſſe? Succedit igitur reg. 64. in 6. vbi dicitur; Quæ contra Ius fiunt pro infectis haberi debent, Ex his enim luce meridiana clarius apparet, ele-

ctionem

ctionem ipſam tãto fuiſſe conatu actitatam, vt Vicario Attilio, Vicariatus officium relinqueretur, prout relictum. Certus enim erat, quod ſi ad electionem in illo inſtanti procedebatur, cum ex illis quatuor Canonicis tres eſſent eiuſdem affines agnati, & conſanguinei, vti atteſtationibus fide dignorum clarè conſtat, Vicarij electio in eiuſdem perſonam neceſſariò fuiſſet facta. Quamuis de iure ſubſiſtere non poterat, vti non facta à maiori parte Capituli, iuxta Gloſ. communiter receptam, in cap. Quia propter. de elect. Nam quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. per reg. 29. in 6. vbi Gloſ. ſubiungit. Ab omnibus approbatur, quod à maiori parte fit. Et tex. in c. Apoſtolica diſt in. 56. docet; electionem illam eſſe canonicam, quæ fit à maiori parte Capituli. & l. fin. C. de auct. præſt. Et ff. de eden. l. Si quis ex argentarijs, & ff. de pac. l. Suum hæredem. §. Hodie. Cum ergo Vicarij Attilij electio, non à maiori parte, ſed à quatuor tantum, (alijs quinque Canonicis abſentibus) fuerit celebrata, viribus carere omninò dicenda eſt. Id quod D. Vicarius Generalis Metropolitanus ſubodoratus eſt, immò pro certo, & conſtanti credidit; ſiquidem in literis patentibus, quibus vti Metropolitanus, eundem Vicarium Attilium in Vicarium Capituli (ſede vacante) elegit, ſic habet ad literam, vt in proceſſu fol. 50. Cum nulla per Reuer. D. Canonicos, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ N. hactenus facta deputatione, ſaltem, legitimè (quæ verba attendenda) Officialis, ſeu Vicarij &c. En Dominum Vicarium Metropolitanum apertè confitentem, præfati Vicarij Attilij, electionem haud legitimè factam; nec propterea exinde ſequitur, quod eo tempore electio iam eſſet deuoluta ad

Vica-

Vicarium Metropolitanum. Quia eſto, quod certum mortis Epiſcopi nuncium fuiſſet habitum die 15. Ianuarij; dies tamen 23. eiuſdem menſis, in qua Vicarius Metropolitanus eundem Vicarium Attilium elegerat in Vicarium, erat dies octaua priuilegiata, vti notorium eſt, & à Trid. Synodo indulta; Indultum autem à iure beneficium non eſt alicui auferendum. per reg. 17. in 6. Concludendum igitur præfatum Vicarium Attilium, neque per electionẽ à quatuor Canonicis factam, neque per Deputationem, ſeu Inſtitutionem à D. Vicario Metropolitano habitam, fuiſſe verè, ac legitimè Vicarium, Hoc enim virtualiter, & æquipollenter ſenſiſſe viſus eſt Beatiſsimus Pater Paulus Quintus, quippè, qui audita facti ſpecie mandauit Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Cardinali Gallo, Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium Præfecto, vt reiectis cùm Capituli, tùm Vicarij Metropolitani, electionibus, tanquam illegitimis, alius in Vicarium eligeretur, ſecluſis tamen duobus illis ab vna & altera parte Capituli electis. Sed de primo hoc capite ſatis. Quamuis non ineptè ſubiungi poſſet Vicarij Attilij deputationem in Locumtenentem noui Epiſcopi N. factam fuiſſe, & eſſe contra Sanctiſsimi D. mentem, Siquidem ordinauit expreſsè Illuſtriſsimo Cardinali Gallo, vt nouus eligeretur Vicarius ſecluſis tamen duobus illis vt ſupra. In id enim incubuiſſe viſus eſt Sanctiſsimus, vt hoc in negotio, neuter eorum fungeretur officio, quoniam ſi vni, vel alteri gubernandæ Diœceſis cura tradebatur, perturbationes, & ſcandala oriri neceſſe erat; itaut mirum non ſit, quod defraudata Sanctiſsimi intentione, tot audiantur inconuenientia.

Alius

Alius ſupereſt punctus examinandus, videlicet An Dinus Locumtenens Vicarij Britij fuerit canonicè, ac iuridicè citatus, vocatus, & pro excommunicato publicè denunciatus per Vicarium Attilium. Negatiuè reſpondendum arbitror: quoniam ratio totalis, & fundamentalis citationis, vocationis, & excommunicationis, ea nimirum eſſe dignoſcitur, quod Dinus edictum pro ieiunio Quadrageſimali ſeruando Eccleſiæ Cathedrali de mandato Vicarij Attilij affixum dilacerauerit: quod tamen ſonare delictum nullo pacto poteſt. Id enim fecit Dinus non in odium ſanctæ Fidei, vel in Eccleſiaſticæ iuriſdictionis impedimentum, & contēptum, ſed vt iura ſua tueretur, cum eſſet Vicarij Britij Locumtenens, & vt contradiceret actitatis per Vicarium Attilium, ne tanquam Vicario eidem conſentire, & adhærere videretur. Et reuera credebat probabiliter id ſibi licere; immò cum publicè, & palam hoc idem egerit, & ad vnius Notarij præſentiam, quem, vt ſe rogaret de Edicti laceratione, interpellauit; non eſt aſſerendum, quod aliquatenus deliquerit; iuxta vulgata iura: Quæ palàm fiunt, licitè fiunt; Quæ verò clàm fiunt non carent præſumptione doli, & fraudis. Præterquàm quod addi poſſet: Dinum id egiſſe de mandato Vicarij Britij, itaut quod Iudicis mandato facit quis, dolo facere non videatur, cum habeat parere neceſſe, per reg. 24. in 6. & l. Non videtur, §. Qui iuſſu. ff. de re iur. & ff. ad Scillæ, l. Si quis quaſi.

Sed eſto quod Edicti laceratio aliqua ex parte pro delicto recipi poſſet, id tamen non eſt vſquequaque certum, ſed dubium, ac controuerſum, vti liquet rationibus ſuperius allegatis. In dubio autem vbi de pœnis, & delictis agitur, benignior ſem

per

per eſt interpretatio facienda, vt delictum excludatur, & pœna; per reg. 29. in 6. Et eò magis, cum Iura partium obſcura ſunt, Reo fauendum eſſe tradit reg. 11. in 6. Cum ergò, An Edicti laceratio delictum importare poſsit, ac debeat, obſcurum ſit, ac dubium; pronunciandum neceſſariò in fauorem Dini, videlicet, quod Edictum lacerando nullo modo deliquerit, neque de manibus Nuncij Clerici illud abſtrahendo deliquit, quoniam excommunicationis ſententia 17. q. 4. Canone. Si quis ſuadente &c. ligat facientes iniuriosè, non autem iuridicè, ita Doctores ibidem: vbi Gloſ. Excipiuntur illi, qui leuem iniuriam fecerint Clerico. Cum ergo, leuis fuerit iniuria (ſi tamen iniuria,) & iuridicè id egerit, dicendum eſt Dinum præfata non ligari cenſura. Nam quòd legitimè factum eſt nullam meretur pœnam. C. ad leg. Iulian. de adult. l. Gracchus.

Nec ſententiam hanc noſtram illud officit, ſi dicatur, quod Dinus cedere tenebatur Vicario Attilio, eò quòd in Vicarium fuerat electus, ante electionem Vicarij Britij, iuxtà reg. 54. in 6. Qui prior eſt tempore potior eſt Iure, l. Potior. ff. Qui pot. pign. hab. quia regulæ allatæ altera obijcitur, 18. nempè in qua dicitur: Non firmatur tractu temporis, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit. & ff. de reg. iur. l. Quod ab initio. & ff. de pac. l. Si tibi decem. §. Si Pactus, electio enim Vicarij Attilij de Iure ab initio, vti ſuperius probatū, non ſubſiſtebat.

Eodem accedit, quod Gloſ. ſuper reg. Qui prior eſt tempore, &c. veram eſſe illam autumat, vbi cætera ſint paria. At in caſu noſtro, licet Vicarius Attilius temporis prioritatem pro ſe habuerit. Vicarius tamen Britius potiora habebat Iura, vt ex facti

tileste apertè deducitur. Nimirum, quod per Capitulum legitimè congregatum. ſ. per Dominum Præpoſitum, fuerit electus; Per Canonicos ſibi nec affines, nec conſanguineos, & de morte Epiſcopi verè certioratos: Infra octo dies à Tridentina Synodo indultos; re prius examinata, ac benè præmeditata, Spiritus ſancti gratia per aliquot dies iã inuocata, Canonicis omnibus ritè citatis, rectè vocatis, ac competenter expectatis. His igitur rationibus Dinus Locumtenens Vicarij Britij, potiora habebat Iura, & propterea temporis prioritati haud cedere tenebatur.

Neque obſtat quod à Vicario Attilio aſſeritur, videlicet, Incidiſſe Dinum in Caſ. 16. Bullæ Cœnæ Domini; eò quod Ordinarij Iuriſdictionem impedierit, Edictum lacerando. Nam præterquam quod Doctores omnes Caſum exponunt de Magiſtratibus ſæcularibus, iuxta literæ tenorem (incarcerare, ſeu moleſtare Ordinarios, eorundem cõſanguineos, domeſticos, ac familiares) Graff. par. 1. deciſ. aure. lib. 4. cap. 18. habet: Quod ſi quis dilaceraret, vel ſordibus macularet Edictum Eccleſiæ affixum; hic non diceretur impedire Iuriſdictionem; peccaret quidem, non tamen in Bullæ excommunicationem incideret. Et Nauar. in Manuali cap. 27. num. 70. hanc eãdem Bullæ excommunicationem exponendo, inquit: Quòd in hanc excommunicationem non incidunt, niſi qui auctoritate Iudiciali, & laicã, hic vetita, faciunt: lege Nauar. in conſ. 25. alias 1. de foro compet. & in conſ. 32. alias 2. de immun. Eccleſ. idque rationabiliter; nam ſecundum omnes Excommunicatio non debet extendi de vno caſu ad alium, ſecundum Gloſ. receptam in Clement. 1. de ſepult. & in Clement. 1. de conſanguin. eò quod

pœnę

pœnę ſunt reſtringendæ, l. pœn. ff. de pœn. & cap. Pœnæ. de Pœnit. diſt. 1. Quid hoc clarius, aut dilucidius in re noſtra, aut legi, aut deſiderari poteſt.

Neque Vicario Attilio proderit, ſi dicat: Dinum non in 16. Bullæ excommunicationem incidiſſe, ſed in comminatã in Edicto ſub illis verbis; Non amoueatur ſub pœna excommunicationis. Huic enim obijcitur primò ſententiæ ſuæ tenor; vt in proceſſu fol. 100. in quo aſſeueranter dicit: Dinum in ipſam Bullæ Cœnæ Domini 16 excommunicationem omninò incidiſſe. Verum quod non in comminatam in ipſo Edicto inciderit, apparet duplici ex capite; Tum ex defectu Iuriſdictionis, & poteſtatis; ſiquidem vti centies repetitum eſt legitimè, ac canonicè non fuerat electus Vicarius; Tum quia dato, nõ conceſſo, quòd verè fuiſſet Vicarius, excommunicatio tamen Edicti erat tantum comminatoria, & non latæ ſententiæ; Nec ipſe Vicarius Attilius ad ſententiæ fulminationem, aut poterat, aut debebat tam celeri paſſu properare: Tum quia ſententia nõ præcipitanda; vt in Canone. Deus omnipotens. 2. q. 1. Tum quia ante latam ſententiam appellauerat Dinus ad Sanctam Sedem; cuius appellationis vis ac robur eſt; ſententias, ac cenſuras, ſuſpendere, ac impedire ne feriant, per tex. cap. Venientes. de Iureiurando, & Gloſ. Solemnis, & recepta 11. q. 3. Canone. Sententia Paſtoris, dicit; Timenda eſt niſi in duobus caſibus; ſcilicet, quum ſententia eſt poſt appellationem lata; & quum continet intollerabilem errorem. iuxta tex. Per tuas. de ſent. excommunicat.

Et ex his omnibus colligo Vicarium Attilium, nec electum legitimè; nec potuiſſe, ac debuiſſe citare,

Secundum, quis Parochus Forenſium, ſiuè alienigenarum Matrimonio aſsiſtere poſsit.

Tertium, an valeat Forenſis, ſiuè alienigena ſibi eligere domicilium, & contrahere Matrimonium etiam ſi id data opera in fraudem proprij Parochi præſtet.

Quartum, an poſsit Parochus alienigenarum, ſiuè Forenſium Matrimonio aſsiſtere non adhibita diligentia Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 7. de Matrimonio præſcripta.

Quintum, an dato quod Parochus Forenſium, ſiuè alienigenarum Matrimonio aſsiſtat non adhibita decreti Tridentini diligentia tale Matrimonium teneat.

Ad primum videtur quod talis Miles careat firmo habitationis domicilio, modo hic, modo illic Superiorũ iuſsu hoſpitando; & ideo vagum reputari poſse; Verum exiſtimo militem hunc in præſidio, ac comitiua militantem vagum appellari minimè debere, nam vagus dicitur, qui nullibi conſtantem ſedem, ac certum domicilium obtinet, huc, & illuc vagando; ita Tho. Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 3. diſp. 25. nu. 1. & 2. vbi docet, qui propriè vagi dicantur, & cũ iſte Miles in decreto præſidio viuat, certam ſedem, donec aliud ſibi iniunctum fuerit habere dicitur. At ille licet vagus appellari ratione allata non poſsit, dicitur tamen Forenſis, & alienigena, cum nobis ignotus exiſtat, & alibi originis domicilium teneat, quare ob rationis identitatem æquiparatur vago Sanch. vbi ſupra diſp. 25. nu. 8.

Ad ſecundum dubium quinam Parochus poſsit Forenſium, ſiuè alienigenarum Matrimonio aſsiſtere. Reſpondetur eum Parochum illorum matri-

monio de iure aſsiſtere, qui illorum Foreſium confeſsiones audire poterit, & cum quilibet Parochus, in cuius Parochia tales foreſes reperiuntur illis Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare poſsit, & non ſit maior ratio de hoc Sacramento quam de Matrimonio, quilibet Parochus illorum intereſſe matrimonio poterit; ita Martinus Bonac. de Matrimon. quæſt. 2. punct. 8. prima Prop. nu. 4. quodque apertè affirmat Sanch. d. diſp. 25. nu. 2.

Ad tertium, an forenſis eligere valeat domicilium, & Matrimonium contrahere poſsit, etiam ſi in fraudem proprij Parochi id faciat. Sanch. cit. diſput. 25. num. 11. hæc præcisè habet, ſi verò domicilio relicto, quamuis in fraudem proprij Parochi facti eſſent vagi, poſsunt coram quocunque Parocho matrimonium inire ſicut mutantes parochiã in fraudem Parochi poſſunt matrimonio copulari à Parocho nouæ Parochiæ. Hæc ille. Quæ confirmat Bonac. loco cit. num. 2. de alienigenis præcipuè loquens, etiamſi data opera id præſtent, neq; enim id docet in fraudem factum, neque fraus dicitur illi patrocinari, quia iure ſuo ille vtitur, ſicut tradunt illi prædicti DD. de eo, qui in locum vbi non eſt receptum Conc. Trid. ſe confert vt ibi matrimonium cõtrahat, abſque Parocho, & Teſtibus, & validè illum contrahere docet Bonac. punct. 7. vnica Prop. nu. 2. & Sanch. extra dentes tradit, etiã ſi eo ſe conferat per modũ tranſitus, & in fraudem Concil. Trid. diſp. 18. nu. 28. & 29. ex quo inferri poteſt dato quod Miles iſte alienigena in Diœceſ. Derthoneñ. degens tranſire ad Alexandrinam voluerit, vt ibi Matrimonium contraheret, etiãſi per tranſitum, & in fraudem proprij Parochi id feciſſet iure ſuo vtens, condemnandus non eſſet.

Ad quartum reſpondetur nullo iure poteſt Parochus aſsiſtere matrimonio forenſium, non adhibita Tridentini præſcripta diligentia, eamque omittens peccat mortaliter, ita cit, diſp.28. nu. 16. docet Sanchez, & ratio eſt quia violat decretum Concilij in re grauiſsima, & valde neceſſaria, & ille Parochus ſuſpendendus erit per Triennium.

Ad vltimum reſpondetur abſolutè, quod valet matrimonium vagorum ſiuè forenſium, ſiuè alienigenarum, qui dicuntur ignoti coram Parocho, abſque dicti decreti Tridentini diligentia contractũ, quia pro matrimonij eſſentia ſolum deſideratur Parochi, & Teſtium præſentia, ita loc. cit, nu.16. Sanchez ex communi DD. ſententia.

His habitis propoſitæ quæſtioni reſpondetur, ꝙ hic Miles, qui vt ex primo dubio ignotus, & forenſis dicitur, iure ſuo vtens, vt per tertium patet, recedere à Diœceſ. Derthonen, potuit etiãſi per tranſitum id fecerit, vt cum muliere Diœceſ. Derthonẽ. matrimonium contraheret, dummodo id de licentia Ordinarij Alexandrini præſtiterit, vti per quartũ dubium præſertim adhibita diligentia Tridentini præſcripta, cum per informationes debito modo ſumptas illum liberum, nec habere impedimentum quò minus contrahere poſſet, atque ita de licentia Ordinarij Alexandrini id præſtitum conſtet. Quod verius dicendum erit, ſi per eaſdem informationes iudicialiter habitas Alexandrino Ordinario conſtet, vt in actis illius Curiæ, tunc temporis in ſua Diœceſ. habitaſſe, nam tunc omnis ratio dubitandi ceſſaret.

Et ſi dicas quod mulier illa non erat forẽſis, idcirco ad Alexandrinã Diœceſ, accedere non potuit, vt cum viro alienigena matrimonium contraheret.

Reſpondetur cum Bonac. cit. quæſt. 2. punct. 8. prima propoſ. nu. 5. quod in paretia viri, vel mulieris poteſt celebrari matrimonium, quare cum Miles hic in Diœceſ. Alexandrinam, ac in tali paretia habitare probauerit, ideò potuit illa fœmina eo accedere, vt ibi contraheret, nempe in Parochia viri; Ita Sanchez cit. lib. 3. diſp. 19. nu. 4. & Rebel. lib. 2. q. 16. cit. à Bonac. vbi ſupra tradit, ita Sacram Congregationem Cardinalium declaraſſe.

Et ſi validum iudicatur matrimoniũ à D. Bonac. pun. 8. quæſt. 2. num. 1. cuiuſdam Amaſiæ, quæ ſe ad domicilium concubinarij tranſtulit, ibique coram Parocho illius domicilij matrimonium contraxerit, non cum Amaſio, ſed cum alio extraneo, quare validum non erit hoc matrimonium.

Dices informationes falſas fuiſſe, quia per teſtes falſum deponentes habitæ fuerant; reſpondeo ex doctrina in vltimo dubio allata, prædictas informationes falſas fuiſſe ſuper eo quod eſſet Diœceſis Alexandrinæ, non autem quod eſſet vxoratus, aut quod haberet impedimentum dirimens.

Quod ſi obijcies omiſſas fuiſſe in Parochia mulieris Derthoneñ. denuntiationes. reſponderi poterit primo hoc ad Parochum ſpectare, quem aliqui DD. aſſerunt non peccare mortaliter illas omittendo, præſertim quando adhibuit ſufficientem diligentiã ad inquirendũ an aliquod adeſſet impedimentum. Ita Sot. diſt. 28. quæſt. 1. art. 2. ad primum. Secundo reſpondetur ex doctrina Sanch. vbi ſupra. diſp. 7. nu. 7. qui præcisè concludit quod Prælatus alterius contrahentis, poteſt cum vtroque diſpenſare in denuntiationibus, quia eo ipſo, quod diſpenſat cum ſuo ſubdito, vt abſque denuntiationibus ineat matrimonium cenſetur conſequenter diſpenſare

cum

cum alio, cum denuntiationes hæ, & diſpenſatio illa ordinetur ad matrimonium, quod indiuiduum eſt conſtans ex duplici extremo, ita Sanch. ibidem, & cum iuſta eſſet cauſa diſpenſandi in huiuſmodi denuntiationibus, cum dicti eſſent in concubinatu vellentque matrimonium inire, vt in bono ſtatu ſe conſtituerent, & periculum eſſet, vt dum denuntiationes præmitterentur de nouo inter ſe commiſcerentur, quæ cauſa traditur à Sanch. vbi ſupra. diſ. 9. nu. 17. ideò Ordinarius Alexandrinus diſpenſans dictum militem, qui probauit illi ſubditum eſſe cũ muliere conſequenter diſpenſare cenſetur.

D. Martinus Bonacina propoſitæ difficultati *ſic* reſpondit. Validum eſſe matrimoninm, *ſi* Miles cum Amaſia ſe tranſtulit ad Diœceſim Alexandrinam intentione ibi habitandi, ſeu commorandi maiori anni parte: Secus ſi ad illam Diœceſim acceſſit animo ſolum contrahendi matrimonium, nõ enim ibi Paretiam acquiſiuit, vt cum Sanchez, Conincho, Gutierez, Riccio, & Menochio, docui q. 2. de matrimonio pun. 8. nu. 1. in ſecũda editione.

Adde D. Bonacinæ ſententiam illam eandem eſſe, quam habet, & ſuſtinet Pater Sanchez tomo 1. de matrimonio lib. 3. diſp. 23. quæſt 2. num. 11. & 12. quamuis Emanuel Sà Afforiſ. Confeſ. verbo Matrimonium nu. 2. referat ex voto Sacræ Congregationis Concilij, quod qui alicubi habitat animo non permanendi, ſufficit illi illic habitare dũ matrimonium contrahit: ſed ni fallor hæc deciſio non militat in mutante domicilium fraudulenter, prout in hoc caſu.

Quod ſi vrgeas ex doctrina eiuſdem Sà, ver. Parochus, nu. 2. modicam habitationem ſufficere ad matrimonium contrahendum; Reſpondetur id ve-

rum quidem eſſe de vago, & non de alienigena, & fraude ceſſante; Vel dicendum cum Sanchez loco citato nu. 15. decisionem Concilij intelligendam ſi cōtrahatur in loco domicilij per multum tempus retenti, etiam quod animus ſit ferè ſtatim recedendi poſt matrimonium contractum.

CONSILIVM VNDECIMVM.

PEtrus contracto per verba de præſenti matrimonio cum Lucia antequam illud cōſumaret, ſe abſentauit, & in aliam prouinciam ſe contulit, vbi matrimonium cum Cæcilia de facto contraxit, & conſummauit, ſed ſecundo matrimonio nullo iudicialiter declarato, Cæciliæ alteri viro à decem annis, & vltra nupſit carnali copula, & prole ſuſcepta.

Succeſsiuè Luciæ nullitatem matrimonij inter eam, & Petrum tanquam per vim, & metum vt prætenditur contracti coram Iudice Eccleſiaſtico, intentauit, & declarari obtinuit.

Quæritur an Petrus, qui tempore contracti cum Cęcilia matrimonij nullā de nullitate prioris matrimonij per Luciam prætenſa notitiam habebat, & conſequenter ſe priori matrimonio ritè, & rectè ligatū credebat, vnde nō poterat ſecūdo matrimonio conſenſum preſtare, & dum illum præſtitit nulliter etiam in foro conſcientiæ preſtitit, ſtante iam declaratione nullitatis prioris matrimonij per Luciam obtenta teneatur redire ad Cęciliam, vel potius poſsit de eius perſona, ſicut ſibi in Domino expedire iudicauerit, diſponere.

Si Petrus, vt ſupponitur exiſtimabat prius matrimonium eſſe validum, cum non potuerit ignorare ius, ac proinde deberet credere ſecundum matrimonium non valere, non videtur potuiſſe validè cũ Cæcilia contrahere, quo fit, vt hoc poſterius coniugium cenſendum ſit nullum, ac prorſus irritum iuxta l. 15. qui putat de acquir. hæred., & ea, quæ tradunt Angel. impedimentum tertio impedimento 13. nu. 5. Syluest. Matrimonium 8. q. 13. dicto 5. in fine vbi contrariam ſententiam cum hac conciliat Armil. verbo matrimonium num. 44. Nauar. in Sum. cap. 22. num. 56. in fine, Domin. Sot. 4. d. 37. q. vnica art. 5. concl. 3. Angleſ. in Flor. 5. par. de matrimonio q. 11. de impedimento Ordin. art. 3. dub. 3. & ex Canoniſtis Vincentius cap. cum in Apoſtolica de ſponſal., & ibi Io. Andr. nu. 9. Butr. num. 9. Anchar. nu. 5. Panorm. num. 6. & alij, quibus etiam videtur fauere Oſtienſ. ibidem, ſi attentè legatur; Neque obſtant, quæ in contrarium adducit Sanch. lib. 2. de matrimonio diſp. 33. num. 2. & deinceps, quia tàm ipſe, quàm Couar. & alij ab ipſo citati loquuntur, cum contrahens eſt dubius de impedimento ſecundi matrimonij, & alioqui quantum in ipſo eſt, validè intendit contrahere; hic autem ſupponitur Petrum fuiſſe certum de impedimento, adeoque mala fide contraxiſſe, cum non poſſet ignorare ſe validè non contrahere, atque idcircò, vt benè loco citato monet Sotus non potuerit habere conſenſum neceſſarium ad validè contrahendum, vt ante ipſo loco item citato benè monuerat Sylu. qui videtur omniũ optimè quęſtioni reſpondere, & reuera ſi benè legantur auctores contrariæ ſententię non videntur loqui in caſu noſtro, quia vt dixi, loquuntur de eo, qui dubitat.

tà conſcientia Titium patrem accuſare poſsit; ſed an iuſtitia mediante, & Iudice auctore, reuerentia paterna ſeruata, ac retenta, poſsit ſuam, & filiorum ſuorum vexationem redimere, quam ſibi minatam, & paratam intuetur à Patre.

Reſpondeo igitur Sempronium filium litem inſtituere poſſe contra Titium Patrem. Primò, quia id non eſt contra amorem parentibus debitum, quoniam Sempronius nec parentem odio habet, nec malum alicuius momenti eidem optat; quinimmo amoris ſigna, & exhibuit, & exhibebit perpetuò. Azorius par.2. Inſtit.moral. cap.2. art.2. poſt Angel. Sylueſt. Tabien. Armil. & Nauar.

Secundo, quia hoc non eſt contra venerationem, & cultum parentibus debitum; nam Sempronij mens non eſt in parentem maledicta conijcere, contumelia laceſſere, grauiter increpare, durè, & aſperè paſsim tractare, notabiliter lędere, vel manus eidem inferre. Azorius poſt multos loco præcitato.

Tertio, quia filius ex præcepto ad tria dumtaxat tenetur erga parentes. Sylueſt. in verbo filij quæſt. 25. primo ad dilectionem præcipuam, ſignis aliquando oſtenſam. ſecundo, ad obedientiam circa rem familiarem, & multò magis in neceſſarijs ad ſalutem citra contemptum, ideſt obſtinationem, & pertinaciam animi. tertio, ad ſubueniendum in neceſſarijs, & eis potius, etiam infidelibus, quam extraneis fidelibus.

Quartò; quia ſi filius coram Iudice poteſt contra patrem alimenta petere (ita omnes, & præcipuè Sylueſter in verbo Filij, quæſt.24. nu.28.) Cur non poterit Sempronius iudicium inſtituere, & litem agere contra Titium patrem, cum id ferè aliud non

Nec facilè credendum Titium patrem, præ litis dolore morte corripiendum, quoniam nullus adhuc legitur, aut traditur, talem ob cauſam extremum diem clauſiſſe; præterquam quod vigent iam diù inter Titium, & Sempronium lamentationes; nec hucuſque auditum quod hac occaſione aliquali morbo laborauerit. Et ita ſentio &c.

CONSILIVM DECIMVMTERTIVM.

Initium à Domino.

AN Ordinarius poſsit citra notam Irregularitatis tradere Iudici Seculari inſtrumenta ad falſam monetam cudẽdam inuẽta in domo Parochiali, vbi habitabant quidam Laici falſas monetas cudentes, qui tandem per Iudicem Laicum fuerunt carcerati, & ſuſpenſi.

RESpondeo non teneri Ordinarium tradere inſtrumenta ipſa Iudici. Primò, quia parochialis domus gaudet immunitate per textum in cap. Quiſquis 17. quæſt. 4. præcipuè ſi propè Eccleſiam ſit conſtructa domus per triginta paſſus Eccleſiaſticos, prout in caſu noſtro.

Secundò, quia ex hoc facto videretur Iudex ſecularis aliquod ius, aut placitum habere, & exercere in domibus Eccleſiarum, quod eſt contra textum in cap. vt placita Laicorum de immunit. in 6.

Tertiò, quia licet de iure communi delicta enormiſsima reddant delinquentes incapaces Immunitatis Eccleſiaſticæ, teſte Remigio de Immunitate

fallert. 28. nihilominus falſam monetam cudere non eſt delictum expreſſum in Bulla Gregorij XIV. de Immunitate.

Quartò, quia in Capitulo diffiniuit 17.q.4. ſtatuitur ne confugientibus ad Eccleſias aliquid nocibilitatis, damni, aut ſpolij inferatur, ſi ergo reſtituerentur hæc inſtrumenta per Ordinarium Iudici Laico, hoc eſſet aliquid nocibilitatis inferre cōfugientibus ad ipſas Eccleſias.

Nec obijciatur Immunitatem conceſſam fuiſſe locis, & perſonis, non autem rebus, quia reſpondetur id verum eſſe; ſed vt res ipſæ non poſsint extrahi per Iudicem Laicum, ſufficit quod reperiantur in loco exempto.

Si dicatur delinquentes data opera propè Eccleſiam animo confugiendi ad illam puniendos eſſe Immunitate, ex Nauarro in Man.cap.25.num.121. Reſpondetur Reos iſtos deliquiſſe non propè Eccleſiam, ſed in propria domo Parochiali, & ita reos eſſe priuandos Immunitate Eccleſiæ; hoc idem ſeruatur, quādo offendunt exiſtentem propè Eccleſiā, aut in Eccleſia ex inſidijs, & proditorię; præterquā quod in argumēto fit tranſitus à rebus ad perſonas.

Hinc non poteſt Ordinarius citra notam Irregularitatis tradere Iudici Seculari inſtrumenta ipſa, & ratio eſt, quia traditio poſſet eſſe cauſa proxima deformationis, mutilationis, vel mortis: cauſa vero proxima eſt dictum, aut factum directum ſufficienter ex ſui natura, aut ex ſpetiali intentione in defformitatem, inde ſecutam. Nauar.in Man.cap, 27.num.121. inſtrumenta igitur, apud Iudicem facerent inditium ad grauem torturam per quam ſi veritas haberetur, mors indubitanter Reis infligeretur.

Nequę

Neque proteſtatione, quod non procedatur ad pœnam ſanguinis poſſetOrdinarius ſe tueri, quia de Iure Canonico hæc fuit adinuenta in fauorem querelantium tantum, & denuntiantium, qui vel propriam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 213. & 226.

Obijcient quidam oppoſitum ſentientes, Cap. tua nos de Homicidio, vbi Summus Pontifex declarauit, Clericum Scolarem Irregularitatem non contraxiſſe, quia tradiderit Prætori inter ſignia furis, ſcilicet, cultellum, & ſottulloria cui furi ſatellites eruerunt oculos, abſcindentes virilia, & hac ratione exceſsit ab humanis.

Reſpondetur cumPanormitano ibidem, mortem furis non fuiſſe adſcriptam Scolari, quia non commiſit homicidium facto, præcepto, vel teſtimonio.

Reſpondetur ſecundò quòd fur iſte ſe ipſum occidit, videlicet, non ſumendo cibum, & potum.

Sed adhuc inſtant ſcolarem poſſe immunem eſſe ab Irregularitate ratione mortis, non tamen excuſari poteſt ob deformationem, cũ fuerit in cauſa, quod apparitores, & oculis, & virilibus priuatum reddiderint furem, & ideo.

Reſpondetur tertio, quod propter inſignia tradita Prætori non fuit fur conuictus de furto, & ita excuſatus fuit Clericus ſcolaris ab Irregularitate.

Sed contra, Scolaris ſaltem dedit cauſam morti. Reſpondetur quartò, Clericum ſcolarem fuiſſe immunem ab Irregularitate, quia de Iure huic furto non debebatur pœna mortis, nec abſciſsionis alicuius membri, proinde, ſi exceſsit Prætor, non eſt mors ſcolari adſcribenda. Hoſtienſis verò contrarium ſentit, eò quòd fur intrauerat cum armis, & ſic debebat decapitari. Reſpondent alij, quod

pro tam modico furto ſequi non debebat pœna mortis.

Reſpondetur quintò, quod ſcolaris dedit interſignia, vt recuperaret res ſibi furto ſublatas, & ſic egit modo ciuili. Cap. Prælatis de homic. in 6.

Reſpondetur ſexto, quod dedit interſignia, vt fieret ſibi iuſtitia de vulnere ſibi illato, non autem, vt fur ille moreretur, & ad propriam iniuriam proſequendam cum proteſtatione &c. de iure ita facere potuit.

Reſpondetur ſeptimo, cum Hoſtienſe, quod ſcolaris Clericus non accuſauit, nec teſtimonium perhibuit, nec aliquo modo præcepit homicidium, ſed tantum requiſitus à Prætore reddidit illa ſigna, & ſic cauſa iſta fuit multum remota, & inſufficiens, ex qua non ſequitur irregularitas, Sayrus de cenſuris lib. 6. cap. 18. nu. 8.

Reſpondetur tandem cum Felino ſuper hunc textum, quod ſcolaris egit modo ciuili tantum ad recuperationem rerum ſuarum, & quamuis textus habeat multos intellectus; nullum tamen vidit meliorem iſto: quamuis Innocentius per hunc textum dicat licere Clerico tradere interſignia latronis; id tamen verum eſt, quando interſignia, & ex ſui natura, & reſpectu delicti, cui inſeruiunt, non ſunt idonea ad inferendam mortem, vel mutilationem.

Illud tandem conſtitutiſsimum ſit euentus ſecutos ex aliquo opere, non præcogitatos ab operante, ſed præter eius intentionem contingentes, imputari operanti ſi illi euentus per ſe, & neceſſariò ſequuntur ex priori opere, aut ſaltem vt in pluribus euenire ſolent ex illo. S. Thomas 1. 2. quæſt. 20. art. 5. hinc fit, quod reſtituendo Ordinarius hæc inſtrumenta licet non præcogitet mortem, aut mutila-

tionem, ſed præter illius intentionem contingat, per ſe, nec neceſſariò hæc ſubſequantur, ex inſtrumentorum traditione, tamen cum poſsint eſſe cauſa confeſsionis delicti (ob grauem torturam) cui de Iure debetur pœna mortis, abſtinere debet ab inſtrumentorum reſtitutione.

Non vrget aliquorum dictum nimirum, ad incurrentem Irregularitatem ſemper neceſſariam eſſe cauſam immediatam, & propinquam, quia reſpondetur ſufficere aliam cauſam non omninò remotam arbitrio boni viri. Couarruuias *Clem. Si furioſus 29. per refectionis* §. 4. nu. 9. Gloſa in *cap. is qui, de homic. in 6.*

Confirmatur, quia Clericus erit Irregularis, ſi conſilio, aut auxilio erit in cauſa, vt lis criminalis terminetur citius, vel notabiliter acceleretur, executio mortis, aut mutilationis. Henriquez *Theol. moral. lib. 14. cap. 12. §. 7.* Sayrus de cenſuris *lib. 6. cap. 18. num. 22.* ergo inſtrumentorum traditio poterit eſſe auxilio, vt lis criminalis citius terminetur inter Fiſcum, & Reos, cum accelleratione mortis, vel mutilationis.

Confirmatur ſecundò, quia Clericus Irregularis erit ſi videndo furem fugientem cum rebus ſibi ſublatis, clamans vicinos vocando, qui furem occidant, etiam contra clamantis proteſtationem; quia debuit aduertere ita clamando priuatos homines concurrentes vix ab occiſione Rei poſſe ſe temperare: eadẽ ratione aduertere debet Ordinarius, quod miniſtri Regij obtentis huiuſmodi inſtrumentis ſolent ad grauiſsima tormenta procedere, quibus veritatem extorquentes Reos damnant vltimo ſupplicio.

Adde Innocentium III. declaraſſe Irregularem

Monachum, qui pietatis cauſa tumorem ferro aperierat cuidam mulieri, quæ mortua eſt, quia vento ſe expoſuerat contra præceptum Monachi, & tamen non euaſit Irregularitatem, quia dederat operam chirugiæ prohibitæ ob periculum homicidij, quod frequenter ſolet exinde ſequi. Innocen. cap. Tua nos, de homicid. Sayrus de cenſuris libro 7. cap. 6. num. 9.

Adde ſi Princeps cui defferuntur litterę, quibus continetur, vt aliquem ad mortem damnet vel mutilet, ignarus eorum quæ continentur, dat eas Clerico ſibi aſsiſtenti iubendo vt eas aperiat, & legat, quibus apertis, & lectis ſi mors ſequatur, aut mutilatio Irregularis erit Clericus. Maiol. de Irreg. lib. 2. cap. 6. num. 9. Henriquez Theol. moral. libro 14. cap. 12. num. 2. & ratio eſt, quia ex lectura ſua ſequutum fuit homicidium, & præſtitit auxilium ad mortem. Innoc. Hoſt. Marianus in cap. Sententiam. Ne Clerici, vel Monachi.

Adde tandem, qui non conſulit homicidium, ſed aliquid aliud vnde ſequi poteſt, ſi veriſimiliter potuit opinari, quod inde ſequeretur mors, eſt Irregularis. Sayrus de cenſuris lib. 7. cap. 4. nu. 14. Gloſ. in cap. is qui, de homicidio in ſexto.

Hinc factum eſt, vt negotio iſto ſemel, & iterum propoſito Dominis Conſultoribus Penitentiariæ Mediolani, ex ſexdecim Conſulentibus, duodecim fuerunt in voto, non poſſe Illuſtriſs. Ordinarium citra notam Irregularitatis tradere inſtrumẽta hęc Iudici ſeculari illa enixe petenti, & ideò non fuerunt tradita.

CONSILIVM DECIMVMQVARTVM.

SAcerdos obtinet Capellaniam, de cuius fundatione nullo modo conſtat, ſed illud tantum certum eſt teneri ad celebrandum quotidie in tali Eccleſia, & in tali Altari cum ſtipendio conuenienti.

Quæritur an Sacerdos teneatur applicare valorẽ Miſſarum pro fundatore Capellaniæ.

Reſpondetur, Sacerdotem teneri applicare valorem Miſſarum pro fundatore Capellaniæ; tũ quia fundator cenſetur voluiſſe ſibi conſulere, & prodeſſe omni meliori modo, vt communiter teſtantur Doctores cum Syluestro, verbo Miſſa primo nu. 5. 7. & 11. Tum quia Capellaniæ conſueuerunt inſtitui cum onere, vt Capellanus applicet Sacrificium Miſſæ pro fundatore, & fortiſsima præſumptio deſumitur ex conſuetis, & communiter accidentibus. Sanchez in Decalog. lib. 4. cap. 1. num. 13. & Menochius lib. 1. de præſumptionibus quæſt. 18. nu. 1. & Syluester verbo Miſſa, 1. quęſt. 11.

Tum quia piorum Legatorum interpretationem, a mente, & voluntate legantiũ petendam eſſe præcipiunt viri excellentes iuris Diuini, ac humani. Comitolus reſponſorum Moralium lib. 7. quæſt. 5. num. 2. & quando ex caſu ſuperueniente colligitur præſumptio quod ſi teſtator cogitaſſet, ita diſpoſuiſſet, talis mens debet attendi per textum in l. tale pactum in fin. & in l. acutiſsimi, C. de fideicommiſsis iuncta gloſſa, & in l. generaliter, C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus ſub conditione factis. Syluester verbo teſtamentum 1. quæſt. vlt. conc. 8. Comitolus reſponſorum Moralium lib. 7. quæſt. 8.

nu.4. Tum quia teſtatoris voluntas dicitur euidens quando colligitur ex coniecturis. L. licet Imperator ff. de leg. 1. & leg. non ad ea de conditionibus, & de monit. Abbas conſil. 68. 2. par.

Tum quia teſtatoris voluntas coniecturata idem operatur, quod expreſſa. L. ſi ſeruus plurium §. fin. de legat. præſertim quando illam interpretamur coniecturis non captioſis. Comitolus reſponſ. Mor. lib. 7. quæſt. 13. nu. 4. poſt Syluest. Couarruuiam, & Nauarrum, ibidem citatos.

Tum quia piũ eſt voluntatem teſtatoris piè interpretari Comitolus reſponſ. Moral. lib. 7 quæſt. 14. num. 9.

Tum quia illa interpretatio ſemper facienda eſt, quæ fauet animę. Conſtan. Roger. de iur. interpr. ver. 8. videamus nu. 2. immo cum de fauore animæ agitur verba latè ſemper ſunt accipienda, vt notat Bart. in authent. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. Galarat. renuntiat. 23. nu. 4.

Tum denique quia cum tractatur de cõmodo, & vtilitate animæ recurrendum eſt ad veriſimilem teſtatoris voluntatem, quæ licet aperta non ſit eſt tamen omninò ſeruanda. l. Cum reſ. in prin. ff. de leg. 1. l. ſicut cæteri. C. de teſtament. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 19. nu. 1. & 2. Vbi probat in teſtamento ſi quid dubium, vel ambiguum ſcriptum ſit, illud benignè interpretandum, & ſeruandum id, quod credibile eſt cogitatum. L. cum in teſtamento ff. de reb. dub. Bald. in l. fin. in vlt. not. C. de Hæred. inſtit.

Et licet veriſimilitudo non probet per neceſſe, probat tamen neceſſario bono viro. Aret. conſ. 126. col. pen. & conſ. 84. col. 3. verſic. & hoc maxime dicendum, quia qualibet diſpoſitio extenditur ad eũ

caſum de quo veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi teſtator cogitaſſet, Dec.conſil. 227. nu. 11. & conſil. 189. verſic. ad hoc facit. Signorol.conſil. 183. nu. 10. & conſil. 206. nu. 3. & ita in hoc caſu interpretatio inſtituentis miſſam quotidianam eſt intelligenda vt veriſimile ſit intellexiſſe de Sacrifitio ſibi applicando, quia id prouenit á ratione naturali, cum veriſimilitudo dicatur cognata naturæ, & veritatis. Bald. conſil. 363. lib. 3. & conſil. 380. nu. 3. eodem lib. Oldradus conſil. 13. &c.

CONSILIVM DECIMVMQVINTVM.

A. Ad ſubleuandam inopiam B. eius mariti vendidit cum diſpenſatione Senatus vltimum pignus dotale, C. fratri B. hac tamen lege, vt pecunia conſignaretur B. marito ſuo, quò poſſet iuxta literas Senatus mercimonium exercere: factum fuit Inſtrumentum venditionis, ſed pecuniæ remanſerunt apud C. emptorem, & fratrem B. qui numquam voluit pecunias tradere B. eo prætextu, quod fideiuſserat pro illo, & tamen pro ſoluendis fideiuſsionibus receperat á B. ducatonos quingentos, nec ideo voluit perſoluere prętium pignoris dotalis empti, ita vt A. fuerit coacta mouere litẽ contra C. vt poſſet conſequi prætium pignoris dotalis eidem venditi: Nunc,

Quæritur primò an A. tuta conſcientia potuerit mouere litem contra C.

Secundò, an C. in foro conſcientiæ teneatur ad omnes expenſas, & dãna, quæ verè paſſa eſt ipſa A.

Potuit immo debuit A. ſalua honeſtate, & conſcientia mouere litem contra C. quando alia via, ſcilicet

ſcilicet vrbanitatis,& humanitatis non potuit conſequi prætium pignoris dotalis eidem C. venditi, quinimmò tenetur C. in foro conſcientiæ ad omnes expenſas, & damna.

Quia debitor moroſus tenetur de damno, & lucro ceſſante. Syueſter verbo Mora 4. Emanuel Sà Aphoriſ. Confeſ. ver. Debitum nu. 12. moroſus autem eſt debitor cum non ſoluit in termino conſtituto aduertens explicitè, vel implicitè creditorem velle ſibi fieri ſolutionem. Salonius 2.2 quęſt. 78. art.2. controu.8. nu.18. Reginaldus lib.25. num.77. in ſua Praxi fori Pœnitentialis, Leſsius de iuſtit. & iure lib.2. cap.20. dub. 17.

Et tenetur ad omnes expenſas, & damna. Molina poſt Couar. & Bartolum diſp.312.nu.6. Rebellus de obligat. Iuſt. lib.11. quæſt.15. nu.6. Reginaldus vbi ſupra nu.183.

Idque magis verum eſt, quando creditor iniuſtè paſſus eſt ob culpam creditoris. Nauar. in Manu. Confeſ. cap.17. num.24. Petrus Nauar. lib.4.cap.1. dub.3. nu.4. Rodriquez in Sum. part. 1. cap.151.nu. 4. Clauis Regia lib.10.tract.2. cap.3. nu.9. & tract. 3. cap.vnico art.1. & 2.

Siue moroſus fuerit ob culpam latam,aut leuem. Rebellus, Leſsius, Molina, & Reginaldus locis ſupra citatis.

Et ante Iudicis ſententiam tenetur in foro conſcientiæ ad expenſas, & damna omnia, Nauar. in Man. cap.17. nu.184. Azorius parte 3.Inſtit.moral. lib.7. de commodato cap. 7. Leſsius de iuſt. & iure lib.2. cap.27. dub.9. Molina diſp. 294.

His adde, quod quando res accepta cedit in vtilitatem debitoris, reſtitutio facienda eſt expenſis ipſius debitoris. Bonacina poſt alios, de contra-
ctibus

ctibus diſp.1.quæſt.5. puncto vnico propoſ.3.nu.10.

Hinc qui ſcienter retinet alienum inuito Domino, & poteſt data opportunitate reſtituere manet in ſtatu peccati mortalis, quamdiù non reſtituit. Vaſquez part.2. tom.1. diſp.75. cap.2. & in Opuſc. cap.5 §.1. dub.3. Aragonius 2.2. quæſt.62. artic.8. Clauis Regia lib.10. tractat.5. cap.4. nu. 13. Ratio eſt, quia præceptum reſtitutionis obligat ſub mortali data opportunitate reſtituendi.

Nec excuſari poteſt C. allegando, quod retinebat apud ſe pecunias, vt poſſet indemnem ſe conſeruare ob fideiuſsionem factam pro B. fratre, & ita intendebat ſatisfacere creditori ſui creditoris, quod licitum videtur in vtroque foro: quia

Reſpondetur primò, id eſſe licitum quando debitum eſt liquidum, & fit ex iuxta cauſa, nec tuus creditor ex hoc patitur detrimentum, Bonacina poſt alios de contract. diſp.1.q.4.puncto 3. propoſ. vnica, ſed quis non videt quantum damnum fuerit paſsa A. ob dilationẽ ſolutionis iſtarum pecuniarũ.

Reſpondetur ſecundò, B. vt mihi relatum, dediſſe C. quingentos ducatonos, quibus ſolueret fideiuſsionem pro ſe factam.

Reſpondetur ergo C. in actu celebrationis Inſtrumenti iuraſſe iuxta diſpenſationem Excellentiſsimi Senatus, videlicet pecunias iſtas ad alium effectum non deſtinandas, quam vt ijs ipſis exerceretur mercimonium per B. fratrem, quoniam hæc erat mens, & voluntas A. vxoris.

Reſpondetur quartò, quòd cum iſtæ pecuniæ ſint dotales, de iure poli ſanari non poſſunt ijs ipſis debita mariti, etiam quod proteſtaretur ſe multũ impendiſſe in alenda, vel ornanda vxore. Nauar.Man. cap.17. num.155.

Et ex his omnibus cenſeo in foro conſcientiæ A. potuiſſe, & debuiſſe mouere litem contra C. ipſumque C. in foro conſcientiæ teneri ad omnes expenſas & damna. Salua quæ iuſtior fuerit ſententia, & ita ſentio.

CONSILIVM DECIMVMSEXTVM.

AN vidua tuta conſcientia petere, & recipere poſsit alimenta ab hęredibus mariti præmortui, iuxta diſpoſitionem Statuti Mediolani 312. etiam quod hæredes non ſint in mora reſtituendi dotem.

REſpondetur affirmatiuè, tum quia Statutũ fuit factum in fauorem Viduarum, quæ ſi non haberent optionem recipiẽdi alimenta potius, quam dotem ipſis non prodeſſet. Tum quia verba Statuti, ſi dotem non ſuſceperit explicantur à Carpano ibidem hoc pacto, ideſt ſi mulier ſpontè dotem nõ acceperit; Tum quia hæredes poſſunt iure communi poſt annum eximere ſe à præſtatione alimentorum, at ſtante ſtatuti diſpoſitione, non poſſunt, vt docet Carpanus ibidem. Tum quia vidua dotem non habens eſſet melioris conditionis,quoniam illa poteſt ſemper petere alimenta: Tum quia ſtatutum ex ordine Excellentiſsimi Senatus eſt in viridi obſeruantia. Tum quia hoc ſtatuto reficitur damnum viduis illatum per ſtatutum 296. per quod tollitur viduis beneficium iuris communis, nimirum petendi aliquam partem bonorum mariti. Tum quia alimenta dantur, & debentur non intuitu dotis, ſed intuitu bonorum ipſius mariti, quia cum vxor fuerit

rit illi viuendo indiuidua comes, eidem in ſeruiendo, voluit ſtatutum, vt præmortuo marito aleretur vxor de bonis mariti, iuxta ſui ſtatus decentiam, & præcipuè dum mariti lectum honeſtè, & caſtè cuſtodierit; & ita fuit deciſum in Sacra Congregatione Pœnitentiariæ Mediolani.

Fuit etiam dictum quod ex cauſa pōteſt ſtatui in præiudicium ſingularium perſonarum, & quod lege, ſtatuto, & conſuetudine poteſt licitè, & tuta conſcientia, iuri priuatorum derogari ob bonum publicum, quodque Reſpublica pro bono publico, & communi poteſt rem vnius alteri dare.

Nec obſtat quorundam Canoniſtarum opinio, in Cap. Salubriter de Vſuris, & in Clementina prima tit. eodem, damnantium huiuſmodi ſtatuta, quia Summus Pontifex damnat ibi ſtatuta taxantia certam quantitatem alimentorum, quod non militat in caſu noſtro; ſiquidem non vult ſtatutum, nec determinat, quod omnibus viduis dentur tot pro alimentis, ſed tantum decernit quòd viduę alantur, & alimententur de bonis quon. mariti ſui.

Reſpondetur ſecundò, textus præcitatos intelligendos eſſe attento Iure communi, cuius virtute, poterant viduæ petere aliquam partem bonorum mariti, quo attento Summus Pontifex damnat ſtatuta taxantia alimēta viduis, quoniam hac ratione nimis grauarentur hæredes, & hoc eſſet iniuſtum, & iniquum; vt viduę haberēt partem bonorum mariti, & alimenta.

CONSILIVM DECIMVMSEPTIMVM.

SVperioribus annis erecta fuit in quibuſdã Ciuitatibus ſocietas quæ vulgo nuncupatur accomunita, in qua plures in vnum cõferunt pecunias ad lucrum pro licitis negotiationibus exercendis, & vnum ex ipſis, vel alium negotiationi præficiunt deſignata ei aliqua ſperati lucri parte. Huius ſocietatis natura eſt, vt omnes omnium,& quorumcunque fructuum, & lucrorum ſint participes iuxta ratã capitalis damnis autem,& futuris euentibus nolunt ſubeſſe inſolidum, ſed vnuſquiſque tantum pro rata ſui capitalis, ita quod ſi negotiator reponat ſummam capitalis ſocietatis maiori periculo quam ſit ipſum capitale, & damnum eueniat, nullus eorum intendit pati maius damnum quam ſit propriũ capitale, & ad ratam ſui capitalis; Si verò non eueniat damnum, & fiant lucra magna, volunt omnes participare iuxta ratam ſui capitalis tantum.

Quæritur primò, an hæc ſit vera ſocietas, an pura participatio lucri.

Quæritur ſecundò, an ſit licita, & iuſta.

Ad primam quæſtionem reſpondetur quod eſt vera ſocietas. Probatur ex diffinitione ſocietatis, quæ eſt duorum, vel plurium conuentio ſuas pecunias, operas, & induſtriam in vnum conferentium ad vſum, & lucrum, vt videre eſt apud Summiſtas v. Societas. Nauar. in Man. cap.17. nu. 251. Molina tract.2. diſp.411.

Ad ſecundam quæſtionem. Reſpondetur quod eſt licita, & iuſta. Probatur primo, ſocietas illa cenſetur licita,& iuſta quæ in commune bonum Ciuium tum diuitum, tum pauperum reſultat, D.Th.

2.2. q.77. art.4. Sed hæc talis eſt; nam inuenta eſt vt patet ex intentione inſtituentium, vt Ciuitas abundaret magnis mercibus: vt diuites abſque periculo perdendi omnia bona ſua pecunias ſuas in commune ad mercaturam conferre poſſent, & vt pauperes haberent vnde cibum ſibi pararent.

Secundò, ſicut in ſocietatibus apponi poſſunt pacta quod negotiationis præfectus non negotietur cum talibus perſonis, non tali tēpore, non in talibus mercimonijs pro bono ſocietatis, ita quod non exponat ſummā capitalis maiori periculo quam ſufferre poſsit, & ſi expoſuerit, & euenerit infortuniū, luat de ſuo, ergo pactum iſtius ſocietatis non eſt iniquum.

Prima pars antecedentis amplectitur ab omnibus. Molina vbi ſupra diſput. 414. Graphius de ſocietate.

Secunda vero pars iuſta eſt, quia negotiatores frequenter ſunt pauperes, ne ergo indiſcretè ſe gerant, & imprudenter, apponitur tale pactum contra quod ſi venerint tenentur de ſuo. Rodriquez 1. par. Sum. c.46. concl. 8.

Nec obſtat quod velint eſſe participes lucri, & non damni &c. Primo quia ſicut pro rata ſui capitalis volunt eſſe participes lucri, ita pro eadem, & damni; ſecundo diſtinguitur accomunita ab alijs ſocietatibus, quod in alijs tenetur vnuſquiſque ſociorum inſolidum pro alijs, in accomunita vero tantum pro rata ſui capitalis.

Non obſtat ſecundò, quod negotiator non poſſit perdere, niſi ſuas operas, verum eſt quando ipſè non eſt vnus ex ſocijs deponentibus capitale, quoniam tunc non poteſt perdere niſi operas. Corradus tract. 6. q. 88.

Aliud

Aliud reſponſum.

AD primum quæſitum reſpondeo eſſe contractũ verè ſocietatis; quia negotiatio iuſta eſt, & licita; quia capitale lucratur, & perit conferenti, quia ſeruatur ęqualitas, & quia contrahitur ſocietas quædam certæ rei, quæ circa peculiaria negotia, & ita ſatisfactum cẽſeo etiam ſecundo quæſito.

Verum duo hic examinanda; primum an pactum quod amiſſo capitali aliud damnum ſubire non intendunt ſocij quam ipſius capitalis, an inquam pactum iſtud ſit iuſtum.

Alterum eſt, an ipſo capitali expoſito maiori periculo poſsint ſocij eſſe participes maioris lucri quã requirat ipſorum capitale in ſocietatem collatum.

Ad primum, pacta lucri, & damni incerti ſeruanda eſſe, ſi tamen rectæ rationi, & æquitati non repugnent: clamant enim iura omnia nihil naturalius eſſe, aut æquius, quam vt honeſtæ conuentiones & pacta, mutuo, & libero contrahentium conſenſu inita ſeruentur: aliàs rueret humana fides, quæ præcipuum eſt fundamentum in omnibus iuſtitiæ, & æquitatis contractibus. Pactum autem in præſenti contractũ poſitum, nec rectæ rationi repugnat, nec æquitati: quia recta ratio dictat, & æquitas ſuadet, vt nullus negotietur vltra vires ſuæ facultatis, & authoritatis, ne ſibi, vxori, & filijs, vel alicui tertio, graue damnum inferat, quod ſuſtinere nequeat. Neque ſocius negotiationi pręfectus excedendo facultatem à conſocijs ſibi conceſſam, aut poteſt, aut debet eoſdem maiori iacturę exponere, quam inter eos ſit conuentum: cum eiſdem licuerit paciſci, ne tali, aut tali mercimonio; nec in tali, aut tali loco, aut tempore, cum tali, aut tali homine, negotietur.

Etſi

Etſi rebus loco, aut tempore, aut perſona pacto excluſis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit. Ita poſt Sanctum Anton. Nauarrus in Manual. Confeſſ. cap. 17. nu. 259.

Reſpondetur ſecundò, quòd licet ſocij teneantur æqualiter ad ſananda debita contracta per ſocietatem; id tamen debet intelligi de damnis, quæ ex ſocietate, tamquam ex cauſa proxima oriuntur. Damna enim quæ contraxerit aliquis eorum alia via à ſocietate diuerſa, & aliena non efficiuntur communia: Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 9. cap. 5. quæſt. 4. Michael Salon. tom. 2. de contractu ſociet. art. 2. nu. 10.

Reſpondetur tertio, culpam latam, & leuem obligare tranſgredientem, & delinquentem, non autem conſocios, vbi in ipſas culpas nō cōſenſerint; igitur negotiatorum, & mercium præfectus exponendo ſe maiori periculo, quam poſsit ſuſtinere capitale ſocietatis, ob talem culpam tenebitur de ſuo, ad refectionem damni excedentis ipſum capitale.

Nec iuuat ſi dicatur, eueniente maiori damno quā ſit capitale ob culpam leuiſsimam iure communi teneri omnes ſocios. Nam reſpondetur quod ſocius negotiorum præfectus non debebat expendere, & implicare, niſi ſummam totius capitalis ſocietatis.

Addo quod ſocius recipiens pecuniam ad negotiandum, poteſt illam ſocio conferenti aſſecurare; non quidem ex vi contractus ſocietatis (id enim vetitum per Bullam Sixti Quinti, Deteſtabilis auaritiæ &c.) ſed ex vi contractus aſſecurationis certo prætio ſibi conſtituto pro onere, & periculo, atque lucro magno incerto vendito pro minori certo. Nec hoc modo tranſit pecunia in mutuum; quia nō recipitur ad vtendum vti libuerit, quod proprium

eſt

eſt mutui, ſed tantum ad negotiandum. Azorius Inſtit.Moral.par.3. lib.9. cap.4. poſt medium.Mich. Salon. tom.2. de contractu ſociet. controuer.2.nu. 14. & 21. Cur ergo non poterunt ſocij inter ſe paciſci, vt ſocius negotiorum præfectus non poſsit maiori damno eoſdem afficere, quam amiſsione totius capitalis? Eò magis cum damnum, aut lucrum maius non intendant, quam oriri poſsit ex proprio capitali.

Dico tandem ex receptiori Doctorum ſententia; quod ſicuti in fine ſocietatis euenire poteſt, vt nullo exiſtente lucro, capitale ſit ſaluum, & ſocius, qui operas, & induſtriam poſuit illam amittat; nec ideo ſocius pecuniæ dominus, tenetur ad aliquam refectionem erga illum: Tum quia ſic pacti ſunt ab initio cõtractus; Tum quia pecunia res eſt permanẽs, & manere poteſt ſine lucro, induſtria verò cum ſit res quædam fluens, & ſucceſsiua in motu conſiſtẽs non poteſt eſſe ſine lucro, quin pereat: Ita nullum erit inconueniens, ſi ſocius negotiorum præfectus maius damnum, quam alij conſocij, ſuſtinuerit: Tum quia ſic à principio inter eos conuentum: Tum quia huic maiori dàmno, citra ſociorum conſenſum ſponte ſe expoſuerit. Et ita ſentio, Ego infraſcriptus, ſaluo &c.

Ad ſecundum dicitur, quod cũ ſocij nolint eſſe participes maioris damni (ſi euenerit) præter capitale expoſitum, nec maioris lucrũ ex hoc periculo prouenientis conſortes eſſe debent, quia non ſeruaretur æqualitas neceſſario requiſita in omnibus cõtractibus. Nec tale lucrum ſuſtineri poteſt titulo pœnæ conuentionalis; tum quia ex communi DD. ſententia, hæc imponitur tantum in mutuo, vel in compenſationem damni emergentis, aut lucri ceſ-

ſantis,

ſantis, vel ſaltem vt per pœnam iſtam debitor ſit diligentior in ſoluendo mutuo, quæ non militant in noſtro caſu. Michael Salon.tit.2.de contractib. q.78. art.2. controu.11. vbi monet aſſuetos vſuris, & de tali vitio infamatos, apponentes hanc pęnam alicui mutuo, magnam afferre occaſionem ſuſpicandi, quod in fraudem vſurarum ab ipſis apponatur, & propterea iiſdem conſulendum, vt in ſuis contractibus huiuſmodi pœnis non vtantur. Dico ergo contractũ iſtum iuſtum, licitum, & honeſtum, ita tamen, vt ſocij nec exigant, nec recipiant partem lucri prouenientis ex maiori periculo, cui expoſitum fuit capitale ſocietatis per negotiatorum geſtorem pecunia numerata, vel credita.

CONSILIVM DECIMVMOCTAVVM.

AN Titius Cartuſianus ob delicta grauia, præſertim ob fugam, & Apoſtaſiam cum fractione carceris ſæpe repetitam, poſsit à Religione expelli, & habitu priuari.

Vt difficultas iſta examinetur legitimè, & diſcutiatur, tria ſunt explicanda.

Primum, an quilibet Regularis poſsit a Religione expelli. Secundum, à quibus expelli debeat, nimirum à Generalibus, à Prouincialibus, ſeu à Priore Conuentus de conſenſu Capituli. Tertium, quibus de cauſis expelli poſsit.

Ad primum reſpondeo Regularem quemcumque poſſe ab ordine ſuo expelli, & habitu priuari. Cap. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum, & c. Relatum ne Clerici, vel Monachi. Cap. vltimo de

Regular.

Regular. iuncta gloſa cum Panormitano. Alexander ſextus prout legitur in lib. qui intitulatur. Monumenta ordinum primæ impreſsionis fol.56.conc, 65. Pius V. anno 1566. 19. Septembris, Ordini D. Hieronymi in Hiſpanijs, prout in compendio priuilegiorum eiuſdem Ordinis, verbo Cõdemnatio. Nauar. conſil.50.de Regularibus. & Commentario 2 de Regular. nu.33. & Comment. 3. de Regular. nu.52. Sylueſter verbo Abbas 5.nu.6. Menochius de arbitrarijs Iudicum, caſu 546. nu. 43. 44. Emanuel Rodriquez quæſtionum Regularium tom. 1. quæſt. 30. art.5.& 14.& tom.2. q.2. art,5. Graffius deciſionum aurearum part.1. lib. 2. cap. 24. num. 19. Eman. Sà lib. Aphoriſ. verbo Religio nu. 40.

Ad ſecundum, facultas expellendi Regulares ab ordine non competit Prælatis omnibus Regularibus, ſed Generalibus, & Prouincialibus tantum. Generalibus per ſemetipſos dumtaxat, Prouincialibus vero cum conſenſu maioris partis Capituli. Ita Alexander 6. Ordini Minorum reſcripto ſuperius citato. At Pius V. Ordini Diui Hieronymi conceſsit, vt in Capitulo generali, aut priuato tantũ, diffiniri poſsit, an Regularis ſit expellendus; ſed in alio reſcripto, conceſsit eidem ordini, vt Generalis de conſilio tamen fratrum Monaſterij, poſsit indignos expellere, ita in Bulla in reſponſione primi dubij citata: & quamuis Syllueſter verbo Abbas 5. nu.6. docet Abbatem, vel Prælatum expellere non poſſe Monachum è Religione, ſubdit tamen id fieri poſſe in vim Regulæ, aut priuatæ conſtitutionis per Summum Pontificem confirmatæ, & ita ſentit Nauar. conſil.50. de Regular.

Ad tertium, reſpondeo quod idem Pius V. eodẽ reſcripto primo loc.cit.decreuit Regulares expellẽ-

dos

dos pro delictis grauioribus tantum, aut grauiſsimis, nimirum inobedientiæ, contumaciæ, aut incorrigibilitatis. Sed Alexand. 6. præcitato reſcripto conceſsit Generalibus Minorum, vt poſsint incorrigibiles habitu expoliare, & ab ordine eijcere; ij autem ſunt qui notorie, & delicta committũt, & incorrigibiles ſe oſtendunt, ita Sanctus Bonauen. quæſt. 14. ſuper Regulam Minorum. Verum apud Patres Dominicanos vt legitur in Conſtitutionibus eiuſdem Ordinis Romæ impreſsis anno 1566. diſt. 1. cauſa 19. ille declaratur verè incorrigibilis, qui culpas committere non timet, & pœnas ferre recuſat, vel ex eorum ſæpius repetita inflictione cognoſcitur diſcretorum iudicio non proficere. Apud Minoritas verò ille dicitur incorrigibilis, vt habetur in Ordinationibus generalibus Toletanis cap. 6. titulo de incorrigibili, qui ter iuridicè conuictus fuit, & punitus de eodem graui crimine, nec ſe correxit, vel ſaltem incorrigibilis dicatur iuxtà eorundem Ordinationes in capitulo generali Valiſoleti anno 1593. factas, qui ter conuictus fuit, & punitus de grauibus delictis, etiam diſtinctis, nec aliquando ſe emendauit.

Sed apud Patres Auguſtinenſes, vt legitur parte 6. cap. 22. Conſtitutionum Ordinis, ille dicitur incorrigibilis qui grauiſsimas culpas non veretur committere, & tamen pœnas ferre recuſat; vel de cuius correctione, & emendatione non eſt ſpes aliqua probabilis.

Sed dicamus cùm Panormitano in cap. Cum non ab homine, de Iudicijs. Tribus modis dicitur quis incorrigibilis: primò, quando perſeuerat in criminibus, nec ab illis vult deſiſtere; ſecundò, ſi ter monitus non deſiſtit. cap. Contingit el 1. de ſeutent. ex-

com-

Neque obeſt quod Cardinalis Clementina prima, §. quia vero, quæſt. 1. de ſtatu Monachorum, ſecutus Mathæum ait, pro nullo crimine Monachũ iuſtè à Monaſterio poſſe eijci, quia reſpondetur id eſſe contra regulas, & inſtituta Regularium, & contra ſtylum Vrbis, & Orbis. Cap. vltimo de Regularib. iuncta Gloſſa penultima cum Panormitano ibidem. Nauar. comment. 2. de Regularibus nu. *33.*

Immo ex Carthuſianorum Conſtitutionibus, & decretis part. 2. nouæ Collectionis de anno 1582. cap. 25. de Criminoſis, & fugitiuis nu. 28. ſic legitur Verum tamen non obſtantibus præmiſsis decernimus, ac declaramus Apoſtates criminoſos poſt tertiam apoſtaſiam non eſſe amplius requirendos, ſed nec in Ordinem recipiendos.

Hinc non eſt audiendus Sylueſter, nec Armilla. Ille verbo Religio *6.* §. 17. Hic ver. eodem vltimo, aſſerentes Regularem nullo pacto ab ordine reijciendum, quandiù ſe emendare voluerit; tum quia expulſio iuxta doctrinam ſancti Thomæ quolibetò 12. in fine, eſt ſicut excommunicatio, quæ non niſi in contumaciam ferri debet, tum quia toties delinquit Titius, vt nulla ſuperſit ſpes emendationis, ita vt non poſsit habere locum Armillæ doctrina, & ſententia, nimirum quod loco expulſionis incarceretur, & ibidem puniatur, quæ ſanè militare poſſunt, cum arbitrio prudentis Viri, adhuc ſuperſit aliqualis correctionis, & emendationis ſpes probabilis, & ita ſentio &c.

CONSILIVM DECIMVMNONVM.

AN Monialis illegitimè nata poſsit eligi, & aſſumi in Vicariam Monaſterij.

Reſpondeò affirmatiuè, quoniam omnis irregularitatis macula per Religionis ingreſſum abſtergitur, necnon per ſubſequentem profeſsionem. Gloſ. in auth. de Monachis, & præcipuè quæ oritur ex natalium deffectu cap. 1. de filijs præsbit. Nau. comm. 2. de Relig. nu. 6.

Confirmatur hoc idem neruoſius, quia ſi natalių deffectus obſtat, ne poſsit eligi in Vicariam, vel prohibitio ipſa continetur in iure Canonico, vel in extrauagantibus Summorum Pontificum, vel tandem Conſtitutionibus, & Decretis peculiaribus ſui Ordinis ita cautum reperitur; ſed quod tale non reperiatur in iure Canonico probatur,

Quia non in titulis de Regular. tranſeunt. ad Relig. non de Relig. domibus, vel de Regularib. non de ſtatu Monachorum, & Canonicorum Regularium de electione, & electi proteſtate, nec in cap. Indemnitatibus in 6. tit. eodem, vbi Summus Pontifex longa verborum ſerie in illud præcipuè incumbit, vt eligendarum Monialium qualitates deſcribat, necnon electionis faciendæ modum ſtatuit, & decernit, nec tamen de natalium deffectibus verbum facit; immo nec Gloſ. nec Canoniſtæ ſuper eiſdem tit. & cap. 4.

Quod autem non deducatur ex Summorum Pontificum extrauagantibus probatur, nam aliæ allegari non poſſunt præter binas Sixti V. 27. Nouembris 1587. & 21. Octobris 1588. At bullæ ipſæ, vti luce meridiana clarius apparet de ſolis viris religioſis

gioſis regularibus, non autem de Monialibus diſponunt, & loquuntur, neque aut poteſt, aut debet extendi ad Moniales, cum lex ſit pænalis, & odioſa. Cap. pęnę de pęnit. diſt.1.

Confirmatur ex Moderatoria Greg. XIIII. idibus Martij 1590. in qua ſub initio aperte dicit, Quamplures viri, & litteris, & pietate inſignes à Sancto propoſito vitam ducendi regularem adducti, eò quòd honorum, & dignitatum incapaces redditi fuerint Conſtitutione Sixti V. non enim dicit mulieres, fęminæ ſeu Moniales, ſed Viri.

Adde Alphonſum à Sorbo Capucinum, in compendio priuilegiorum mendic. in verbo Nouitius fol. 252. referentem Sixti V. bullas, vna cum moderatorio Greg. XIIII. & aſſerentem in ijs ipſis bullis ſermonem haberi de viris tantum regularibus, non autem de Monialibus. Idem habet Io. Baptiſta Confectius in Compendio priuilegiorum Mendic. par. 2. cap. 4. de qualitate ad religionem recipiendorum fol. 329. & in calce eiuſdem 2. partis quæ ad Moniales ſpectant tradit accuratè, nec tamen verbum, quod natalium deffectus impedire poſsit talem electionem; Ita Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij verbo Monaſteria, & Conuentus Regularium virorum; Immò Gregorius XIII. prima Ianuarij 1583. præcipit Abatiſſas, & alios Monaſteriorum offitiales eligi debere per triennium, nec tamen verbum vnum de natalium deffectibus.

Sed neque ex Doctoribus, Monialium materiam examinantibus id deduci poteſt, nam Summiſtæ in verbo Illegitimus, Monialis, Abbatiſſa, profeſſio, Vicarius, Officialis, electio, nec verbum quidam de tali impedimento.

Adde Nauar. tàm in Commen. de regular. quàm

in Conſilijs de regul. adde Alphonſum à Sorbo Capucinum in verbo Abatiſſa, Electio, Monialis, Profeſsio. Adde Confect. in Compen. priuilegiorum Mendic. locis prçcitatis &c.

Sed iniquies fortaſsis tale impedimentum habetur in eorum Conſtitutionibus.

Reſpondeo primò, me id difficillimè credere, quia nulla eſt, quod ego ſciam, regularium vtriuſque ſexus Conſtitutio, quæ talem prohibeat electionem.

Reſpondeo ſecundò, Patrem quendam eiuſdem ordinis, & inſtituti peritiſsimum, ac prudentiſsimum Oretenus mihi retuliſſe, Moniales de quibus in caſu, non habere Conſtitutiones, & decreta, talem electionem reſpuentia.

Cum ergo nec ex Iure Canon., nec ex Conſtitut. Pontificijs, nec ex Doctoribus, nec ex eorumdem Conſtitutionibus inualidari poſsit talis electio, concludendum eſt, quod legitimè, & Canonicè poſſit eligi, & aſſumi ad officium Vicariatus, & præſertim cum habeamus cõſuetudinem fauorabilem, videlicet, quod Moniales illegitimæ fuerint ſemper electæ ad dignitates, & officia, & conſuetudo eſt optima legum interpreſ. cap. Cum dilectus, de conſuetudine, & dat iuriſdictionem. Cap. Cum contingat de for. compet.

Quinimò conſuetudo rationabilis, derogat Iuri poſitiuo humano, Cap. Cum tanto, de conſuetud. & quando eſt generalis ab omnibus ſeruanda eſt. C. Contra morem diſt. 100. Ratio eſt, quia conſuetudo eſt altera quædam lex, cap. Conſuetudo diſt. 10. Et cum eſt immemorabilis mutari non poteſt, Nau. conſil. 1. de reſtitut. ſpolior. nec lege humana tolli poteſt. Cap. ſuper quibuſdam de verbor. ſignific.

Nauar.

Nauar. comment.4. de Regularib. numero 42.

Cum ergo iſta conſuetudo, & ſit rationabilis (nã aliàs non tandiù perſeueraſſet) & ſit generalis vbique enim practicatur, & ſit immemorabilis, ſiquidem nullus ſcribentium aliquando inſinuauit, quod Moniales illegitimæ non potuerint eligi ad dignitates, & offitia, ergo conſuetudo iſta retinenda, amplectenda, & omnibus modis ſeruanda erit.

Addo etiam quod in Monaſterio Monialium S. N. Mediolani, Ordinis Sancti Benedicti Monialis quedam fuit per multos annos Abbatiſſa, & tamen natalium defectus patiebatur.

Addo finaliter Abbatiſſas quamplures N. Mediolani patientes defectus natalium officia cum regimine exercuiſſe, nec aliquando dubitatum, an id illegitimè fuerit factum.

Tandem Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regulariũ, multoties decreuit Moniales illegitimas poſſe eligi in ſuperiores, non obſtante bulla Sixti V. ita Epiſcopo Spoleti 3. Ianuarij 1594. ita Epiſcopo Cortonæ 4. Octobris 1594. ita Epiſcopo Catari 21. Martij 1594. & ita ſentio &c.

CONSILIVM VIGESIMVM.

PEtrus Laicus vxoratus vellet pro filijs ſuis, & ſucceſſoribus in propria domo Iuſpatronatum inſtituere ex pecunijs tamen Regularis Sacerdotis.

Quæritur an tuta conſcientia id agere poſsit, an potius teneatur pecunias ad hunc effectum receptas reſtituere Religioni, cuius filius, & profeſſus eſt Regularis ipſe.

RESpondetur quod indubitati Iuris eſt, Petrum omninò teneri ad reſtitutionem omnium pecuniarum ſub hoc titulo receptarum, quia per profeſsionem Ius diſponendi, ac diſpenſandi tum alia quæcunque bona ſiue mobilia, ſiue immobilia acquiritur Prælato Religionis. Cap. non dicatis. 12. q. 1. & ibidem Canoniſtæ. Cap. Monaci de ſtatu Monac. & cap. Quidam eodem titulo. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. Cap. Abbates 18. q. vltima. Et quamuis Regularibus liceat habere aliquid cum licentia Prælati, id tamen intelligitur quò ad vſum ſimplicem facti prout fuit declaratum in Concilio Lateranenſe. Cap. Monachi, de ſtatu Monachorum & cap. inſinuante, qui Clericum, vel Monachum: Obſtat quoque bulla Clem. 8. de Largitione munerum, Nanar. de hoc abundè comm. 2. de Regularibus. Neque ſub titulo eleemoſinæ ſine Prelati licentia poteſt regularis aliquid elargiri. Nauar. vbi ſupra nu. 8. & ita ſentio &c.

CONSILIVN VIGESIMVMPRIMVM.

AN Regularis Sacramentum Euchariſtię miniſtrans Laicis abſque licentia Parochi, ſit eo ipſo excommunicatus.

VIdetur dicendum quod ſic primò, quia ſic ſtatuitur in Clementina prima de Priuilegijs, & exceſsibus priuilegiatorum. Secundò, quia huius ſententiæ videtur Martinus Nauarr. in Manuali Confeſſariorum cap. 21. nu. 52. Attamen contrarium tanquam certum credendum eſt; quia licet in Clementina recitata excommunicentur eo ipſo regulares

gulares Sacramentum Euchariſtiæ ſine licentia Parochi miniſtrantes; nihilominus intelligitur de iſs qui hoc non habent ex priuilegio ſanctę Sedis; at mendicantes omnes id agere poſſunt ex priuilegio Leonis X. Pauli IV. & Pij V.; nimirũ vt quotidie ſacram Communionem dare poſsint Chriſtifidelibus ſolo die Reſurrectionis Domini Noſtri excepto. Ita Nauarrus loco ſupra citato. Ita Capuccinus in compendio priuilegiorum Mendicantium, ver. Communicare, cum eiuſdem annotatione.

Nec dicatur Mendicantium priuilegia per Gregorium XIII. fuiſſe reducta ad terminos Concilij; nam reſpondetur Concilium ſuper hoc puncto nihil aut ſtatuiſſe, aut innouaſſe; ſed tantum Chriſtifideles monuiſſe ad tanti Sacramenti frequentationem, prout habetur ſeſſ.13. cap. 8.

Accedit quod ſtilus Vrbis, & Orbis ita docet, & ſuadet; nec aliquando fuit dubitatum an id Regularibus ipſis liceret; ſiquidem non eſt credẽdum, quod Ordinarij locorum, vſque ad hæc tempora ſiluiſſent.

Adde quod ad incurrendam cenſuram Clementinæ huius requiritur prẹſumptio, & dolus, quia ſi quis ex ignorantia, credulitate, aut bona fide id ageret credendo quod Parochus bono animo id acceptaret ſaltem quo ad forum conſcientiæ, pro vt mihi ſupponitur in caſu, non incurreret: Ita Cardinalis in recitata Clement. quæſt.38. & ita Nauarrus in Manuali Confeſſariorum cap. 27. num. 101. ſaluo &c.

CONSILIVM VIGESIMVMSECVNDVM.

DVo Monachi loquebantur ad inuicem, & vnus dixit alteri tu dixiſti, & Patri N. retuliſti me tale quid commiſiſſe, & altero negante id eſſe verum hoc autem replicante id certiſsimum eſſe, ille tandem qui grauabatur tale quid retuliſſe indignatus eleuando manum contra alterum, reiecit illũ aliquantiſper de loco in quo morabatur. Quæritur an iſte Monachus ob talem actionem inciderit in excommunicationem maiorem.

AD quæſitum mihi propoſitũ reſpondeo. Quòd vbi ſupponamus D. Conſulentem incidiſſe in Cenſuram latam. 17. quæſt. 4. Canonis. Si quis ſuadente &c. benè potuit per Multum Reuer. Dominũ Abbatem abſolui: tum iure communi, C. Monachi, & c. Cum illorum de ſenten. excomm. Tum reſcriptis fauorabilibus ad fauorem Mendicantium à S. Sede Apoſtolica emanatis, quibus potiuntur Monachi Benedictini: vt teſtatur Io. Baptiſta Confectius in Comp. Priuileg. Mend. par. 2. fol. mihi 308.

Non poterit tamen per D. Abbatem diſpenſari ſuper Irregularitate: quia ſic ligatus diuinis (non in contemptum clauium) e immiſcuerit; quoniam facultas conceſſa Prȩlatis Regularibus à Pio V. vt habetur ex Confectio libro ſupracitato, mihi fol. 226. diſpenſandi cum ſuis ſubditis, ſuper Irregularitatibus quomodolibet contractis, ſe extendit dumtaxat ad Irregularitates non publicas, & ad forum contentioſum deductas, ſed occultas, & ex delicto occulto prouenientes, cuiuſmodi non eſt ea de qua in caſu.

Neq;

Neq; obſtat quod Bonifacius IX. prout in Bulla apud Confectium fol. mihi 27. indulgeat Prælatis Regularibus, vt poſsint diſpenſare ſuper Irregularitate, quam ſubditi Cenſuris innodati contraxerint Diuinis ſe immiſcendo, non tamen in contemptum clauium: Tum quia ibi loquitur Summus Pontifex de interiori foro tantum, & non de exteriori, prout in caſu: Tum quia huic Bullæ fuit derogatum per Concil. Trid. Siquidem eandem tribuit Pius V. facultatem Prælatis Regularibus, diſpenſandi ſuper Irregularitate cum ſuis ſubditis, quam habent Epiſcopi cum ſuis Diœceſanis, virtute Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6. De reformatione, vbi dicitur quod Epiſcopi diſpenſare tantum poſsint ſuper Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus.

His tamen non obſtantibus exiſtimo D. Conſulentem non incidiſſe in excommunicationem, de qua ſupra. & propterea nec abſolutione, nec diſpenſatione indigere arbitror.

Primò, quia percuſsio tàm ſubita, & tàm parua quòd Laico illata non eſſet mortalis, excuſat ab incurſione Cenſuræ. Ita Caietanus in Summ. ver. Excommunicatio. capit. 10. iuxta doctrinam omnium. Et ita Nauar. in Man. Confeſ. c. 27. nu. 85.

At quis non videat percuſsionem, de qua in caſu, adeo ſubitam, & modicam, quod re vera Laico illata, nec magnificeret, nec attenderetur.

Secundò, quod magis vrget eſt; quia excommunicatio maior non incurritur, niſi ob peccatū mortale. cap. Nemo. c. Nullus 11. q. 3. Hęc autem actio, cum fuerit imperfecta, & inaduertenter producta, nullus ſanæ mentis, aut poteſt, aut debet, illam tanquam mortalem interpretari.

Tertiò, quia ſi ſenex percutiat principaliter non

ex

ex odio, malitia, aut ira, ſed vt corrigat tantum; non incurrit cenſurā de qua ſupra.c.1.& c.Cum voluntate. de ſentent. excommun. iuncta Gloſſa. Idq; eò certius aſſeritur, quo percuſsio moderata eſt, ſaltem iuxta propoſitum percutientis. Nau. in Man. Confeſ. cap.27. nu.82.

Neque obſtat quod D. Conſulens abſolutionem petierit à Prælato, & tanquam excommunicatum ſe geſſerit; quia petens abſolutionem ab excommunicatione ad cautelam, nec ſibi præiudicat, nec dicitur confiteri delictum: quoniam bonarum mentium eſt culpam timere, vbi culpa non eſt. cap. Ad eius. diſt.5. Et Panormit. ibidem poſt omnes. Gloſſa ſingularis in c. Venerabilem de electione, in ver. Poſtulauit. & Nauar. conſil.5. de emptione, & venditione num.13. & conſil.1. num. 3. Ne Clerici, vel Monachi.

Si dicatur in foro conſcientiæ tutior pars eſt eligenda. C. Tua. de ſponſalib. & ita tutius eſt confiteri incidiſſe, quàm non incidiſſe.

Reſpondeo id verum eſſe, quando vtraque pars eſt æquè dubia: at quando vna eſt altera probabilior, & certior: fallit regula. Modo ex ſerie facti, maiores habentur præſumptiones quod D. Conſulēs non inciderit, quam quod inciderit: præterquam quod in dubio pronunciandum potius ad fauorem Rei, quam contra: cum in pœnis, & delictis, benignior interpretatio ſit ſemper facienda. Per regul. 49. Bonifacij VIII. in 6. Etſi quamplures velint regulam veritatem obtinere in foro exteriori, & contentioſo tantum, non autem in foro Poli, & interiori.

CON-

CONSILIVM VICESIMVMTERTIVM.

N. Prior Regularis duos Fratres ex Dominio interdicto aufugientes recepit quos in ſua Eccleſia celebrare permiſit, eò quòd aſſerebant interdictum non violaſſe.

Quæritur, an præfatus Prior, ex tali permiſsione cenſuram, aut pœnam aliquam incurrerit.

RESpondeo, præfatum Priorem, nec excommunicationem maiorem, nec irregularitatem aliquam contraxiſſe. Non irregularitatem; hæc enim non contrahitur, niſi in iure expreſsè habeatur. c. Is qui. de ſenten. excomm. in 6. at tale quid in corpore iuris non reperitur. Nam in Clemen. 1. de ſepulturis. & in Clement. 1. de ſenten. excomm. in 6. in quibus agitur, de violantibus interdictum, non habetur quod admittens aliquem ad celebrandum, vel cenſuram, vel pœnam aliquam incurrat. Nec eſt dicendum præfatum Priorem excommunicationis maioris ſententiam incurriſſe, eò quòd communicauerit cum eo, qui interdictum (dato, & non conceſſo) violauit. Nam vbi quis, vel pro excommunicato, vel pro interdicto publicè denunciatus non fuerit; vel vbi in crimine cum tali non participauerit cum eodem communicare licet; nec excommunicationis maioris ſentẽtia contrahitur. Ita Martinus V. in Extrauag. ad euitanda, & c. Nuper. & c. Si concubinæ, de ſentent. excommunicat. Cum ergo prædicti Patres ex Dominio Interdicto reuertentes, nec pro interdictis, nec pro excommunicatis tunc temporis fuerint declarati; nec præfatus Prior cum eiſdem in crimine cõmunicauerit; dicendum neceſſariò nullam propter hoc excommuni-

municationis maioris ſententiam contraxiſſe. Accedit quod nulla excommunicatio maior à iure, vel ab homine lata regulariter incurritur ſine peccato mortifero. Cap. Nemo. c. Nullus 11. q. 3. & nulla in præfato Priore apparet peccati mortiferi labes, &c. Accedit eodem quod in hoc caſu quæſtio facti, & non iuris tantum agitatur, An videlicet præfatus Prior ſciuerit, aut ſcire potuerit ſupradictos Patres interdictum violaſſe; cum autem omni diligentia, arbitrio boni viri adhibita, id ſcire haud potuerit; & ignorantia facti excuſet. de reg. Iur. in 6. ergo, &c. quinimò præſumitur ignorantia vbi nō probatur ſcientia. per reg. 47. in 6. ergo præſumendum præfatum Priorem ignoraſſe prædictos Patres interdictum violaſſe, ſi tamen fortè conſtiterit illos eoſdem in loco interdicto aliquando celebraſſe.

CONSILIVM VIGESIMVMQVARTVM.

IN Conuentu N. Regularium aſſeruabantur Sacræ Reliquiæ in quadam capſa parum decente, ſub quatuor clauibus à Priore, & alijs tribus Patribus retentis. Placuit Priori partem Reliquiarum extrahere quò decentius aptarentur, & in vno Altari ſtatuerentur, prout factum fuit.

Quæritur an præf. Prior ob dictam ſacrarum Reliquiarum extractionem, cenſuram aliquam aut pęnam incurrerit.

RESpondeo: nullam propter hoc præfatū Priorem contraxiſſe cenſuram, aut pœnam. Quia

licet in l.1. & vlt C. de relig. & ſumpt. fun. habeatur; corpus perpetuæ ſepulturæ datum ſine Principis licentia non eſſe transferendum, abſque cauſa, neque cum illa, abſque Præſidis licentia; in caſu tamen non agitur de translatione corporis ſancti, ſepulturæ perpetuæ traditi, ſed de aliqua particula, & de Reliquijs, quæ ſepulturæ perpetuæ ibidē traditæ non fuere. Et ita intelligi debet. c. Corpora. de conſ. diſt. 1. vbi dicitur; Corpora Sanctorum, de loco ad locum non ſunt transferenda ſine Principis licentia. Nauar. de reliq. & vener. Sanctorū. conſ. 2. Armil. in verbo Reliquiæ, nu. 3 & 4.

Nec obſtat quod in Concil. Prouinc. 6. tit. de cultu Sanctorum, Mediolani habito legatur: Quicunq; ſine Epiſcopi conceſsu ſcripto ſacras Reliquias extra Diœceſim aſportarit; Qui item Reliquias vnius Eccleſiæ, alteri Eccleſiæ, etiam ſit particula tantum ſit, conceſſerit, donarit; Qui item acceperit, excommunicationis pœnam ipſo facto incurrat. Tum quia Regulares ab Epiſcoporum iuriſdictione exēpti, cenſuris eorundem ligari non poſſunt. c. Quanto. & c. Cum capella. & c. Quoniam, de priuil. Tum quia Reliquiæ de quibus in caſu, nec extra Diœceſim aſportatæ, nec alteri Eccleſiæ donatæ, nec ipſi Priori applicatæ fuere. Cum ergo id egerit Prior non occultè, ſed palam, ad Patrum deputatorum præſentiam; hinc vel dolus, vel fraus in ipſo præſumi haud poteſt: & propterea nullam meretur pœnam, cum ritè, rectè, ac legitimè id fuerit factum. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. l. Sancimus. C. de pœnis. cap. 2. de conſtit.

Petr. Cened. collect. 12. ad Decretales. Praxis Curiæ Archiep. Neapol. cap. 71.

CON-

CONSILIVM VIEGSIMVMQVINTVM.

CVm eleemoſynæ pro ſocietate Laicorũ in Eccleſia Regulariũ erecta quæritari ſolerent per Quæſtorem Laicũ ab ipſis Confratribus laicis inſtitutũ; Prior Cõuentus iuſsit queritari per fratrem Conuerſum ſui Conuentus (vt tamen in eoſdem vſus, in quos prius, expenderentur,) eò quòd videret dictos Confratres non ſoluere Monaſterio, quæ debebant pro Miſsis, & alijs inter eos conuentis, & quia non ſeruabant leges, & conſtitutiones dictæ Confraternitatis.

Quæritur, an Prior incurrerit excommunicationem latam contra vſurpantes bona, & iura Eccleſiæ, ſeu piorum locorum.

REſpondeo; præfatum Priorem nullam propterea contraxiſſe cenſuram: tum quia nulla hic adeſt vſurpatio; ſiquidem vſurpare (iuxta Caiet. in Summ. verbo Excõmunicatio, cap. 48.) eſt fraudibus exquiſitis, ſiue coloribus aliquid ſibi appropriare; iſte autem Prior, nec fraudibus, nec coloribus, nec ſibi, ſed Monaſterij indemnitati de conſenſu diſcretorum conſuluit: Tum quia caſus 17. Bullæ Cœnæ excommunicat tantum vſurpantes, & ſequeſtrantes fructus Eccleſiaſticos, vt Eccleſiaſticos, ſine licentia Papæ, vel alterius ad quem ſpectat dare licentiam: & Bulla pœnalis ad alium caſum extendi non debet. c. Pęnæ. de pęnit. diſt. 1. Nauar. de ſenten. excommunic. conſil. 34. Cum ergo eleemoſynę per Quæſtorem Conuerſum de Prioris mandato colligendæ, nullo pacto dici poſsint fructus, ſiue redditus Eccleſiaſtici, quoniam non ex fundo,

ſeu

ſeu beneficio aliquo Eccleſiaſtico,ſed ex laicorum crumenis Eccleſiæ donantium liberaliter deducantur;ſequitur præfatum Priorem excommunicatione in Bulla Cœnæ contenta nullo pacto ligari.

Sed eſto quod eleemoſynæ huiuſmodi poſſent aliquo pacto, fructus Eccleſiaſtici,ſiue redditus appellari; non propterea ligaretur præfata cenſura: ſiquidē eaſdem non cœpit,nec colligere fecit Prior auctoritatiuè, vſurpando auctoritatem tanquam Dominus,vel perſona publica, ſed tanquam creditor, qui putauit ſibi licere capere tantum de bonis ſui debitoris, quantum ſibi debebatur. Nauar.de ſentent.excomm.conſil.35. & Caiet. in Summa in v. Excommunicatio. cap.27.

Adde per impoſsibile, quod ſi pecunias illas, tanquam fur, & latro accepiſſet, ac ſibi retinuiſſet, non tamen Bullæ cenſuram contraxiſſet. Nauar. & Caiet. vbi ſupra, quia non auctoritate publia laica, ſed priuata, & ita ſentio ego.

CONSILIVM VIGESIMVMSEXTVM.

MOnaſterium N. Regulariū eſt in pacifica poſſeſsione ſupra centum annos cuiuſdam Oppidi, & conſecutiuè cauponæ, & Clibani, vt Conductores poſſint ad libitū fabricare panem,ac vendere carnes, & vinum. Oppidum exiſtit in vna Plebe cuius Feudatarius eſt Titius, & propterea (vt ipſe aſſerit) Dominus Datij panis,vini, & carnium omnium locorum dictæ Plebi ſubiectorum. Titius nunquam ſe oppoſuit præfato Monaſterio, & Conducto-

ductoribus quin carnium panis, & vini venditionem non exercerent.

Titius tandem vendidit Feudum Sempronio, qui per decem annos nec Monaſterio, nec Conductoribus contradixit, quò minus panem, vinum, & carnes, venderent. Idem verò Sempronius prætextu Priuilegij à Titio ſibi venditi, & collati prætendit nouiſsimè, Conductoribus non licere panē, vinum, & carnes fabricare, & vendere, & ideò (Monaſterio, & Conductore non citato) aſſociatus Prætore, famulis, & alijs ſuæ Plebis, acceſsit ad præfatam Oppidi cauponam, panemque, & vinum ibidem repertum aliò tranſtulerunt, Piſtorem in ipſius Feudatarij carceres conijcientes.

Quæritur an Feudatarius, Prætor, famuli & alij cooperatores inciderint in aliquam cenſuram, & præcipuè in 17. Bullæ Cœnæ Domini.

FEudatarium de quo in caſu verè incidiſſe in caſum 17. Bullæ verè exiſtimo: tum quia fructus redditus, prouentus, iuriſdictiones, & bona ab eo vſurpata non ſunt profana, ſed Eccleſiaſtica, & ad perſonas Eccleſiaſticas verè ſpectantia; tum quia id egit auctoritatiuè, & poteſtate vſurpata; tum quia ſine licentia Papæ, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium; tum quia cenſura iſta verè, & directè fuit lata contra Dominos temporales, qui Bona Eccleſiæ vſurpant, aut ſequeſtrāt, aut Eccleſias illis ſpoliant, & in proprium vſum cōuertunt. Caietanus in Sum. cap. 27. Cardinalis Toletus in explicatione Bullæ Cenæ. cap. 9. nu. 12. Nauarrus in Manuali cap. 27. ſub nu. 70. Graffius par. 1. deciſionum aurearum lib. 4. cap. 18. nu. 144. Gregorius Sayrus in Theſauro Caſuum conſcientiæ lib.

3. cap.21. Franciſcus Suarez tomo 5. de Cenſuris in explicatione Bullæ Cœnæ, caſu 17. Adde prẹfatum Feudatarium in aliam cenſuram incidiſſe nimirum in illam, quæ habetur in Concilio Tridentino ſeſs. 22. cap. 11. de Reformatione. Prætor autem famuli, & alij cooperatores non videntur incidiſſe, quia excommunicatio lata contra faciẽtes aliquid non includit procurantes conſulentes, aut mandantes, niſi per alia iura id declaretur; & præcipuè, quia diſpoſitio Bullæ eſt pœnalis, quæ non debet extendi de vno caſu ad alium: cap. pœnæ, de penit. diſt. 1. Sed contrarium verius eſt de iure, videlicet quod Prætor famuli, & alij cooperatores in eandẽ excommunicationem inciderint. Ita Syluest. verbo excommunicatio. num. 73. Tabiena eodem verbo ſexto. num. 12. Toletus vbi ſupra nu. 15. Gregorius Sayrus vbi ſupra. cap. 18. nu. 3. rationibus vt ibidẽ.

CONSILIVM VIGESIMVMSEPTIMVM.

AN Decuriones teneantur obedire Principi ſi aliquando præciperet aliquid præiudiciale Ciuitati, & repugnans Priuilegijs Ciuitati conceſsis ab Imperatore, vel à Rege.

REſpondetur negatiuè, & pro veritate concluſionis videndus.

D.Th. 2. 2. q. 96. art. 4. in corp. Item 2. 2. quæſt. 10. circa finem, & quæſt. 12. art. 2. ad primum, & quæſt. 43. art. 8. o. & quæſt. 66. art. 8. ad ſecundum, & quæſt. 69. art. 4. circa finem. Item quæſt. 104. art. 6. o. Item 2. ſenten. diſtinct. 44. quæſt. 2. art. 2. o. Item quolib. 2. artic. 9. Docet enim Chriſtianos teneri obedire

Principibus ſecularibus ſi habeant iuſtum dominiũ & ſi licita pręcipiunt, idem habetur 11. quæſt. 3. Can. Non ſemper, & de Sim. cap. Ne Dei. Monaldus in ſumma ver. Obedientia. D.Thom.2.2. quæſt. 104. art.5. & in cap.13. ad Rom. tradit, quod multa ſunt ad quæ ſuperior ſubditum obligare non poteſt: quale eſt, cum præcipit contrarium præcepto Superioris iubentis, ſ. Dei, Papę, Eccleſiæ, aut alterius Superioris, & hoc idem habetur C. Si Dominus, cap. non ſemper 11. quæſt. 3 Nauar. in Manual. Confeſſ. cap.23. num.38.

Accedit quod 11. quæſt. 2. Can. Qui reſiſtit. habetur, quod cum duo Iudices præcipiunt contrariũ, maiori ſemper eſt obediendum. Hoc idem adſtruit D.Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 5. o. & quæſt. 105. art. 2. & 2. ſentent. diſtin.44. Item 2.2. quæſt. 69. art. 3. ad primum, & 2. ſenten. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. primo, Cardin. Toletus in Inſtit. Sacerd. tract. de ſeptem peccat. mortal. cap.15. Ita Panormit. in cap. Inquiſitionis, de ſenten. excommunic. & Io. Andr. cap. Cum à Deo, de reſcript. Ad vulgatam illam Regulam, quod omnia ſunt Principum. Reſpondet D. Thom. quolibet. 12. art. 25. in fin. intelligendam quòad dandum alijs, vel ſibi, ſiquidem leges, & decreta Principum, quibus ſubditorum facultates vel pro ſe, vel pro alijs extorquent, ſunt leges tirannicæ, nec abſoluunt in conſcientią, art. 8. o. Adde illud quod colligitur ex D. Thom. Opuſcul. 20. lib. 3. cap. 11. & ad Roman. cap. 13. lect. 1. in fin. ſub litera C Princeps non poteſt auferre bona ſubditorum, niſi ratione delicti, aut ratione communis boni.

CONSILIVM VIGESIMVMOCTAVVM.

AN Regulares Mendicantes teneantur ad refectionem Viarum, Murium, Pontium &c.

REſpondetur negatiuè, videndi Iuriſtæ in l. ad Inſtructiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Cyn. & Salycet. in auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. in l. cunctos populos. C. eodem Socin. conſil. 55. lib. 1. Alexand. conſil. 209. lib. 2. Socinus conſil. 55. lib. 1. cap. vnico, de religioſ. domibus in 6. cap. Non minus, & cap. aduerſus, de immun. Eccleſ. ca. 1. & 3. de immunit. Eccleſ. Canoniſtæ ibid. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. Innocen. III. cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. Clement. 1. & 2. de cenſibus, cap. Conqueſtus, de foro cōpet. cap. fin. de rebus Eccleſiæ non alienandis. cap. vt dilecti filij. cap. Quanto de priuilegijs. cap. Quamquam de cenſibus in ſexto, cap. Decernimus de Iudicijs, diſtin. 10. & 96. Syluеſt. verbo Immun. cap. 1. quæſt 5. num. 19. 20. Tabien. verbo excomm. ca. 5. caſu 18. num. 3. Angel. verbo Immun. num. 38. Enriquez in ſumma Theologiæ moralis lib. 10. cap. 15. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Michael Salon. de Iuſt. & Iur. tom. 2. quæſt 78. art. 5. controuerſ. 1. fol. 176. Praxis Curiæ Archiep. Neap. cap. 92. Graffius de arbitr. Conſ. cap. 24. Azorius p. 1. lib. 5. cap. 19. q. 8. inſtit. mor. Itē p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 10. Couarr. pract. quæſt. cap. 33. num. 7. Franciſ. Sarmient. lib. 7. ſenten. cap. 14. Item Lopez in repetit. c. Per veſtras. de donatione inter virum, & vxor. Anaſthas. Germon. Aſſertio libert. & immun. Eccleſ. cap. 7. fol. 62. Ioan. Beltr. Propugnac. libert. Eccleſiaſt. §. 1. num. 8. 11. 22. & §. 5. num. 28. & §. 6. num. 57. 58. Bulla Cœnæ cum

Expoſit. caſu 14.15.17.18. Riccardus de Media Villa quolibet. 2. quæſt 30. art.5. Menoch. conſil. 800. Surd. conſil. 301. Marta. de iuriſdictione volum. 1. parte 4. cent. 1. caſu 9. Petr. Cened. in Collect. ad Ius Canon. Collect. 153. Camil. Borel. de tit. & regalib. regijs, cap. 7. num. 20. cap. 19. num. 82. c. 20. num. 46. 47. 48. cap. 63. num. 48. 49. 50. 52. 53. c. 71. num. 252. 293. Quaranta in Summ. Bullar. ver. Priuilegia regular. Io. Baptiſta Confect. in compend. priuileg. mendic. fol. 361. Venetijs 1603. Purpurat. conſil. 485. Molina de iuſt. diſp. 670. & 672. tom. 3. cap. Clericis de Immun. in 6.

Si Bulla Pij V. Dum ad vberes &c. non habet locum in hoc caſu, ergo malè citatur in hunc locum à Michaele Salono, à Quaranta, & à Confectio vbi ſupra, à Candelabro aureo parte 2. in excommunicationibus 56. 57. 58. Epiſcopis reſeruatis, & à Sorbo Capuccino in Compendio priuil. Mendicant. ſub finem primæ partis.

Si dicatur: Diſpoſitio Iuris Ciuilis amplectenda quando contrarium nō habetur in Iure Canonico, cap. 1. de noui operis nunciatione.

Reſpondetur id verum cum Iuris Ciuilis diſpoſitio nō grauat Eccleſiam, nec Eccleſiaſticos; tunc enim non tenet, niſi approbetur ſpecificè ab Eccleſia. Ita DD. in c. fin. de for. compet. & c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. & c. fin. de reb. Eccleſiæ non alienand.

Adde Conſeruatores non poſſe recuſare electionem de ipſis in Conſeruatores factam ſub pœnis excommunicationis, & ſuſpenſionis à diuinis, ipſo facto incurrendis; atque ſub eiſdem pœnis officium exercere tenentur debitè, & plenariè, itaut quouis prætextu, à nullo impediri poſsint, quo minus officium

ficium adimpleant; Et à ſupradictis cenſuris nõ niſi à Summo Pontifice, aut in mortis articulo abſolui poſſunt. Ita Confect. vbi ſupra fol. 210. & 350. Leonardus Duardus in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 19. nu. 116. & can. 18. q. 12.

Regulares non tenẽtur ad refectionem viarũ &c. Ita Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium 18. Nouembris 1583. Epiſcopo Ferrariæ.

CONSILIVM VIGESIMVMNONVM.

De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat. Pſal. 16.

Conſueuit Auguſtiniana Religio à quibuſdam annis infra eligere, & deputare in regentes ſtudiorum non magiſtros, & Doctores, ſed Baccalaureos qui titulo, & prætextu officij præcedere volunt alios Baccalaureos non regentes, ipſi tamen regentibus habitu, profeſsione, & Baccalaureatus gradu priores. Quęritur quid Iuris?

REſpondetur de iure nullo modo deffendi poſſe, quod prior locus debeatur regentibus Baccalaureis ſupra alios Baccalaureos non regentes.

Primò, quia ab initio Religionis, vſque ad hęc tempora ita fuit obſeruatum, vt nullum locum ratione officij habuerint regentes, ſed illum tantum, qui ratione gradus illis erat debitus, & à practica antiqua numquam eſt recedendum. Bal. in L. illud

vſitatiſsimum ff. de exceſſ. iur. ad L. Si quis donaturus in fin. ff. de Vſuffruct. & ratio eſt, quia communis obſeruantia tamquã lex ſeruari debet, nec ſunt mutanda quę certam interpretationem ſemper habuerunt. L. Si de interpretatione. L. minimè ff. de Legibus, & ſic argumentatur Baldus de Feud. ſine Culp. non amitt. dicens, quod ita ſeruat practica quæ eſt vera intellettrix Legum. Cap. Cum dilectus de conſuetud.

At verò conſuetudini claræ nihil eſt addendum. L. ille, aut ille, C. Cum in verbis de L 3. L. non aliter in primo illo tit. L. 1. §. Si ijs, qui nauem ff. de exerc. L. quod conſtitutũ, & ibi Bart. ff. de teſtam. militis, nec debemus addere ad textum, nec requirere pluſquam litera requirat. Tex. in L. Gallus §. Videndum eſt vbi hoc not. Bald. not. 5. ff. de lib. & Poſthum. & ibi ſequitur Angelus vterque, immo, & Bald. in L. 1. in fin. ff. de Cur. fur. in L. Omnes Populi col. 1. & col. 7. verſic. dico ergo, ff. de Iuſtitia, & Iure, & hoc maxime peculiare eſt in ſtatutis, & conſuetudinibus, quod eorum verbis tenaciter eſt inhærendum, nec licet illis addere, nec detrahere nec aliàs interpretari quàm loquuntur, vt pulchre Bald. in L. maximum vitium col. pen. verſic. in contrarium C. de liber. pręter. in Cap. ſignificante de appellat. in cap. 1. in fin. de alien. Feud. & in tract. ſtatus verbo citatio in fin. Albert. in 1. par. ſtat. q. 1. & alibi plura vide per Tiraq. in repet. L. Si vnquã verb. Libentis nu. 4. quęſt. 5. C. de reuocan. donat. & vbi habemus textum conſuetudinis, vel ſtatuti non eſt inquirenda ratio, inquit Bald. in L. 1. col. 4. C. Si plur. vna ſent. in L. ſi infanti col. 5. C. de Ben. delib. in L. executorem col. 3. C. de exceſſu rei iudic. Cum autem in caſu noſtro habeamus clariſsi-

mam

mam conſuetudinem, necnon ſtatutum, hoc eſt Conſtitutiones Ordinis, nullum locum aſsignantes regentibus ratione officij ergo &c.

Secundo, de his quæ non apparent, & nulla lege probantur abſurdum eſt iudicare, præſertim contra id quod eſt lege ſatis expreſſum C. de cola. L. Illa Lapus alleg. 101. num. 9. Sed nulla L. apparet, nec vnquam probabitur locum peculiarem, *ſiue* eundem locum, qui debetur Magiſtro regenti deberi regenti Baccalaureo, quia diuerſa ſunt Magiſterium, & Baccalaureatus, & à diuerſis non fit illatio, L. Papia ff. de minorib. cap. ad audientiam, tit. de decimis ergo &c. Immo contrarium decernitur in Conſtitutionibus Ordinis, vt infra dicetur.

Tertio, conſuetudo immemorabilis habetur pro titulo, & tituli prolatione, cap. Super quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. & L. hoc Iure §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua. Nauar. de cenſibus conſ. 7. At conſuetudo immemorabilis ſemper fuit, vt regentes haberent locum iuxta ſuum gradum, & non iuxta officium regentis, præſertim cũ in Conſtit. Ordinis parte 5. ca. 4. Baccalaurei cenſeantur digni, & offitio regentis, & publica ſacræ Scripturæ lectione, nec tamen ibidem aſsignatur illis locus ſupra quoſcumque Baccalaureos.

Quarto, quia conſuetudo rationabilis, & legitimè preſcripta habet vim priuilegij, & legis, Cap. fin. de conſuet. Mart. Nauar. de præbend. conſ. 36.

Nec dicatur conſtitutiones Ordinis de ſolis Magiſtris regentibus ſermonem habere, quia Reſpondetur ex eo, quòd Baccalaurei non nominantur, pro regentibus actualibus non propterea debent eſſe melioris conditionis, quam ſint Magiſtri regentes cum expreſſum fortius *ſit*, & extenſibilius,

quam tacitum. Not. in L. precibus C. de Imperator. & alijs in L. pen. ff. in quibus cau. pig. tac. contra in cap. quod à te de Cler. coniug. Abb. in cap. Dilecto de foro compet. Dec. in cap. Clerici col. fin. de Iud. Cum ergo Magiſtri regentes expreſsi in Conſtitutionibus maiorem' locum non habeant, quam ſui gradus, ergo neque regentes Baccalaurei ratione officij regentis habere debent maiorem locum ſui Baccalaureatus, quia eadem eſt vis, & idem iudicium fieri debet taciti, & expreſsi L. ijs ſolis C. de reuoc. donat. in L. Gallus §. ſi ijs. ff. de lib. & poſth. Cur. ſen. conſ. 25. nu. 13. Cur. Iun. conſ. 63. nu. 13. Alex. conſ. 30. lib. 2. conſ. 24. num. 33.

Dicitur ſecundò, conſtitutiones ordinis generaliter loqui de regentibus, & ea omnia explicare quæ illorum officio competunt, & Magiſtros illos appellant, quia in ijſdem Conſtit. parte 5. cap. 1. Suadetur Generalibus, vt regentes ſint Magiſtri ſacræ Theologiæ nec ibi (vt alias dictum eſt) locus peculiaris illis aſsignatur, ratione huius officij, & cum verba ſint generalia, generaliter etiam operantur. Butr. in cap. Olim de verb. ſignific. Cald. conſil. 1. de conſang. & affin. Dec. cap. 16. col. 2. de reſcript. Et hoc etiam verificatur in odioſis, & pœnalibus ſimul, Gloſ. vlt. in cap. contra Chriſtianos, de Hæreticis in 6. ergo Baccalaurei regentes nullo modo fundare poſſunt intentionem ſuam ſuper cõſtitutiones Ordinis.

Sed examinemus Baccalaureorũ regentium fortem, vt aiunt, Achillem; dicunt enim quod a 15. annis infra cæperunt eſſe regentes in Religione, & proinde toto hoc tempore locum habuerũt vbique ferè, ſupra Baccalaureos non regentes.

Reſpondetur primò, quod Baccalaurei non regẽ-

tes toto hoc tempore vrbanitatis, & ciuilitatis cauſa locum illis ceſſerunt, exploratiſsimi autem iuris eſt, ea quæ fiunt ex ciuilitate, & vrbanitate quantocumque tempore non præiudicare iuri publico, aut priuato, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio. L. Qui iure familiaritatis, & ibi per Bart. Imol. Paul. Alex. ff. de acq. poſſ. L. & habet §. Hoſpites, ff. de præca. L. ſi mulier ff. Quibus modis vſufruct. admittatur. not. Innoc. Abb. in ca. Cum Eccl. Sutrina de cau. poſſ. & propriet. & in cap. Abbate Sancti Siluani de verb. ſignific. Anchar. in repet. cap. ſine poſſeſ. col. 21. de reg. iur. lib. 6. Pau. conſil. 179. in cau. col. 2. ver. item non obſtat lib. 1. vbi etiam dicit non præſumi derogatum iuri ſemel quæſito, ſi ex gratia, & ciuilitate ſit factum, niſi probetur tamquam ex neceſsitate, vel ex debito eſſe factum, per tex. in L. fin. ff. de itin. actuque priua. l. 1. §. an ita de acqua, quinimmo in dubio actus præſumitur factus ex veroſimiliori, ac minus præiudiciali. Rot. Roman. deciſ. 613. num. 3. parte 1. nouiſsimarum.

Reſpondetur ſecundò, conſuetudinem annorum quindecim allegatam non eſſe veram conſuetudinem, ſed illam veram eſſe quæ cæpit à principio Religionis, & ferè ſemper perſeuerauit, quæ quidem nullo tempore tolli poteſt per ſimplicem non vſum vt not. Petr. Cened. in l. 11. C. quæſit. Io. Conſ. Albert. in rub. C. eod. Bald. Angel. in l. hæc autem iura, per illum tex. ff. de ſeruit. vrb. præd. Io. And. Butr. Immol. Abb. in cap. Io. de Cler. coniug. vbi docent abſtinentiam, vel obſeruantiam certi, & determinati modi quantumcumque diuturnam nō cenſeri implicare communem vſum, nec inducere diſuetudinem, & præſumptionem, & ita tenet Cal-

uer. conſ. 1. & 3. in fin. ſub tit. de conſuet. & in côſ. 19. de præben. & ſequitur Rocc. Cur. in repet. cap. fin. col. 66. verſic. redeundo ad primam in fin. de conſuetud.

Reſpondetur tertio, quod iſta conſuetudo quindecim annorum ſi alicubi reperitur derogat conſuetudini generali in loco illo particulari tantum. Bald. in L. & prouinc. ad fin. C. de ſeruit. vbi dicit hoc eſſe tenendum quando eſt fauor Eccleſiæ, quod tamen non militat in caſu noſtro. Bald. in l. Sed ſi Lege §. de eo in fin. ff. de pec. hæred. & in L. Nemo §. temporalis ff. de rep. iur. Bald. in c. 1. §. Notandum, qui feud. dan. poſſ. dicunt quod conſuetudo poſterior tollit priorem, quando eſt præſcripta, quia præſcripta intenditur per non præſcriptam. Bald. in cap. 1. col. 1. de feud. cog. Io. And. in cap. Cum Eccleſiam de elect. notat id verum eſſe maxime in petitorio, non autem in poſſeſſorio, cum autem regentes Baccalaurico ſpatio quindecim annorum præſcribere minimè potuerint, iuribus vulgatis ergo &c.

Reſpondetur quartò, conſuetudo quindecim annorum debet recipere vt ſit bona, interpretationẽ à iure communi, L. 2. C. de noxa, cap. cum Dilectus de conſuetudine. Iaſ. plenè in auten. nouiſsima col. 6. C. de innouat. teſt. Alex. conſil. 19 & conſ. 29. lib. 1. & debet eſſe iuſta, & rationabilis, vt dicit Alex. conſ. 80. col. 3. ita vt excludatur prauus ſenſus Bald. L. quicumque col. ante pen. C. de Ser. fug. Socin. conſil. 31. col. 1. lib. 1. allegata enim conſuetudo caret huiuſmodi conditionibus, & iure noſtro hoc eſt Conſtit. Ordinis non confirmatur, & proinde in materia præcedentiæ conſuetudinem attẽdendam eſſe docet expreſſe Rot. Rom. dec. 438. n. 1. par. 1.

Reſ-

Reſpõdetur quintò, quamdiu poſsidetur aliquid ſub aliqua qualitate à iure reprobata numquã etiam per mille annos præſcriptio incipere poteſt not. in L. cum notiſsimi §. illud, & ibi Io. Fab. Bald. C. de præſcript. 30. ann. Abb. & Bald. in cap. Quoniam conſequenter de præſcript. Corn. conſil. 166. lib. 3. qualitas autem à Iure hoc eſt à Conſtitutionib. Ordinis reprobata eſt, vt nullus locus peculiaris aſsignatus reperiatur regentibus, vti regentes ſunt, ſed locum teneant ſui gradus tantum.

Nec dici poteſt Conſtitut. Ordinis hac in ſe correctione aliqua indigere, quæ fieri debeat per aliquod ſtatutum, nam correctio iuris communis induci non debet per ſtatutum, niſi quatenus expreſſe in eo dicitur Iaſ. in L. Omnes populi in 2. lect. col. pen. ff. de iuſt. & iur. & in L. fin. §. In computatione in fine C. de Iud. del. nec in Conſtitutionib. Ordinis expreſsè dicitur quod poſsint corrigi per ſtatutum.

Reſpõdetur ſexto, quod poſſeſsio prætenſa à Baccalaureis regentibus cum præſcripta non ſit, non dat Ius alicui. toto titulo de cauſa poſſeſſ. vt autem præſcripta dicatur requirit ſpatium, quadraginta annorum numquam intermiſſum. Nauar. de præb. conſil. 6. cap. fin. de conſuetud. cum latè adnotatis per Roccam, Panormit. communiter receptus in cap. final. de conſuetud. numero 11. Nauarrus de conſuetud. conſil. 36. & de ſtatu Monachorum conſ. 4. vbi concludit Prouintialem Aquitaniæ ordinis Minorum debere præcedere Prouintialem Lugduni eiuſdem Ordinis, eo quod præſcripſit, & pacificè vſu cæpit locum ſupra Prouincialem Lugduni per annos quadraginta, & amplius.

Et in huius veritatis confirmationem, Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ ſi ſit Vicarius Epiſcopi ſedendo

dendo in choro cum alijs Canonicis eos tantū præcedit,qui Canonicatum poſt illum ſunt adepti,non autem eos qui ante illum facti ſunt Canonici. Nauarr. conſil. 3. de Maioritate, & Obedientia. Decanus quoque ſiue Archidiaconus præcedit ſuum Epiſcopum, quando Epiſcopus intereſt capitulo, vt Canonicus. Gloſ. in cap. à collatione de appel. in 6. Nauar. de maiorit. & obed. conſ. 4. idque fieri dicunt Canoniſtæ præcitato tit. quia Epiſcopus ibidem ſedens, nihil agit vt Epiſcopus, cum ergo regentes Baccalaurei in Choro,Capitulo,Refectorio,Proceſsionibus,nihil agant quod ſpectet ad eorum offitium regentis, ergo tenere debent locum, ſui gradus, & profeſsionis, non autem offitij,& ita fuit deciſum multoties per ſacram Congregationē Epiſcopis,& Regularibus præpoſitam 6.Iunij 1589. Epiſcopo Veroli, 7.Martij 1592.Archiepiſcopo Auignioni 27.Auguſti 1593. Epiſcopo Ferrariæ 24 Auguſti 1594. Epiſcopo Sutrino.

Reſpondetur ſeptimò,regentes Baccalaureos rationibus ſupradictis fuiſſe poſſeſſores malæ fidei, quia ſciebant, vel ſcire debebant, vel ſaltem dubij erant rem quam poſsidebant non eſſe ſuam. Dominicus Soto lib.4. de iuſt. & iur. quæſt.5.artic.4. & ita poſſeſſores malæ fidei numquam præſcribunt. c. Vigilant de præſcript. cap.poſſeſſ.de reg. iur.lib.6. & Nauar. de Decimis conſ.1.

Reſpondetur octauò, quod locus ſupra omnes, qui Magiſtri non ſunt ſolis Magiſtris eſt de Iure debitus, vt cantant Conſtitut. Ordinis part.3 & 5.qui ſi Baccalaureis regētibus aſsignaretur proculdubio aliud non eſſet quam facere ipſos Magiſtros re ſaltem, & ſi non nomine, quod tamen vetitum eſt, & Generalibus, & toti Religioni, tum Edicto Gre-

gorij

gorij XIII. tum declaratione viuæ vocis oraculo facta à Clem. VIII. tum reuocatione exemptionum Magiſtralium à Reuerendiſs. Magiſtro Alexãdro Senenſe Generali publicis literis facta, etiam de mandato D. Cardinalis Saulij Protectoris, & vt iiſdem literis aſſeritur etiam de mente ſanctiſsimi Domini. His addi poteſt nullã eſſe Religionem, quæ ſuis regentibus, aut Lectoribus maioribus locũ aſsignet ſupra aliquos, qui nõ ſint de corpore ſui ſtudij.

Reſpondetur nonò, quòd vigore Conſtitutionũ Ordinis non dantur modo Baccalaurei præſentati, ſiue licentiati, eò quòd facultas licentiandi ad Magiſterium fuerit Generalibus ſublata per Diploma Gregorianum, ibique ſtatuitur Baccalaureos, qui iuxta diplomatis diſpoſitionem cõcurſum fecerint, nullam ex ipſo concurſu, aut prærogatiuam, aut vtilitatem ſortiri poſſe. Quod ſi de facto Baccalaureis locum præripuerunt, & vſurparunt, à loco iſto debent expelli, & vlterius poſt alios poni. C. præcipimus 93. diſt. & L. Neminem C. de offitio Magiſtri offitiorum, Bart. Caſſan. in Catal. Gloriæ Mundi part. 1. conſid. 39. Riccius in Praxi Aurea reſolut. 103. poſſeſsio enim nulli eſt auferenda ante cauſæ cognitionem. cap. 1. de cauſa, & propriet. cap. In literis de reſtitut. ſpol. & cap. Conquerente tit. eodem. Marr. Nauar. conſ. 1. de Decimis, & Primitijs & ad hoc facit, cap. Iulianus, & cap. Reſiſtit 11. q. 3. Nauar. conſ. 1. vt lite pendente, & Diuus Thom. 2. 2. quęſt 104. art. 1. & ita ſentio ſaluo &c.

Tandem negotio hoc in Capitulo generali 1602. Recineti propoſito, & examinato coram Reuerendiſsimo Patre Magiſtro Hippolito Rauennate ibidẽ Generali electo, & coram Multum Reuerendis Patribus Diffinitorij fuit dictum, & decretum, quod

regen-

regentes Baccalaurei locum haberent ſupra omnes Baccalaureos illius Conuentus tantum, in quo ſunt actu regentes, in alijs autē Cœnobijs locū haberent prioritatis & antiquitatis, ſui Baccalaureatus tātū.

Io. Antonius Maſſobrius in tract. de Syn. Dioceſ. c.4: dub.6. Vinc. Grilenzonius conſ.50.58.121. Vinc. Francus dec.48.4.par. Andreas Molfeſius conſil.15. Aloyſ. Riccius Prax. fori Eccleſiaſtici dec.578.579.

CONSILIVM TRIGESIMVM.

Franciſcus de anno 1580. dedit ſcuta mille auri menſæ Antonij, & Martini ſociorum numulariorum tenēdā ſuper cambijs in modum, & formam infraſcriptæ appodiſſæ,

Confeſsiamo per la preſente noi Antonio, & Martino eſſer veri, & reali debitori de ſcuti 1000. d'oro di Franceſco, quali eſſo ne le dà, acciò le teniamo ſopra cambij reali di Biſenzone, ouero doue ſi faranno le fere à quella raggione del conto, che ſarà ſtabilita per la generalità de Mercāti, così quà, come in fera tutto à noſtro riſchio, ſenza ch'eſſo ne patiſca alcuna ſorte di ſpeſa, nè di ſenſaria, nè di altro, eccetto che haueremo da leuargli ogni fera la prouiſione del luogo oue ſi farà la fera à raggione d'vn terzo per cento come ſi ſtilà vniuerſalmente, & auanzando mobili declaramo ch'eſſo Franceſco non ne habbi da ſentir danno alcuno delli contanti ſi mandaſſero à Milano, ò altroue, & come è detto, vogliamo che il tutto ſia ſopra di noi, & ſi oblighiamo à reſtituirgli ad ogni ſuo piacere sì il capitale, come li vtili foſſero ſopra ciò ſeguiti, con dargli diſtinta, & particolar raggione di

quanto

quanto ſarà ſopra queſta cauſa negotiato in danari contanti, & non in altra coſa, & queſto ſotto obligo, & hipotheca di noi inſolidum, talmente, che ſiamo inſol. tenuti con le rinontie delle N. C. & d'ogni altra legge obligandoli noi noſtri beni heredi, preſenti, & futuri pegno al detto Franceſco preſente, & che accetta, & in fede &c.

Quarum omnium pecuniarum vſuram ſub ſpecie lucri in fine cuiuſque feriæ dictus Franciſcus à dictis Numularijs exigebat, & in fine anni, ſeu in alio ſibi commodiori tempore cumulata vſura cum aliquibus alijs pecunijs capitale conſtituebat quaſi nouum. Iterumque dabat dictis Numularijs vt ſupra, & pro cautione fiebant aliæ appodiſſæ ad formam vtſupra ex quibus pecunijs exigebat Franciſcus pariter ſimilem vſuram prouenientem ex ipſamet vſura.

Anno poſtea 1583. factis calculis ſummæ contẽtæ in prioribus appodiſsis fuerunt reductæ in vnam ſummam, & facta fuit ſola appodiſſa tenoris vt ſupra, qua confeſsi ſunt dicti Numularij ſe debitores dicti Franciſci de ſumma librarum 59. mil. & anno 1584. ex aſſerto lucro exacto poſt aliam ſupraſcriptam appodiſſam confeſſi ſunt recepiſſe alias libras 3000. & anno 1586. alias libr. 3000. vt conſtat ex duabus appodiſsis tenoris vtſupra.

Anno vero 1587. defuncto dicto Franciſco.

Papirius eius filio ſuo, & nomine aliorum fratrum omniũ eius hæredũ voluit dictos Numularios facta prius per eos recognitione appodiſſarum in eo inſertarum ſe obligari per inſtrumẽtum, & computatis, vt ipſi appellant vtilibus tunc ſolutis retrocurſis, & etiam pecunijs per dictum Papirium ſuo, & vtſupra ab ipſis ſocijs exactis, quarum ſumma aſcen

debat

debat ad libr. 13273. 11. de quibus factis calculis aſſertum creditum dictorum Papirij, & fratrum remanſit in ſumma lib.60. mil. pro qua ſumma ſe obligarunt dicti Numularij per inſtrumentum rogatum die 26. Nouembris dicti anni 1587. ceſsionemque fecerunt dictis hęredibus Franciſci de nonnullis effectibus ſocietatis exigendis contra Annam N. & prout in eo inſtrumento.

Euenit caſus quod dicti Numularij defecerunt in credito, & hæredes Franciſci inſtabant ſolutionem, quibus ſe obtulit Antonius vnus ex ſocijs eos cautos facere pro medietate dicti crediti, dum tamen diuideretur ſolidum, & terminus ad ſoluendũ daretur, & acceptata oblatione per hæredes Franciſci fuit rogatum inſtrumentum ſub die 2. Decembris 1589. in quo per ipſum Antonium fuerunt promiſſæ lib. 340300. ſoluendæ termino quinque annorum pro quibus etiam fuit præſtita fideiuſsio ea conditione, vt pro alia medietate crediti pertinente ad Martinum ſocium liberaretur in qua ſumma adſunt etiam aſſerta vtilia curſa ab anno 1587. vſq; ad dictum diem 2. Decembris 1589. licet non fuerit negotiatum.

Quo inſtrumento explicato incontinenti ſub ijſdem hora, & loco, & corã ijſdem teſtibus, & Notario dicunt hęredes Franciſci fuiſſe factã appodiſsã ab ipſo Antonio cum eadem fideiuſsione, in qua confeſſus fuit recepiſſe ex cauſa depoſiti veri, & realis lib. 8639. quæ ſumma calculando intereſſe termini illorum quinque annorum ad rationem quinque pro centenario aſcendebat ad notatam ſummã in fine termini, & vlterius promiſit ſingulo fine anni ratam portionem ſoluere.

Poſtque dictum inſtrumentum, & dictam appodiſſam

diſſam de anno 1592 adhuc nō maturato termino dato ad ſoluendum dicti hęredes Franciſci exegerunt à debitore dictorum ſociorum lib. 20060. quarum medietatem poſuerunt ad partitam Martini, & aliam ad partitam Antonij, cuius partem computarunt in cauſam dictæ vltimæ appodiſſę, exegeruntque alias libr. 7000. & poſt alias lib. 26. mil. & hoc apparet ex inſtrumentis.

Quibus omnibus computatis, & etiam computatis vtilibus habitis per quitantias reſultant in ſumma lib. centum vnius mille, vltra etiam eas pecunias receptas à Martino alio ſocio, & eius fideiuſſore, quæ ſunt notabilis ſummæ, nuncq; etiam prætendunt lib. 28. mil. à fideiuſſoribus dicti Antonij vnà cum intereſſe curſo à dicto anno 1589. citra.

Hinc quiſque iuditij non expers colligere poteſt quam exorbitans prætenſio hæc ſit, & quam leproſi ſint iſti contractus.

Iuris Allegationes.

VT propoſiti contractus natura penitus inſpici poſsit, tria videntur enucleanda. Primum ad quam contractus ſpeciem reducendus ſit. Secundum ſit ne aliqua in eo iniuſtitia. Tertio an vſuraria labe ſit infectus. Ex quibus manifeſtè patebit, ſit ne obnoxius reſtitutioni, qui pecuniam Campſario contulit Franciſcus, & in hoc contractu examinando breuiter, & reſolutoriè agam.

Quo ad primum caput ſpectat, res aperta videtur, atque extra omnem controuerſiam contractū

hunc eſſe contractum ſocietatis; Siquidem à Franciſco collata eſt pecunia ad Cambiorum negotiationem quod manifeſtum apparet ex verbis illis chirographi, *le quali eſſo me le dà, acciò le tenga ſopra Cambij reali di Biſanzone, &c.* Certum eſt autem cum pecunia numeratur mercatori, vt ea negotietur, & lucrum quòd inde fit diuidatur inter pecuniæ Collatorem, & Mercatorem iniri ſocietatis contractum. Siquidem ſocietas eſt duorum, vel plurium conuentio contracta ob commodiorem vſũ, & vberiorem quæſtum, vt ex Marco Tullio tradit Azo. in ſum. in Rubr. pro ſocio, nu. 1. cui communi conſenſu Doctores, tàm iuris, quàm Theologiæ periti ſubſcribunt glo. inſtit. de ſociet. in Rubr. Bal. in rubr. C. pro ſocio num. 4. Petr. Nauar. lib. 3. de reſtitut. cap. 2. nu. 436. Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. tit. de ſociet. concl. 1. Capic. deciſ. 174. nu. 2. Corn. conſ. 134. nu. 6. lib. 1. latè Petr. Nicol. Mozzius de contract. tit. de ſociet. §. venio ad alium contractum nu. 4. Angel. de Clauas in ſum. verb. Societas 1. in prin. Mart. Nauarrus in ſumma cap. 17. ſub nu. 251. Ludou. Molin. de iuſt. & iur. Tom. 2. diſp. 411. num. 1. & colligitur probaturque hæc ſocietatis definitio ex l. ſi non fuerint 29 §. ità Coiri. ff. pro ſocio, eſtq; communis hominum animi conceptio, rationem huius contractus in eo ſitam eſſe, vt aliqui inito pacto, & coniunctis ſuis quibuſcunq; rebus, quæ ad lucrandũ idoneæ ſint, vt pecunia, induſtria, & opera, velint per negotiationem aliquã facere commune aliquod lucrum inter ſe diuidendum, ità eleganter Greg. de Valent. comm. in S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad quintum, diſp. 5. quæſt. 24. pun. 1. col. 1. verſ. Ratio huius. Eſtque contractus hic de quo agimus ſocietatis illa ſpecies, in qua ex

ſocijs vnus pecuniam confert, alter induſtriam de qua inſt. de ſociet. §. de illa ità inquit Imperator, Nam & ità coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos cōmune ſit, quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet. Idem docet Vlpianus l. ſocietates S. §. ſocietas ff. pro ſocio, latè Ambr. de Vignate tract. de vſur. num. 163. & ſeq. Ludou. Lopez de contract. lib. 1. cap. 63. verſ. tam verò.

Quoad ſecundum pertinet cenſeo contractum hunc ſocietatis illicitum eſſe, & iniuſtum, & iniuſtitiam hanc ex multiplici capite patere, & multis iiſque fortiſsimis argumentis poſſe conuinci.

Primò, ex pacto illo appoſito de capitali ſaluo, quòd illis ſyngraphæ verbis continetur, *Tutto à mio riſchio &c.* ſiquidem iniquus eſt, & iniuſtus contractus ſocietatis, in quo alter contrahentium pecuniam, alter induſtriam apponit, quoties qui pecuniam confert, paciſcitur ſibi ſaluum capitale ex vi ſocietatis, nullo pro tali aſſecuratione iuſto pretio perſoluto; nam pecunia ſocietati expoſita periculo conferentis ſtare debet quòd pro communi axiomate recipitur à Theologis, Summiſtis, & Iuriſperitis, S. Th. 2. 2. q. 78. art. 3. ad S. Domin. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. Greg. de Valent. d. pun. 1. col. 4. verſ. circa tertium, Ludou. Molin. de iuſt. & iur. Tom. 2. diſp. 417. ſub nu. 7. verſ. Alio modo, & ſub nu. 9. Conrad. de contract. quæſt. 97. Michael Salon. comm. in S. Th. d. q. 78. de contract. ſociet. art. 3. controu. 2. S. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 7 §. 37. Franciſc. Garz. de contract. cap. 41. num. 3. Ludou. Lopez lib. 1. de contract. cap. 63. & cap. 64. verſ. circa tertiam, Nauar. in ſum. cap. 17. num. 252. Aſtenſ. in ſum. 1. par. lib. 3. tit. 12. art. 5. quæſt. 2. Angel. de

Clauas verb. Societas 1. nu.7. Syluest. eod. q.2. Armil. eod.nu.6. Tabien. in verbo Vſura 3. nu.3. Coſ. Philiar. de offic. Sacerd. Tom.2. lib.5. cap. 9. verſ. vt ſocietas. Franciſc. Tolet. in inſtruct. Sacerd.lib. 5. cap.41. verſ. Primum eſt, Caietan. in ſum. in ver. Societas, Iacobus de Graff. deciſ. aurear. par. 1. lib. 2. cap. 119. num.35. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. num.3. poſt Petrum de Peruſio, Ioann. de Lignano Cardinalem Abbatem Panorm. Baldum, Romanũ, Ancaranum, Salycetum, Laurẽtium de Ridolphis, Decium, quos citat, & communem fatetur cum Lupio, in cap. Per veſtras 7. de donat.inter virum, & vxorem §. 11. notab.6. ſub num.6.

Nec valet pactum, vt pecunia in ſocietatem collata periculo ſtet accipientis non conferentis, cum pactum eiuſmodi ſit contra naturam, & æquitatem ſocietatis, Cæpol.conſ.29. num.2. in ciuilib. Alex. de Neuo conſ.96. art. 2. vbi latè Petr.Nicol. M. in d. tract. de ſociet. §. venio ad quintam, ſub num.6. Crauet.conſ.173. nu. 1. lib. 1. & hoc pactum, vt iniquum eſt reijciendum Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. tit. de ſociet. col. 3. verſ. ſed quid ſi quis: & in vniuerſum pactio ſocietati appoſita ex qua inæqualitas ſequitur non valet, vt communis eſt Doctorum Theorica in l. ſi paſcenda 8. C. de pact. quos congerit Couar. d. cap. 2. nu.3. Et horum omnium ea eſt ratio, primo quia in ſocietate ſicuti in quolibet alio contractu ſeruari debet æqualitas ex cõmuni lege iuſtitiæ, quod cum Ariſtotel. lib. 5. Ethic. cap.3. & 4. docent Philoſophi omnes, & Theologi cum S. Th. 2. 2. q. 61. at cum induſtriam apponens grauatur onere pecuniam receptam ſaluam præſtandi alteri ſocio nulla mercede, nullaque compenſatione, manifeſtè violatur iuſtitiæ æqualitas, onus

enim

enim illud, cum ſit pretio eſtimabile non alia ratione ſocio recipienti imponi poteſt, quam iuſto etiã prætio pro eodem onere perſoluto, quod tamen non ſit in præfato contractu, in quo nihil emolumentis recipit ſocius periculum capitalis ſuſcipiens quo dictum onus recompenſari poſsit, ita docent Ioann. Maior.4. diſtin.15. quæſt.48.& 49. Couar. d. num.3. & 4. Nau.d.cap.17. num.253. Lud.Molin.d. diſp. 417. ſub nu. 1. & Tolet. d. cap.41. verſ. Alterũ eſt, Michael Salon. d. controu. 2. reliquiq; auctores ſupra relati. Atque eiuſmodi ſocietas ea eſt, quam iura Leoninam appellant, & damnant l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſocio, Ludou. Roman. conſ. 520.nu. 6. Rot. Genuenſ.deciſ.183. nu.4. Io.Petr.de Ferrar. in pract. Papienſ. in form. libell. in cauſ. ſociet. §. ſocietatem num. 10. nam ſocius pecuniam conferens, ſecurus eſt hoc modo de ſuo capitali, conferens verò induſtriam omni periculo expoſitus, & operarum ſi nullum ſequeretur lucrum, & capitalis ſi fortuito caſu periret, quod quam ſi iniquum nemò non videt Alex. de Neuo d. conſ.96. num.7. Secundò pecuniæ in ſocietatem collatæ dominium manet penes conferentem, atque hæc eſt ratio cur ex pecunia ſocietati expoſita lucrum poſsit reportari, non autem ex pecunia mutuata, nam rei mutuatæ dominium cum periculo in mutuatariũ tranſfertur, at rei in ſocietatem collatæ dominium apud conferentem manet S. Th. 2.2. q.78. art.2. ad Sanct. Nauar. d.cap.17. nu. 251. Petr. Nauar. de reſt. lib. 3. cap.2. num. 440. Angel. de Clauaſio verbo Societ. 1. nu.4. in fin. & habetur l. ſi tibi rem.13. §. Iulian. alias citari ſolet l. ſi tibi areæ ff. de præſcript. verb. Nemò, inquit Iulianus ſocietatem contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit Bald.in d. l. 1. q. 1. C. pro

 ſocio

ſocio Ioann. de Anan. in cap. nauiganti 19. col. 3. de vſur. Tobiæ ver. Vſur. 3. num. 1. Ludou. Lopez d. cap. 63. verſ. ſecunda autem, atque adeò ſi caſu fortuito perit domino ſuo, perire debet vulgatis iuribus.

Verum poſſent obijci duo.

Primum eiuſmodi contractum ſi non valet iure ſocietatis ſuſtineri poſſe iure pactionis, cum contractus ex conuentione legem accipiant, C. Contractus 85. de reg. iur. lib. 6. vbi gl. lit. C. iura concordantia accumulat, idemque docet Vlpianus l. contractus 23. ff. de reg. iur. & l. 1. §. ſi conuenti ff. depoſit. niſi conuentum ſit de non præſtando dolo; hæc enim conuentio inquit Vlpianus in d. l. pri. contra bonam fidem, contraque bonos mores eſt, & ideo reijcienda quod idem repetit de ſumma Celſi in d. l. contractus. Ac in alijs contractibus apponi poteſt pactum vt damnum ſpectet ad ſuſcipiẽtem, vt de commodato eſt caſus in cap. vnic. de cõmodit. & in alijs contractibus idem confirmat multis Albericus cuius verba refert Hoſtien. in ſum. tit. de vſur. ſub num. 8. §. in alijs autem caſibus verſ. ſed quamuis talis ſocietas: Idemque probare videtur Ludou. Molin. d. diſp. 417. num. 2. & de hoc, caſum eſſe cenſet Alberic. inſt. de ſociet. §. de illa fanè conuentione; vbi ità poſſe iniri ſocietatem dicitur vt vnus ex ſocijs nullam partem damni ſentiat, lucrum verò commune ſit. Atque ità ſocietati poſſe pactum apponi de ſaluo capitali eiuſmodique ſocietatem ſuſtineri de rigore iuris defendere videtur Alberic. cuius opinionem refert gloſ. in d. l. ſi nõ fuerint, conſentit Gulielm. referente Azon. in ſum. rub. pro ſocio num. 9. & accedit Roman. conſ. 475. num. 5. nec diſentire videtur Hoſtien. d. verſic. ſed

quam-

quamuis talis ſocietas. placuitq; eadem ſententia Ioann. de Lignano præceptori Laurentij de Redolphis, vt ipſe teſtatur in tract. de vſur. par. 2. quæſt. 19. num. 64.

Sed hæc obiectio multipliciter tolli poteſt, primo quicquid ſit de iure ciuili, de iure Canonico, & ſecundum Theologos pactum eiuſmodi de ſaluo capitali in ſocietate appoſitum eſt iniuſtum, cum ſit contra ſocietatis naturam, in qua tàm lucrum, quàm damnum debet eſſe commune vt ſupra tùm ratione, tùm auctoritate probatum eſt, confirmatq; Ioſeph Lud. in ſuis commun. tit. de ſociet. concl. 1. verſ. & in omnibus, & lex Iuſtitiæ manifeſtè conuincit, cum ſocietas ius in ſe fraternitatis habeat l. verum 63. in princ. ff. pro ſocio. ità huic obiectioni ſatisfacit Angel. de Clauas. verb. Societas primo, nu. 5. Iacob Vngarell. in addit. ad Angel. d. num. 5. lit. C. Syluest. eodem quæſt. 2. Cæſar. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 58. num. 4. Nicolaus de Auſm. Ord. Min. in ſumm. quæ dicitur ſupplementum verb. Societas 2. §. ſed an poſsit paciſci de ſentẽtia Angeli de Peruſio. Secũdò dicimus, nec iure ciuili poſſe eiuſmodi pactum defendi, vt patet ex iuribus citatis, l. ſi non fuerint l. verum ff. pro ſocio, l. ſi paſcenda, C. de pact. Rom. conſil. 520. nu. 6. Cart. Cæpol. conſil. 39. num 2. in ciuilibus; & ſi tale pactum addatur, ſocietas eſt Leonina, vt patet ex ſupra citatis auctoribus. Nec obſtat d. §. de illa ſanè: cui mutipliciter reſpondent DD. Hoſtien. d. verſ. ſed quamuis talis ſocietas, & Laurent. de Ridolph. d. quæſt. 19. num. 62. Intelligendum aiunt eſſe de damno, & lucro mercimonij, non de capitali. Verum niſi aliud addatur hoc quoque videtur eſſe iniquum, vt qui æque ad ſocietatem conferunt inæqualiter de lu-

cro participent, cum vbique eadem ratio inæqualitatis militet. Abb. verò in cap. Nauiganti 19. nu. 13. de vſur. aliter d. §. de illa explicat, quem ſequitur Couar. d. cap. 2. num. 2. verſ. ſexto poterit, nimirum quod loquatur de recipiente pecuniam, & operam tantum ponente; quia tunc fieri poteſt, vt ipſe damni pecuniæ ſi quod contigeret ſit expers cum ſatis ſit ſi damnum ſentiat operarum; at ſi pecuniã conferens illud apponi vellet pactum, inique ageret, & contra naturam ſocietatis. Etenim pecuniam recipiens duplici eſſet periculo expoſitus, & capitalis cuius periculum in ipſum eſſet reiectũ, & operarum amittendarum; pecuniam verò conferens nullum ſentiret damnum cum eam ex pacto integrã haberet; ſed acutius reliquis omnibus videntur legislatoris mentem in d. §. de illa introſpexiſſe. Couar. d. cap. 2. lib. 3. var. reſolut. num. 2. verſ. ſed, & pactum Ludou. Mol. d. diſp. 417. nu. 2. & Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. cap. 2. num. 446. & ſententiam Seruij Sulpitij contra Mutium, de qua in l. Mutius 30. ff. pro ſocio, & in d. §. de illa, longe melius declaraſſe nimirum fieri poſſe, vt vnus ex ſocijs damni nullam partem ſentiat, lucrum verò commune ſit, cum is, qui nullum ſentit damnum, tantum plus vel operæ, & induſtriæ, vel pecuniæ conferat in ſocietatẽ, vt exceſſus ille iure ſufficere poſsit pro pretio aſſecurationis, ſiuè certi lucri, ſiuè capitalis, quòd ſalua iuſtitia: fieri poſſe mox docebimus. Nec aliud ſibi voluiſſe videtur. Rom. d. conſ. 475. num. 5. vt ſe ipſum idemmet Rom. explicat conſ. 520. ſub nu. 6. ſi inter ſocios inquit conueniat, vt nullam partẽ damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit non aliter ea conuentio valet, quam ſi tanti ſit opera quanti damnum eſt, tex. in l. ſi non fuerit 29. § ità

coiri

coiti ff. pro ſocio, & initit. eod. §. de illa, & eodem modo explicanda ſunt, dicta Alberici Gulielmi, & Ioann. de Lignani, vt liceat paciſci ſaluum capitale, cum nimirum opera ſiuè induſtria mercatoris non tanti eſſet, vt ex æquo lucrum diuidi poſſet cum pecuniam conferente; quia exigua ſit opera, & pecuniæ vis ſocietati expoſita ingens; tunc enim propterea ad lucrum æquis portionibus admitteretur, nam lucri ea parte, quam non meruit induſtria, compenſaretur periculum quod ſubit mercator de præſtando ſaluo capitali hanc fuiſſe Alberici ſententiã non inficiabitur qui eius dicta rectè ponderabit, nam ea videtur fuiſſe motus ratione quod pro maiori parte mercatores lucrantur, quaſi velit lucrum ex alterius pecunia reportatum eſſe iuſtã mercedem periculi ſuſcepti eiuſdem pecuniæ. At verò in noſtro caſu tantum abeſt, vt lucro campſoris compenſari poſsit periculum capitalis, vt nec duplicem quidem prouiſionem recipiat, quod paſsim fieri ſolet, ſed vnam tantum, & quicquid lucri fuit collectum totum id conferenti pecuniam perſoluerit. Nec obſtat quod ex conuentione legem accipiant contractus, & quod in commodato, & ſimilibus poſsit apponi pactum de ſalua rè commodata, nam reſpondetur eiuſmodi pactum non eſſe cõtra naturam commodati, eſſe verò cõtra naturam ſocietatis, vt ſocius velit ſibi ſaluam pecuniam in ſocietatem collatam, cum ſocietas quoddam ius fraternitatis habeat d. l. verum 63. ff. pro ſocio, cui fraternitati repugnat pactum illud, at verò alij cõtractus ſicut non habent ius fraternitatis ita admittere poſſunt pactum de ſalua rè commodata, & ſimilibus ita Hoſtienſ in ſum. tit. de Vſuris ſub nu. 8. §. in alijs autem caſibus col. 3. Laurent. de Rodul.

d. quæſt.

a.quæſt.19. ſub nu.62. Azo in ſum.in rubr.pro ſocio nu.9. Quamuis aliter etiam poſſet reſponderi cum Ludou.Molin.d.diſp.417.num.2. ſicut cum in contractu commodati opponitur pactum de ſalua re commodata eius periculo in commodatarium reiecto debet hoc onus aliqua iuſta mercede cõmodatario perſoluta compenſari; nec poteſt ſalua iuſtitia ex vi commodati tale pactum adijci; ita nec in ſocietate poteſt ex vi ſocietatis pactum apponi de ſaluo capitali poſſet tamen iuſta compenſatione facta eiuſmodi periculi in ſocium reiecti, quod tamen in noſtro caſu præſtitum non eſt, in quo Franciſcus ſaluam ſuam pactus eſt ex vi ſocietatis nulla facta ſocio compenſatione, vt infra pluribus fiet manifeſtum. Breuius reſpondet Syluester ver. Societas 1.quæſt. 2. d.cap. contractus, & cætera iura quæ ex conuentione aiunt contractus legem accipere, intelligi debere de pactis, & conuentionibus, quæ non ſunt de ſe illicita, & contra ipſa iura cuiuſmodi eſt pactum in ſocietate de ſaluo Capitali ex vi ſocietatis, ab Hoſtienſi verò etiam damnatum eiuſmodi contractum patebit infra.

Secundò obijci poſſet. Quamuis Dominicus Soto lib.6. de iuſt. & iur. quæſt.6. art.1. quem ſequitur Albornocius lib. 1. de contractibus tit, 14. & poſt Bullam Sixti V. quæ incipit, Deteſtabilis. Coſm. Phil.de offic. Sacerd. tom.2. lib.5.cap.9. neget iniri poſſe contractum aſſecurationis capitalis etiam iuſta ſoluta mercede cum eo, qui pecuniam recipit ad negotiandum; communior tamen, & verior ſententia eſt poſſe eiuſmodi aſſecurationem capitalis iniri cum ipſomet Socio. ità Couar. lib. 3. var. reſolut. cap.2. concl.3. Nauar.in ſum. cap.17. nu.156. quod iure probari vult in cap. per veſtras 7. de do-

nat.

nat, inter vir. & vxor. Lud. Mol. d.diſp.417. per totam, Greg. de Valent. d.diſp.24.p.2. Sylueſt.verbo Societas 1. quæſt.2. verſ. & idem eſt, Tab. ver. Vſura 3.num.3. verſ. quod poteſt. Petr. Nauar. d. cap.2. num.445. & alij communiter, non ergo pactum de ſaluo capitali tanquam iuſtum, & iniquum eſt reijciendum. Reſpondetur enim, vt ijdem Doctores citati docent, duobus modis poſſe pactum fieri de ſaluo capitali cum ſocio; Primò, ex vi ſocietatis nulla compenſatione facta eiuſmodi periculi in ſocium reiecti, nullaque mercede pro tali aſſecuratione perſoluta, quod contingit quando ita ſocietas inita eſt, vt induſtriæ vnius, & pecuniæ alterius habita ratione, lucrum eſſet ex æquo partiendum, & tamen pecuniam conferens paciſcitur ſibi à ſocio capitale ſaluum. Et modus hic ſocietati repugnat eamque reddit Leoninam. Secundò, modo cum pro aſſecuratione capitalis, vel certum quid perſoluitur, vel tanta pars lucri ſocio relinquitur; quãta iuſtum poſſit eſſe pretium aſſecurationis, & de hoc caſu loquuntur citati auctores, qui ſocietati poſſe apponi pactum aſſecurationis capitalis tradunt, & has ratione Nau. d.cap.17. num. 257. poſt Abbat. in cap. Conqueſtus 8. de Vſur. num.6. & Ant. de Butr. in cap. per veſtras 7. de donat. inter vir. & vxor. num. 5. tuetur contractus illos viduarum, & pupillorum, qui mercatoribus pecuniam tradunt ad negotiandum pacti ſaluum capitale, non vi ſocietatis, ſed aſſecurationis, atque adeo minorem lucri recipiunt partem quam recepturi eſſent, ſi ipſorum periculo ſtaret capitale, quam lucri partem mercatori relinquunt tanquam aſſecurationis mercedem, vt egregiè declarat Angel. de Clauaſ. d. v. Societas 1. nu.7. omninò videndus, & Sylueſt. ead. quæſt. 2.

quæſt.2. Io. Baptiſta Lup. de Vſur. com.3. §.1.n.24. vbi plures alios congerit. At in caſu noſtro tantum abeſt, vt iuſtum aſſecurationis pretium ſit perſolutum Campſori, vt etiam ex duabus prouiſionibus quæ paſsim ſolui ſolent Campſoribus alteram pro loco in quo nundinæ, ſeu feriæ celebrantur, alterã pro loco in quo morantur Campſores, & artẽ exercent Campſoriam vna tantum Campſori concesſa ſit, quæ quidem prouiſiones Campſoribus ſoluuntur, non pro aſſecuratione capitalis, ſed pro expenſis quæ fiunt à Trapezitis in nundinis, & itineribus quod manifeſtè patet, nam ſi Franciſcus ſuo periculo pecuniam cambiorum negotiationi expoſuiſſet, nihilominus eandem duplicem prouiſionem exſoluere debuiſſet Campſori; ſi ſalua iuſtitia contractum inire voluiſſet, vt communi vſu fori receptum eſt, quod quidem notius eſt, quam vt pluribus probari debeat quare bis à ſocio pecuniam conferente peccatum eſt; primo quod nullo pretio onus aſſecurationis in ſocium reiectum compenſarit; deinde quod parte mercedis iuſtæ laboribus, & induſtriæ ſocij debitæ vna ſcilicet prouiſione eundem defraudarit. Deinde iuſtum pretium aſſecurationis non eſt tertia pars aurei, tantum enim ſtat vna prouiſio pro ſingulo centenario, ſed vel quatuor pro centum, vt inquit Nauar.d.cap.17.num.255. & Salon. d.controu.2. §. conditiones ſecundæ, verſ.vltima eſt, vel etiam amplius, vt Tolet. lib. 5. inſtruct. Sacerd.cap.33. verſ.tertio. Ex quibus omnibus cõſtat nulla poſſe ratione ſuſtineri pactum, quòd adiectum eſt à Franciſco ſaluo capitali, quin iniquum ſit, & contra naturam ſocietatis.

Secundo huius item contractus iniuſtitia patentior fit ex alio capite, & pacto adiecto, quo conuentum

uentum eſt, vt expenſæ omnes quæ in pecunia ca[illegible] bienda neceſſariæ eſſent non ex corpore ſocietatis fierent, ſed à ratione Antonij, & Martini ſocijs induſtriam conferentibus de proprio; quod patet illis verbis; *ſenza ch'eſſo ne patiſca alcuna ſorte di ſpeſa, ne di ſenſaria, ne d'altro &c.* & tamen indubitati iuris eſt expenſas quas in ſocietate facit induſtriam apponens eſſe faciendas de corpore ſocietatis tex. expreſſus in l.cum duobus 52.§. quidam Sagariam, & §. ſi quis ex ſocijs, ff. pro ſocio. ſi quis ex ſocijs inquit Vulpianus propter ſocietatem profectus ſit velut ad merces emendas, eos dumtaxat ſumptus ſocietati imputabit, qui in eam penſi ſunt, Viatica igitur, & meritoriorum, & ſtabulorum iumentorum, carrulorum vecturas, vel ſui, vel ſarcinarum ſuarum gratia, vel mercium recte imputabit. Bal.l.1.quæſt. 7. num. 9. C. pro ſocio citans in eandem ſententiā Iacobum de Aretio, & Cynum, Angel. de Peruſio tract. de ſociet.num.10.Conrad.de contract.quæſt. 94. col.1. verſ.quarta coucluſio, Angel.de Clauaſio verbo Societas 1. num.12. & 15. Syluester eod.q.12 Bart. in l.ſocium 60. §. ſocius num. 1. pro ſocio. Armil. verbo Societas nu.6. Petr. Nauar. d. lib. 3. C.2. nu.465.& 466. quod ità verum eſſe docet ſic auctor, vt num. 467. velit etiam moderatas eleemoſynas, quæ pro bono ſocietatis erogatæ fuerint ab vno ex ſocijs, eſſe illi ab alijs ex communi lucro compenſandas ad ratam ſocietatis, ratione ſanè firma, vt ibi per eum Lud. Mol.d.tom.2.diſp.418.per totam. Ambroſ.de Vignate tract. de Vſur.nu.176. verſ.alia concluſio Lud.Lopez de contract.lib.1. ca.63. verſ. quoniam de reſarciendis. Nec obſtat limitatio Angel.de Peruſio d. tract.de Societ. par.1. nu.16. vt refert Angel. de Clauaſio d. nu.12. niſi conſuetudo

inquit

inquit haberet, vt expenſæ non de corpore ſocietatis, ſed de proprio fieri deberent ab eo, qui ponit operam. Nam reſpondetur primo non eſſe eiuſmodi conſuetudinem hic Mediolani, quod in ſocietate expenſæ debeant fieri à mercatore pecuniam recipiente nomine proprio, immo contrariam vigere conſuetudinem, vt eſt notorium. Secundo dictum Angeli de Peruſio intelligendum eſſe, niſi conſuetudo iniquitatem, & iniuſtitiam contineret cap. fin. de conſuet. Angel. de Clauaſio dicto nu. 12. Syl. d. quæſt. 12. Tabien. Vſura 3. num. 3. ac pactum hoc quod expenſę fieri debeant à Campſore apertam continet iniuſtitiam; eſt enim onus pretio æſtimabile, & tamen nullo pretio compenſatur, & in terminis quod conſuetudo non valeat, vt expenſæ non ſint communes, tradit Petr. Nau. d. num. 466. nam ſicut ſi contractus ſine conſuetudine iuſtus eſt, conſuetudo iniuſtum facere non poteſt, ita ſi ſit vſurarius, & iniuſtus conſuetudine non iuſtificatur; hæc enim iuſtitia videlicet, & iniuſtitia in contractu nō ſunt iura poſitiua, ſed naturalia quæ conſuetudine mutari non poſſunt d. cap. fin. de conſuet.

At verò poſſet hic obijci, Nullam in hoc pacto ineſſe iniuſtitiam, cum enim à recipiēte pecuniam liberè ità ſit conuentum, videtur interceſiſſe donatio, vel remiſsio eius pretij, quo eiuſmodi onus compenſari poterat; ſicut in ſimili ferè arguit Cravet. conſil. 173. lib. 1. cum pacto ſtatuitur, vt æqualis fiat diuiſio lucri licet ab initio in ſocietatem fuerit inæqualis allegata portio. Nam reſpondetur, vt reſpondet Cæſar. Vrſill. ab Afflict. deciſ. 58. ſub nu. 4. & 5. eandem ſemper militare inæqualitatis rationem, nec præſumi donationem, ſiuè remiſsionem liberè, & ſpontè factam: eſt enim certi iuris in dubio

bio nunquam præſumi donationem l.cum de indebito 25. ff. de prob. c.ſuper hoc 5. de renunc. Rom. conſil.520.ſub nu.1.Crauet. conſil.142.num.26.lib. 1. Menoch.de arbitr.iud.caſ.88.in princ. lib.2 cent. 1. latè Ioſeph.Lud.in ſuis com.tit. de donat.concl. 1. quod ita verum eſt, vt præſumi potius fatuitatem quam donationem ibidem doceat idem Ioſephus poſt Baldum, Menochium,Crauetam, & alios,quos adducit, Sicut in venditione facta cum læſione etiã ſi addantur illa verba, & ſi quid plus valet donat, non propterea tutus cenſetur qui emit, vt his non obſtantibus agi non poſsit de læſione Dec. conſil. 181. & quamuis contrarium doceat cum Bartolo, & communi Cagnol. in l.2. nu.123.& ſeq.C. de reſcind.vendit. ſi vendens rei ſciebat æſtimationem; hoc tamen nihil contra nos facit, nam in contractu noſtro nullum eſt verbum, quo eiuſmodi remiſsio poſsit præſumi, vt ex ſyngrapha liquet, & in terminis noſtris de ſocio qui pecuniam recipit cum aggrauantibus pactis, non eſſe eiuſmodi pacta voluntariè inita tradit Thom.Mercat. de contract.ca. 3. num.4. ſed à neceſsitate extorta. Hac eadem ratione pactum non valet de vſuris non repetendis per cap. Ad noſtram 20. de iureiur. traditque pluribus Feder. de Sen. conſil. 184. qui enim promittit non petere, & de hoc pactum facit non omnino libere id facit, ſed metu potius,niſi neget tale pactũ vel mutuum non detur, vel datum repetatur. Ita Vgolin.d.tract.de Vſur.cap.13.§.3.verſ.Verum cur, vbi addit aliam rationem Ancar.in cap.fin.q.3.de Vſur. lib.6. quam ſequitur Lup. de vſur. comm.434. num.62. cur vſuræ futuræ remitti non poſsint, quia materia inquit delinquendi daretur, quæ rationes omnes in caſu noſtro illi pænè gemello militant, nã

remiſsio hæc facta præſumitur ex eo quod initio cã-pſor cum eo pacto pecuniam recepit, & ſic metu ne pecunia negaretur, & cum pactum illud de ſaluo capitali ex vi ſocietatis, quo remiſsio facta præſumitur ſeges ſit, & materia delinquendi, vſuramque committendi ſpecie ſocietatis nullum eſſe debet, omniſque remiſsio quæ inde fingitur orta pænitus concedere.

Addo ad extremum, ſi hęc præſumptio locum haberet nullum fore contractum vſurarium, in omnibus enim donationem,& remiſsionem intercedere facilè fingi poſſet, quod tamen nemò, vt arbitror affirmare audebit Crauet. d. conſ. 173. loquitur non de ſocietate particulari inita alicuius negotiationis cauſa, ſed de ſocietate omnium bonorum, in qua poteſt ſuſtineri pactum aliquando, vt diuiſio ſocietatis æqualiter fiat, licet partes in ſocietatem collatæ ſint inæquales, non quidem ea ratione quod remiſsio præſumatur, ſiue donatio, ſed quia in eiuſmodi generali ſocietate cum omnia vndecunque obuenientia debeant communicari, læſio pretendi nõ poteſt ratione inæqualitatis, fieri enim poteſt, vt ſocio qui minus immiſit maius quid obueniat durante ſocietate quod Cornei auctoritate cõfirmat conſil. 187. col. 3. & conſil. 266. col. 2. lib. 3. & conſil. 310. col. penult. lib. 4. quamuis idem Crauet. contrarium tandem firmet etiam in ſocietate omnium bonorum, in d. conſil. 173. dub. 1. num. 1. in fine, quod ſane multo magis dicendum eſt in ſocietate particulari, in qua fieri nequit, vt qui inæqualiter conferunt æqualiter participent, niſi pars illorum qui minus conferunt aliunde iuxta æquetur compenſatione.

Tertiò, & illud quoque pactum contra ius faſque adie-

adiectum videtur quo campſor pollicetur immunē ſe pecuniam conferentem ſeruaturum à quocunque damno, quòd ex bonis mobilibus contingere poſſet, illis verbis. *Et auanzando mobili, declaro ch'eſſo Franceſco non ne habbi à ſentir danno alcuno*, finita enim ſocietate quicquid reliquum eſt diuidi debet pro rata ſocietatis non modo pecuniæ, ſed bona alia quæcunque ſuppellectilia, & vaſa. Sylueſter Societas 1. quęſt, 13. Angel. de Peruſio d. tract. de ſociet. ſub nu, 10. At verò ſi pacto firmetur, vt ſocius quod in bonis alijs mobilibus habere deberet, in pecunia præſenti habeat, negari non poteſt quin hoc pacto huius conditio melior fiat, & per conſequens alterius ſocij deterior quod onus nulla compenſatione reponitur, atque adeo non æqua lance, & fraternitatis iure onera ſocietatis diuiduntur: Thom, Mercat, d. cap.8. num. 12. in quo ſocietatis contractum, vt ſæpe dictum eſt, pactum nulli apponi poteſt quod inæqualitatem contineat. Ambr. de Vignate tract, de Vſur. num. 183. Afflict. deciſ. 58. num. 5, Vrſill, ibidem nu. 3. Corn, conſil. 243. viſo ſupraſcripto Themate lib, 1, in lit, G. Tabien, v. Vſura 3. num. 2.

Quartò, probatur auctoritate eorum Doctorum qui in terminis noſtris agentes de eo contractu ſcilicet in quo aliquis mercatori pecuniam numerat, vt cum ea negotietur eo pacto, vt conferenti ſemper ſalua ſit, & ſi aliquid lucretur partem habeat lucri, affirmant hunc contractum iniquum eſſe, & iniuſtum, ij verò ſunt permulti cum Theologiæ tùm iuris vtriuſque conſultiſsimi.

1 S. Thom, Opuſc, 73, cap. 11.

2 S. Antoninus in ſum, Theolog. 2 par. tit. 1. cap. 7. §. 37.

3 S.Bernardinus Senenſ.Ord. min.tom.2.tract.de Contract. vſurariorum ſer. 39. cap.3.
4 Thomas de Vio Caiet. Tom.1.Opuſc.tract.31. reſponſ.17.in 1.art. vbi ex profeſſo probat contractum eſſe illicitum, & iniuſtum.
5 Dominicus Soto, de iuſt. & iur. lib.6. quæſt. 6. art.2. col.1. verſ.quæſtio licet.
6 Conrad. de contract. quæſt.94. col.5. verſ. primus caſus, quod ſi quæſt.97. col.4. verſ.contra ſecũdum modum, videatur impugnare ſententiam Azonis, & Baldi aſſerentium eſſe illicitum contractum ſocietatis cum pacto de ſaluo capitali, quia ſit contra naturam ſocietatis; attamen id ſibi tantum vult Conrad. d.quæſt.97. non ita eſſe contra naturam ſocietatis pactum illud de ſaluo capitali, quin aliqua ratione iuſtificari poſsit, nimirum ſi eiuſmodi onus in ſocium reiectum iuſta mercede compenſetur, quod & nos ſupra in reſponſione ad ſecundã obiectionem concedimus cum ſententia communi; ſed eiuſmodi iuſtam compenſationem nullam eſſe in caſu noſtro ſatis ibidem probatum eſt.
7 Riccardus de Media Villa 4. Sen. diſt.15.
8 Io. Maior. 4. diſt.15. q.48. & 49.
9 Ludouic.Molina de iuſt. & iur. Tom.2. diſp.417. per totam.
10 Gregor. de Valentia Tom.3. par.2. diſp.5.quęſ. 24.punct. 2. col.7. in reſponſ. ad ſecundam obiectionem, verſ. eſſet enim.
11 Gabriel Biel. 4. diſtinct.15. q.11. art.3. dub. 10. coroll. 2.
12 Barthol. Salon. comment.in S.Thom. 2.2.q.78. art.3. de contract. ſociet. controu.2.
13 Petrus Nauar. de reſtitut.lib.3. cap.2. ſub n.440.
14 Franciſcus Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib.5. c.31.
verſic.

verſic. aliquando occultatur.
15 Ludouic. Lopez de contract.lib.1. ca.65 verſic. quæſtio hæc.
16 Ioſephus Angles in floribus lib.4.ſentent. quæſt. de contract. ſociet. verſ. qui dat pecuniam.
17 Franciſcus Garzia de contractibus cap.41. n.5. verſ quanto alla prima,
18 Thomas Mercatus de contract. c.8.nu.4.
19 Aſtenſis in ſumma lib.3.tract. 12, art. 5.quæſtiuncula 3.
20 Nicolaus de Auſmo Ord.min. in ſum. quæ dicitur, Supplementum verb. Societas 2. §. ſed an poſſit paciſci,
21 Summa Roſella verb. Societas 1, nu.4. & 5.
22 Pacificus de Nouaria Ordin.min.in ſumma quæ dicitur Pacifica, cap.17. pag. mihi 237. verſ. s'egli hà fatto,
23 Angel. de Clauaſio v. ſocietas 1.nu.5.& 7.
24 Iacobus Vngarell. in addit. dicto nu. 5. lit. C.
25 Sylueſter de Prierate in ſua ſumma col.1.q.2.
26 Io. Tabien. ver. vſura 3. nu.3.
27 Bartholomæus Fumus in ſum. Armill. ver. Societas num.6.
28 Martinus Nauar. in Manual. cap.17. ſub nu. 252. & in cap. ſi fœneraueris 14.q.3. nu.32.& ſeq.& conſ. 13.nu.2.lib.5.tit. de vſur. vbi contrarijs reſpondet.
29 Antonius Maria Venuſtus in inſtitutione mercatorum cap. 18.pag. mihi 71. verſ & ſe colui, che mette,
30 Ludouic. Carb. de reſtit.q.54.verſic. qui ponit pecuniam.
31 Iacobus de Graffijs deciſ. Aurearum par. 1. lib. 2. cap. 119. num.35.
Sequuntur nunc iuris vtriuſque periti, qui eundem

contractum, vt minimum iniuſtitiæ damnant.
32 Gloſ. in c. plerique lit. E. 14. q. 3.
33 Hoſtienſis in ſum. tit. de vſur. ſub nu. 8. §. in alijs autem caſibus verſ. ſed quamuis talis ſocietas, vbi licet diſputando videatur adherere ſententiæ Alberici, eam tamen refellit tandem, & ſocietatem cum pacto, vt capitale ſaluum ſit, non eſſe æquam concludit, vt illum etiam explicat Couar. l. 3. varia. reſolut. cap. 2. nu. 3 verſ. Hoc item aſſerit.
34 Abbas Panormitan. in cap. per veſtras 7. de donat. inter virum, & vxorem ſub nu. 8. & in c. nauiganti 19. num. 11. & 12. de vſur. & conſil. 77. per totum lib. 1.
35 Petrus Ancaran. in c. Vſurarum 1. quæſt. 3. nu. 8. de vſur. lib. 6.
36 Laurent. de Ridulph. tract. de vſur. par. 2. q. 19. ſub nu. 61. & ſeqq. vbi latè quæſtionem diſput.
37 Ioan. Calder. in c. nauiganti q. 2. de vſur.
38 Ambroſius de Vignate in cap. Salubriter num. 166. verſic. quarta concluſio, & num. 171. verſic. octaua concluſio de vſur.
39 Ioannes de Anania in d. cap. nauiganti.
40 Ioannes Lupius in cap. per veſtras, §. 11. notab. 6. ſub num. 6. de donat. inter virum, & vxorem.
41 Io. Baptiſta Lupius tract. de vſur. comm. 3. §. 1. nu. 24. verſ. quinimò.
42 Azo, in ſumma rub pro ſocio nu. 9.
43 Bald. in l. ſocietatem 1. quæſt. 9. c. pro ſocio.
44 Salicet. in d. l. pri. c. pro ſocio.
45 Angel. de Aretio inſtit. de ſociet. §. de illa col. 2. verſ. quando partes.
46 Decius in l. ſi paſcenda col. 2. C. de pact. & cõſ. 23. col. 1. & conſ. 116.
17 Angelus de Peruſio tract. de ſociet. par. 1. nu. 11.

48 Aym. Crauet. conſil. 145. numero 13.
49 Paulus Caſtren. conſil. 330.
50 Ludouicus Romanus conſ. 238. num. 7. & conſil. 500. ſub num. 11. omninò videndus, & conſil. 520. num. 6.
51 Alexander de Neuo conſ. 96. art. 2. nu. 7. vbi late.
52 Antonius Gomeſ. tom. 2. var. reſolut. cap. 5. n. 5. vbi concluſionem hanc dicit ligandam digito, ne in ea erretur.
53 Didacus à Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. nu. 2. vbi fusè.
54 Ioſeph. Ludouicus in ſuis commun. opinio tit. de ſocietate col. 3. verſ. ſed quid ſi quis, vbi dicit communem.
55 Petrus Nicolaus Mozzius tract. de ſociet. §. venio ad quintam ſub nu. 6.
56 Bartholomæus Vgolinus tract. de vſur. cap. 55. num. 1. & ſeqq.

Quoad tertium verò caput, an contractus hic, de quo quęrimus ſit etiam vſurarius. Couar. d. ca. 2. ſub num. 3. ſolum eſſe iniuſtum affirmat non autem vſurarium, & communem dicit cum Socin. conſil. 265. lib. 2. videtur etiam eiuſdem eſſe ſententiæ, Thom. de Vio. Caiet. in d. tract. 31. reſponſ. 11. art. 3. Franciſcus Garz. d. cap. 41. nu. 5. Hoſtienſ. d. nu. 8. Petr. Ancar. d. cap. vſurarum num. 8. & ratio eſſe poteſt, quia nullum hic interuenit mutuum, nec explicitũ, vt patet, nec implicitum, nàm licet pecunia periculo ſtet recipientis, non tamen dominium eſt in illum translatum, quare nec ea vti poteſt ad libitum ſuum, ſed omnino in ea negotiatione eſt implicãda, cuius gratia eſt collata, vt contra Dominicum Soto probat Martin. Nau. in c. ſi fœneraueris num. 33. 14. q. 3. Greg. de Valent. d. q. 24. pun. 2. ferè per totum.

Verum communis opinio eſt in contrarium, nimirum quòd in hoc contractu non ſolum inſit iniuſtitia, ſed etiam vſuraria prauitas, vel vt alij loquuntur in fraudem vſurarum ſit celebratus,nã perinde eſſe videtur pecuniam conferre in ſocietatem reiecto in ſocio onere eam præſtãdi integram quocunque euentu, vt in noſtro caſu, atque eandem mutuare: quod ſanè confirmari poteſt, ex eo,nam vbi ſemel pecunia mercatori numerata eſt, cum eiuſmodi pacto nihil planè curat,qui eam contulit, an ſocius in conuenta negotiatione implicet, an in alia re impendat, nimirum quod eam, non pro ſua amplius habeat, ſed pro aliena, atque ita contractum hunc non ſolum eſſe iniuſtum, ſed etiam vſurarium docent plerique ex citatis Doctoribus, S. Th. S. Bernardinus, Dominicus Soto, Conradus, Riccardus, Gabriel, Petrus Nauarrus, Syluester, Armilla, Franciſcus Toletus, qui planè loquuntur in noſtris terminis d.l 5. cap.31. verſ. aliquando occultatur ſub titulo vſura eſt talis inquit,ideſt ſub titulo ſocietatis occultata, cum aliqui dant pecunias cãbiatori petentes lucrum, ſed nolentes exponere ſe vlli periculo capitalis pecuniæ ſequuntur alij, Thomas Mercatus, Armilla, Baldus, Salycetus, Ambroſius de Vignate d.nu. 171. Angelus de Clauaſio d.nu.7. Iacob.de Graffi.d.c.119.n.35. Lud.Lopez d. lib.1.contr.c.63. verſ. quã probat,& verſ. ſed conſequens,approbans rationẽ S.Bernardini aſſerentis in hoc contractu eſſe mutuum implicitum,& ſic lucrũ vſurarium, quæ ratio inquit Lopez. hoc planè conuincit Dominic.Sot. d.art.2. Syluester d.ver. Societas 1.quęſt.5 & quæſt.6. verſ. ſed S.Bernardinus. Michael Salon.d.art.3. controu.1. concl.2. & tract, de Cambijs quæſt.4. controu.9. verſ. immediatè damnan-

nantur vbi probat contractus hoſce ſiuè depoſiti, ſiuè ſocietatis, vt ipſe appellat Lupinę tanquam vſurarios damnari in Conſtitutione Pij Quinti, quę incipit in eam lata anno 1575. nam hic nil aliud eſſe videtur quam mutuum ſocietatis nomine palliatum eundem contractum tamquam vſurarium damnat. Thomas Caiet. in ſum. ver. vſura implicite cõmiſſa verſ. ſextus caſus. Roman. d. conſ. 500. num. 6. & ſeqq. & d. conſil. 238. num. 7. Alexander de Neuo d. conſ. 96. num. 8. Crauet. conſ. 95. num. 13. & 16. li. pri. vbi ex iniqua pactione quando vnus ex ſocijs damni nullã partem, ſed lucri tantum habere vult, argui vſuram in ſocietate probat multis adductis, & Ant. Gomeſ. qui d. cap. 5. nu. 5. propriam vſuram appellat, Io. Baptiſta Lupius in d. nu. 24. cum Abbate, & alijs quos adducit, & hanc opinionem cõmuniter receptam à Theologis teſtatur, non enim propriè ſocietas eſt, ex quo qui pecuniam contulit eius periculum non ſuſcipit, ſed mutuum, & ſic lucrum quod inde fit vſurarium ſequitur qui nuperrimè ſcripſit Vgolinus d. cap. 55. num. 1.

Nec contrarium ſentit Couar. imò d. c. 2. 3. verſic. huic concluſioni fatetur apertè in ſocietate inita altero ex ſocijs pecuniam conferente, altero induſtriam ſi periculum capitalis reijciatur in ſocium ponentem operas pactionem eiuſmodi vſuram ſapere, cum præſumatur inquit pecuniam illam mutuo dari, & vltra ſortem mutuans partem lucri recipiat, & ità etiam Couarruuiam intellexit, Ioannes Baptiſta Lud. dicto §. primo, numero 24. Quare quando Couar. dicto num. 3. in princ. negat contractum eſſe vſurarium, de eo contractu loquitur ſocietatis, in quo non vnus pecuniam alter induſtriam appoſuit, ſed de eo in quo vterque ſociorũ

pecuniam poſuit, in quo non ità præſumi mutuum, & vſuram fatetur dicto n.3.verſ.Ego vero,& ità declarat Lup. d. num.24.

Thomas de Vio Caiet. licet in d. art.1. ſolum dixerit contractum eſſe illicitum, at in ſum. d. verſic. ſextus caſus apertè fatetur eſſe vſuram nomine ſocietatis commiſſam.

Franciſci Garziç opinio,ex falſo fundamēto procedit, quod non poſsit eſſe ſocietas conferente vno pecuniam altero operam, quod falſum eſt, & contra aperta iura, vt probatum eſt,& communem hominum ſenſum, & Garziam abundè refellit, Lud. Lopez dicto lib.1. de contract. cap.63. verſic.iam verò.

Hoſtienſis,& Ancaranus ſi attentè legantur communi opinioni non aduerſantur. Et licet contrarium demus ſenſiſſe, eorum nomen, & auctoritas reliquorum omnium auctoritate obrueretur. Adde eos ſcripſiſſe ante Conſtitutionem Sixti Quinti, de qua mox dicemus, ſed verè non repugnant, & ſententiam Hoſtienſ. interpretat. Lup. dicto §. 1. num.24. verſ. hæc tamen opinio, vt locum habere poſsit, quando induſtria non eſt æqualis pecuniæ expoſitæ, & tamen conuentum eſt, vt lucrum ex æquo diuidatur, vt ibi per eum.

Martinus Nauarra, & Greg. de Valent. citatis locis loquūtur de ea ſocietate in qua capitale ſaluū reddendum eſt, non ex vi ſocietatis, vt in noſtro caſu, ſed virtute aſſecurationis adiectæ, pro qua aſſecuratione certa merces perſoluitur, quod in hoc caſu non fit, vt ſæpe iam dictum eſt.

Non obſtat ratio, nam falſum eſt nullum eſſe mutuum implicitum patet enim ex dictis, & communi opinione paciſci capitale ſaluum in ſocietate

nihil

nihil aliud eſſe, quam capitale, illud ſocio dari mutuum, atque adeo quod vltra ſortem recipitur vſurarium lucrum eſt &c.

Sed rem hanc extra controuerſiã ponit Conſtitutio Sixti Quinti incip. Deteſtabilis auaritiæ, in qua Pontifex eiuſmodi contractus, in quibus pecuniam conferens paciſcitur ſibi à ſocio ſaluum capitale, tanquam fœneraticios damnat, ſic enim inquit.

Dãnamus, & reprobamus omnes, & quoſcunq; cõtractus, conuentiones, pactiones poſt hac ineundos, ſeu ineundas, per quos, ſeu quas cauebitur perſonis, pecunias, animalia, aut quaſlibet alias res, ſocietatis nomine tradentibus, vt etiam ſi fortuito caſu quamlibet iacturam, damnum, aut ammiſsionem ſequi cõtingat, ſors ipſa, ſeu capitale ſemper ſaluũ ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur, &c. ſtatuimuſque huiuſmodi contractus, conuentiones, & pactiones, vſurarias, & illicitos poſt hac cenſeri debere &c. Decernentes ſi qui contractus, conuentiones, & pactiones in futurum contra noſtram huiuſmodi prohibitionem de facto initi fuerint, nullam ex eis tanquam per hanc conſtitutionem noſtram damnatis, & reprobatis, etiam ſi iuramento, aut in forma Cameræ Apoſtolicæ, vel alias quomodolibet roborati fuerint obligationem ciuilem, aut naturalem oriri, nullamque actionem realem, aut perſonalẽ, nec Iudicis officium, neque aliud quodcunque ius cuiquam competere, neque quoad ſortem, ſeu capitale integrum recuperandum, quod caſu fortuito perierit, aut amiſſum erit, neque quo ad certas ſummas, & quãtitates in ſingulos annos, aut menſes lucri ſocialis nomine promiſſos.

Si qui verò in poſterum ſub prædictis conditionibus, & pactis contrahere temere præſumpſerint,

aut

aut prætextu ſimilium cõtractuum, conuentionum, & pactionum ſocietatis nomine initorum, qui huc-uſque durant, ad exactionem dictæ ſortis, ſeu capitalis, ſiue illius pratij, & valoris poſtquam illud in toto, vel in parte caſu ſortuito perierit, aut ammiſſum ſit procedere auſi fuerint, eos vniuerſos, & ſingulos in pœnas contra manifeſtos vſurarios, & fœneratores à Sacris Canonibus, & Concilijs generalibus latas, & promulgatas eo ipſo incurrere; & contra illos, vti manifeſtos vſurarios, & fæneratores via iuris, alijsque opportunis remedijs procedi poſſe, & debere.

Lata fuit hæc conſtitutio die 21. Octobris anni 1586.

At verò duo videntur poſſe opponi.

Primum eſt, eiuſmodi conſtitutione non affici, nec comprehendi contractum noſtrum, qui celebratus fuit de anno 1580. prout in facto, & conſtitutio lata eſt de anno 1586. & expreſsis verbis ſolum contractus, ſiue pactiones comprehendit, qui poſt eam ſunt initi; vt patet ibi, poſt hac ineundos, & ibi ſi verò in poſterum, & legis natura eſt, vt ad futura tantum trahatur, l. leges 7. C. de legib. c. Quoniam 13. de conſtit. vbi glo. lit. 9. concordant adducit, eſtq; communis theorica, tum ibi ſcribentium, tùm ad l. omnes populi 9. ff. de iuſt. & iur. quod multo magis habet locum quando in ipſa lege exprimitur, vt ad futura trahatur ſicuti in hac conſtitutione exprimitur Bart. in d. l. omnes populi ſub nu. 43. non ergo noſtrum hunc contractum comprehendit, qui ſex annos ante illam conſtitutionem initus eſt.

Sed reſpondetur quamuis hic contractus de quo quærim* fuerit celebratus de anno 1580. & ſic ante

latam

latam conſtitutionem durauit tamen etiam poſt ipſam conſtitutionem ad annum vſq; 1589. immò, & hodie durare cenſetur cum vi antiquæ illius pactionis, & capitale, & intereſſe decurſi temporis repetant hæredes illius, qui ab initio pecuniam contulit quo caſu nemini dubium quin hic contractus ea conſtitutione comprehendatur, vt patet ibi, qui hucuſq; durant, non ſolum enim prohibet Pontifex pactiones quas enumerat de ſaluo capitali in poſterum fieri, ſed etiam prætextu ſimilium contractuũ conuentionum ſocietatis nomine initarum, quæ inquit hucuſq; durant ad exactionem dictæ ſortis, ſiue capitalis in futurum procedere. Deinde reſpondetur contractum hunc damnari tanquam vſurarium etiam in citata cõſtitutione Pij Quinti in eam lata an. 1575. ita Michael Salonnius dicta quæſtione quarta de camb. controuerſ. nona, col. quarta, verſ. alter eſt iniqua vbi de ſecundo contractu quem dicit in d. conſtitutione damnari agens, ſic inquit. Alter nimirum contractus, qui in ea Bulla damnatur, eſt in qua quædam, & lupina ſocietas, in qua Petrus pecuniam ſuam confert Ioanni, quaſi apud illum eam deponens, ea lege, vt poſſit quidem Ioannes cum ea negotia aliqua, vel commercia exercere, ſed ita vt debeat ſtatutis temporibus aliquod lucrum, vel intereſſe ipſi perſoluere, manente tamen ſorte illa, ſeu capitali ſaluo ſemper, & illæſo ipſi Petro, & poſt multa tandem cõcludens contractũ hũc eſſe vſurarium affirmat. Verba aũt Bullæ Pij V. quibus dictum cõtractum damnari vult Salon. ea ſunt. Cui malo ſimile etiã illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, vt poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur hæc ibi, quibus ſanè verbis noſter ſic contractus

videtur

videtur plane deſcribi, ac depingi ſuis coloribus.

Secundum eſt, poſſe deffendi contractum hunc de quo eſt controuerſia non eſſe ſocietatis, ſed vel depoſiti, vel potius locati, quo pecunias recipiens non ſocietatem contraxerit cum conferente, ſed eidem ſuas operas locauerit in cambijs, cum illa pecunia exercendis quod iure fieri poſſe tradidere. Angel. de Peruſio d. tract. de ſocietate par. pri. num. 18. Angelus de Clauaſio verbo ſocietas pri. num. 6. Siluester eod. quæſt. 3. Armell. eod. num. 17. Martin. Nauar. in d. cap. 17. ſub num. 257. late Petr. Nauar. d. cap. 2. num. 441.

Sed reſpõdetur primo nõ poſſe hic aſsignari propriæ depoſitum, nàm in depoſito idem in ſpetie ad nutũ deponentis reddi debet, l. 2. in princ. ff. ſi cert. petat. l. Lucius 24. ff. Depoſit. at verò in caſu noſtro conuentum eſt, vt non idem ſpecie, ſed tantundem redderetur quod depoſiti fines egredi ait, tex. in d. l. Lucius, & nullo modo dici poſſe depoſitum multis probat Michael Salon. d. controu. 9. col. 4. verſ. hoc genus ſocietatis.

Secundo quando deponitur pecunia facta facultate, vt ea ad libitum depoſitarius vtatur tunc tranſit depoſitum in mutuum, Nau. in cap. 17. num. 180. in fin. & cum depoſitum mutui naturam induat de eo, vt de contractu mutui iudicandum eſt Roman. conſ. 500. ſub num. 7. & qui ex tali depoſito in mutuum tranſeunte, & in numero pondere, vel menſura conſiſtente lucrum percipit, cum re vera mutuum ſit, lucrum ex mutuo habet, & ſic vſuram committit. Nauar. d. cap. 17. num. 181. Rom. d. conſ. 500. num. 10.

Tertio nec dici poteſt contractum hunc eſſe operarum locationem, nàm, licet verum ſit quod Ange

lus

lus de Perufio,& alij auctores citati dicunt,poſt l. à conueniri,vt non ſit ſocietatis contractus,ſed locationis,hoc tamen ſit, vt ijdem declarant, quando qui pecuniam recipit,& operam pollicetur paciſcitur de certa mercede in menſes,vel annos ſingulos; ſed tunc capitale periculo ſtat conferentis, ſi caſu fortuito pereat,licet ſecus ſit ſi culpa recipientis periret,vt Silueſter, Angelus,Petrus Nauar. notatis locis declarant,at in noſtro caſu,nec iuſta merces laborum,& operarum ſoluitur, cum Capſor vnam tantum retineat prouiſionem, & periculo recipientis ſtat capitale,quare ad nullum aliud genus contractus poteſt reduci niſi ad ſocietatem, cumq; ſocietatis contractus nequeat eſſe licitus ſi ineatur, vt conferenti ſaluum ſit capitale,& cum ratio iniuſtitiæ conſiſtat in hoc quod collatio illa pecuniæ cenſeatur,eſſe mutuum,& ratione mutui nihil capi poſſit vltra ſortē ſine labè vſuræ,neceſſario conſequens eſt,vt contractus eiuſmodi ſocietatis ſit vſurarius, ita in terminis Nau.conſ. 13. nu.1.lib.5. tit. de vſur. qui conſuluit in eo caſu,in quo capitale conferens voluit pro dimidia parte ſibi ſaluū præſtari,reſponditq; Nau.contractū quoad dimidium eſſe vſurarium ob illud pactum adiectum, atq; eandem eſſe rationem in hoc caſu partis ad partem, quo totius ad totum manifeſtius eſt quàm,vt probari debeat, & habetur diſertis verbis in l. quæ de tota 76. in princ.ff. de rei vendic. & in l.qui ſcit 25.ff.de vſur.& in terminis noſtris tradit Bartholom.Vgolin. tract. de vſur. capitulo 55. in princ. nu.2.verſ.quarto vſura,vſuraria etiam labes in hoc contractu conuinci poteſt ex alio pacto adiecto,& in illis verbis, *contento, & m'obligo à reſtituirli ad ogni ſuo piacere il il capitale &c.* oſtendit enim hoc pactum pecuniā non in ſocieta-

cietatem fuiſſe collatam, ſed mutuo datam nàm pecunia in ſocietate poſita,& negotiationi expoſita non poteſt repeti quandocunq; vni ex ſocijs placuerit,ſed finita tantum ſocietate,& ſocietas alicuius negotiationis contracta eatenus durat quouſq; finis negotio fuerit impoſitus per tex, in l. actione 65 §. item ſi alicuius ff. pro ſocio,Inſtit,eod,tit,§ itē ſi alicuius, cum ergo prædicta ſocietas fuerit contracta ad cambiendum finiri non poterat, niſi cambijs feriæ perfectis,non ergo capitale repeti potuit, quocunq; tempore ſocio illud conferenti placuerit quid enim ſi quo tempore voluiſſet capitale repetere Franciſcus Campſori illud ad cambium pro ferijs proximis dediſſet,ſanè cum cambium nón niſi ferijs perfectis poſsit,nec pecuniam ſuam iure Franciſcus tunc eo tempore ab eo,qui ad cambium recepiſſet repetere potuiſſet,& tamen ex pacto in ſyngrapha appoſito neceſſe fuiſſet Campſori capitale Franciſco numerare,quod ſanè conuincit totū hoc negotiationis genus mutuum eſſe nomine ſocietatis palliatum, & vere vſurarium.

Ex his etiam patere poteſt ad id, quod obijcere quis poſsit in dubio non præſumi contractum vſurarium in foro contentioſo niſi quis ſolitus eſſet fœnerari,vt per Crauet,conſ,48.num.8.li.pri.nam reſpondetur,non eſſe nos in dubio cum plane conſtet prædictum contractum eſſe vſurarium,vt probatum eſt, patetq; ex ipſa contractus forma, cui ſtandum eſſe docet ib. Crau, cū Abb,in conſ.15. in fin. & in conſ. 49. col.2.lib,pri,& plenius idem Crau, conſ. 95. nu, 6,lib.pri.

Præterea illud inſtrumētum anni 1589,die 2.Decembris quod dicitur eſſe vſurarium propter originem, & radicem infectam procedentem ex inſtrumento

mento anni 1587. 26. Nouembris ex alio eti am capite arguitur de vſuraria prauitate nempè propter ſequentem appodiſſam incontinenti celebratam, Nam vſura tam ex ſubſequentibus, quam ex præcedentibus, & conſecutiuis præſumitur l. ſi qui C. de adult. Bal. conſ. 311. nu. 14. lib. 5. in qua appodiſſa dicunt Franciſci hæredes obligatos fuiſſe heredes Antonij ex cauſa depoſiti pro ſũma lib. 8639. 16. enunciata in inſtrumento anni 1592 celebrato per N. vti procuratorem Antonij principalis debitoris, & vt dicitur recognita per eundem N. & quia dicta appodiſſa ex aduerſo negari videtur, Ideo reſpondetur quòd aut verum eſt, quod realiter, & in effectu fuerit facta dicta appodiſſa vel non.

Primo caſu vbi vera ſit, apparet eam fuiſſe factã eadem hora die, & menſe, ac coram eiſdem teſtibus, & Notario quibus fuit celebratum inſtrumentum dicti diei 2. Decembris, & ideo propter vicinitatem actus oritur præſumptio fraudis not. Iaſ. in conſ. 33. vol. 3. arguit etiam ſimulationem vt per Bal. in l. per diuerſas num. 19. in fine verſic. 2. quærit C. mandati, Fulgoſ. conſ. 98. col. 1. verſic. ex vicinitate labemq; vſurariam denotat, vt per Bal. in cap. officij verſic. & eſt argumentum de electione Rippa in l. ſi ventri §. fin. verſic. ſexto facit de priuileg. credit. not. Menoch. preſumpt. 194. lib. 3. Rol. à Valle cõſil. 47. nu. 13. vol. 4. Ratio quam adducunt Doctores eſt quia actus factus incontinenti poſt alium cenſetur ineſſe l. lecta ff. ſi cert. pet. & quod vni ineſt alij ineſſe creditur, vt per Iaſ. dicto conſil. 33. nu. 14. Bero. in rub. de vſuris nu. 79 & in materia vſuraria hoc eſt indubitatum attenta hac ætate corrupta in qua charitas eſt mortua, & vſura ſolet comitti, vt tradit Lupus Gemin. in c. nauig. §. 4. nu. 89. fol. 119.

Et

Et eo magis quia pecunia enuntiata in illa appodiſſa non fuit præſentialiter numerata ſine qua obligatio, & actio non oritur l. non omnis ſi cert. pet. Ratio eſt clara cum actus verus vbi requiritur ſola confeſsio non ſufficit, Iaſ.conſ.172.n.6.lib.2.ſed ad faciendum contractum depoſiti requiritur res præſentialis, qua ceſſante non poteſt in plus contrahi obligatio, quam ſit datum l.rogaſti ff. ſi cert. pet. & per Mozium tit,quæ veniant appellatione rei col.2 Imo ex confeſsione de recepto inducitur fraudis præſumptio l.1.in fine, & l.ſequitur ff.quæ in fraud, credit. Bart, l.poſt contractum ff. de donat. Accedat,& illa coniectura ineuitabilis,quod ſcilicet debitori,qui non habet modum ſoluendi,voluerit creditor ingentis ſummæ poſtea deponere apud debitorem impotentem ad ſoluendum,& petentem dilationem tam egregiam pecuniarum ſummam hoc enim eſt inueriſimile, & ideo arguit hoc depoſitũ manifeſtiſsimam vſuram Alb.conſ.512.nu.56.lib.3 Quinimo alia etiam vrget præſumptio vſuræ,ex quo datur dilatio debitori ad ſoluendum,nam iſtud pactum eſt contra naturam depoſiti, vt ſcilicet reſtitui debeat ad dilationem depoſitarij conceſſam cum debeat ad voluntatem deponentis reſtitui, & ita arguit Cephal.conſil.603,num,33.lib,4.

Dicendum eſt igitur vbi de ea conſtet fictam,& ſimulatã, ac nullam eſſe ipſam appodiſſam ſub nomine depoſiti contractam, loco intereſſe illius termini quinq; annorum dati ad ſoluendum quod intereſſe computando ad rationem quinq; pro centenario pecuniarum contentarum in obligatione dicti inſtrumenti conſtituit ſummam libr, 8639.16,in quinq;annis,& ita vſura eſt, quia contenti fuerunt de mora continuanda, pro qua non debetur intereſſe

teſſe Gaiet. in ſua ſumula in verbo, verbum vſurarium Graff. cent. caſ. conſcient. cap. 106. tit. de caſib. in quib. permit. vſur. nu. 5.

Augetur etiam ſuſpitio quia inueriſimile eſt hæredes Franciſci egentes pecunijs voluiſſe non ſolū dilationem quinquennalem concedere gratis, ſed etiam ei Antonio debitori fidemanco, & debitis onuſto ſummam libr. 8639. 16. in depoſitum tradere, vnde dicit Bal. inueriſimilitudinē etiam tollere probationem inſtrumento in l. ſcripturas circa medium C. de fide inſtrumētorum, Alex. conſ. 99. in fin. vol. 1. & fidem non debere dari non veriſimilibus Pet. de Anch. conſ. 257. Grat. reſp. 59. nu. 24. lib. 2. & eſt coniectura probabilis vt per Affli. ſuper feud. tit. de feudo dato inuicem cap. 1. num. 58.

Aut non eſt vera illa appodiſſa, & conſequenter fictum eſt depoſitum, vt pluries faſſus eſt Franciſcus & tunc quare volunt eam ſummam compenſare in eo inſtrumento anni 1592. ſuper pecunijs receptis ab Antonio licet realiter data non ſit arg. l. bona fides de reg. iur.

Illatio.

CVM ex dictis conſtet manifeſte contractum de quo agimus non ſolum eſſe illicitum, ſed planè vſurarium, certiſsimi etiam iuris eſſe debet teneri Franciſcum, qui pecuniam cum dicto pacto contulit ad reſtitutionem omnium quæ ex illo contractu acquiſiuit, aut ſi nondum capitale recuperauit in ſortem debere imputari quicquid lucratus eſt, quandoquidem extra controuerſiam eſt lucrum omne ex vſura acquiſitum eſſe reſtituendū, S.

Th.2.2.q.78.ar.3.Gab.4.diſtin.15.q.11.ar.3.concl.1. cap.quoniam 2.cap. conſuluit 10.cap. in Ciuitate 6.& toto tit.de vſur.Nau.d.conſ.13.num.1. & inter omnes Catholicos conuenit lucrum vſurarium eſse reſtituendum inquit Greg.de Valen.d.diſp.5.qu.21. pun.3. Neq; ſe tueri poteſt Franciſcus, quod cõtractum bona fide celebrauit, quem credebat eſse iuſtum, atq; adeo nec peccaſſe,nec ad reſtitutionẽ teneri per tradita à Nau,conſ.20.n.8. l.5,de vſur. quæ ratio magis vrget ſi accedat conſuetudo,vt in caſu noſtro,nam paſsim eiuſmodi contractus fieri ſolent hic Mediolani, vt qui ignoret plane videatur in vrbe peregrinari, & qui contractum re vera vſurarium fecit,ſed quem communis hominum opinio licitũ ducit vſurarius non dicitur, & communi conſuetudine excuſatur Bart.in l,quis ſit fugitiuus 17.§. apud Leonem num. 1. ff. de Aedilit. edict. per textum illum,in quo reſpondet Vlpianus ,eum non eſſe fugitiuũ,qui id facit quod publice facere, licere arbitratur,Bartolum ſequitur Natt.in conſ.498. num.25. cum ſeq.lib.3.& conſ.586.nu.9.eod.lib.quod ſi culpa vacat,& pœna quoq; vacare debet,& obligatio ne reſtituendi arg,cap. 2. de conſtit. Nam reſpondetur primo ignorantiam hanc cum iuris ſit non facti,nec præſumi,nec excuſare cap.ignorantia 13.de reg.iur,lib.6.Gab.in ſuis comp.op.lib.6,concl 6.ſub nu.1. vbi de more innumeros Doctores coaceruat, & præſumitur potius dolus, & mala fides quam iuris error ibidem ſub num.2.& licet ſequaris Iacobũ de Butrio,& Paulum de Caſtro alioſq; num. 3. citatos non præſumi dolum, ſed potius latam culpam in non conſulendo peritiores licet communior ſit in contrarium,attamen nec hoc ſuffragatur nõ ſufficit in contractũ noſtro interueniſſe latam culpam

ex

ex parte eius, qui pecuniam contulit cum prædicto pacto, ad hoc vt peccarit, & conſequenter ad reſtitutionem teneatur. Couar. in reg. poſſeſſor malæ fidei 2. par. relict. §. 7. verſ. tertium. Nau. d. conſ. 20. ſub num. 12. vbi inquit, eum qui lucratur aliquid per cõtractum quem ſcit, vel ſcire debet eſſe vſurarium peccare, & teneri reſtituere totum lucrum.

Secundo reſpondetur poſſe excuſari, qui contractum vſurarium iniuit bona fide credens eſſe iuſtũ, quando erraret circa ius maximè dubium obſcurũ, & perplexum, vt cum communi tradit, Anton. Maria Corat. tract. de commun. opin. lib. 3. tit. 13. num. 8. conſentit Silueſt. verb. ignorantia ſub num. 13. in fin. & in hoc ſenſu loquutus eſt Nauar. d. conſ. 20. vt ibidem ſe ipſum declarat num. 6. & nu. 8. verſ. quartum, & ità Nauarrum intellexit Io. Azorius lib. primo, inſtit. Moral. cap. 16. quæſt. 2. verſ. Item admittitur. At quod ſocietas iniri nequeat cùm pacto de ſaluo capitali res non eſt dubij, ſed clariſsimi iuris, cum in manibus ſint leges ciuiles apertiſsimæ, & Pontificiæ conſtitutiones, vt patet ex citatis iuribus, quibus eiuſmodi pactum, & ſocietates prohibentur, & nihil tam ſit inter mercatores decantatũ ex ipſa naturæ lege animis noſtris inſcripta, quam iniquum eſſe in ſocietate velle ſibi capitale ſaluum non quidem virtute aſſecurationis adiectæ pro qua iuſta merces ſoluatur, ſed vi dumtaxat ſocietatis.

Tertio ad id quod de conſuetudine affertur in cõtrarium reſpondetur. Primo nullam eſſe eiuſmodi cõſuetudinem, & qui cauſam pro ſe adducit probare tenetur, vt iura ſunt vulgaria. Secundo etiam ſi citra veri præiuditium demus talem eſſe conſuetudinem, nihil omnino iuuari poteſt quoad reſtitutionem, vel culpam, nam conſuetudo ſi ea vigeret

quæ præſumitur excuſaret quidem à pœna, vt tanquam vſurarius puniri non poſſet glo. communiter approbata in cap. ſanè 2.lit.D.de temp. ordin. quo ſenſu loquitur Bartolus in d. l. quis ſit fugitiuus, vt Bartolum explicat Alex.ibid.in addit.lit.H.eodēq; ſenſu explicandus Natta recitatis locis, quemadmodum etiam reſpondit Crau.conſ.6.num.103. lib. 1.& in conſ.145.nu.12 eod.lib.Roland à Vall.conſ. 75.num.44.cum ſeq.lib.1.Bertazol.conſ.2.num. 25. Tom.1.poſt Iaſon.conſ.178. num. 14.vol.3.& conſ. 154 num. 16.vol.4. at conſuetudo non excuſat à reſtitutione lucri vſurarij, ità in terminis Bartholomæus Vgolin. trac.de vſur.cap.26.§. 1. num.2. verſ. excipitur,in fine,& ratio eſt manifeſta,nam conſuetudo contra ius naturale vim nullam habet,nec iuſtum reddere poteſt quod natura ſua iniuſtum eſt c.cum tanto x1.vbi glo.lit.A.de cõſuet.reſque adeo manifeſta videtur,vt in eo textu vere dicat Greg. Nonus,Neminem ſanę mentis intelligere poſſe iuri naturali quacunq; conſuetudine poſſe aliquatenus derogari; At iniuſtitia in contractibus,& vſura ipſo etiam iure naturali prohibita eſt. Didac. Cou. lib.3.var.reſolut.cap.1.num.5.ex communi ſententia Io.Baptiſta Lup.trac.de vſur.commen.pri.§.3.n. 20.Michael Salon.Com.in S.Th.2.2.q.78.a.1. conc. 2.nulla igitur conſuetudine excuſari poterit,qui vſurarium contractum fecit quin,& culpæ reus, & reſtitutioni ſit obnoxius.

Atq; hæc breuiter dicta ſint de iniuſtitia,vſurariaque labe huius,qui venit in conſultationē cōtractus quæ cũ Pontificij iuris, ac Cæſarei ſtēt munita præſidio,Theologicisq; firmis ſuffulta rationibus minime videtur verēdũ quin ea ſapiētiſsimus Iudex pro ſua ſapiētia ſentētiæ ſuæ calculo ſit confirmaturus.

CON-

N Laicus Mediolanenſis annum agens vigeſimum quintũ, & in famulatu Epiſcopi Aptenſis Galliæ Narbonenſis exiſtẽs per biennium, habitum Religionis Sanĉti Franciſci Conuentualium in MonaſterioCiuitatis illius aſſumpſit cum licentia Commiſſarij generalis illius Prouinciæ die 17.Ianuarij 1601.&. Is ibidem vti frater illius ordinis ad ordines fuit promotus slz. die 17.Martij ad primam Tonſuram,& quatuor minores ab Epiſcopo Aptenſi,ad Subdiaconatum die 7.Aprilis.ab Epiſcopo Mimanẽti ſed abſq; titulo aut profeſsione,ad Diaconatum die 21.Aprilis ab Epiſcopo Agatenſi, Epiſcopis vltra montes, & Gallicanæ prouinciæ, at Auguſtæ Prætoriæ intra montes ab Epiſcopo 22.Decembris eodem anno ad Præsbiteratum fuit item promotus pariter ſine titulo,& profeſsione,poſtea ſtatim Sacrorum ordinum funĉtiones libere exercuit in habitu memorato manens nulla tamen vnquam emiſſa profeſsione perſeuerans in ſeruitio præf. Epiſcopi Aptẽſis vſque ad eius mortem, quo in Italiam venit. Vlterius anno 1603. die primo Februarij cum in Hiporedienſem Ciuitatem veniſſet,& ad Conuentum fratrum ſuorum ſe præſentaſſet ſub prætextu decreti Apoſtolici ne in Monaſterijs citrà montes reciperẽtur ij etiam Itali,qui vltra montes religionis habitum ſuſcepiſſent,à Guardiano Conuentus nõ fuiſſet receptus ea attenta licentia ibi; dimiſit habitũ Guardiano acceptanti,& habitum clerici ſæcularis aſſumpſit datis à Guardiano ſuperinde litteris teſtimonialibus in forma.

Tandẽ ab Epiſcopo Hiporedienſi habens litteras

dimiſſoriales atteſtâtes eſſe Sacerdotem ritè promotum,& bonis moribus datas primo Martij 1604 Medolanum redijt vbi tanquam Sacerdos Secularis fuit receptus,& prouiſus duplici beneficio, ex quibus habet vnde ſufficienter viuat.

Nunc dubitatur an fuerit rite promotus, an ſuſpenſus, an irregularis, an male prouiſus de beneficijs.

Ratio dubitandi ea eſt, quia fuit promotus ad Sacros ordines non prius emiſſa profeſsione, & abſq; vllo titulo patrimonij aut beneficij, & ab Epiſcopo alieno contra diſpoſitionem S. Conc. Trid. Seſſ. 21.c.2. extenſam ad Regulares per Conſtitutionem Pij V. quæ incipit Romanus Pontifex publicat. Id. Octob. 1568.apud Quarantam in verbo Ordo,maxime recepta eorum ſententia qui tenent Conciliū innouare pœnas antiquorum Canonum slz. c.neminem,&c.Sanctorum 70.diſtinct.

Verum ad Concilium, & Conſtitutionem Pij V. dicebatur non eſſe receptam in Gallia, & diſpoſitionem c.neminem,&c.Sanctorum eſſe moderatā per c. cum ſecundum de prębend. & Concilium nō innouare dictos antiquos can.ſed ſolum c. cum ſecundum de prębend.

Replicari tamen poteſt non probari eam Cōſtit. non fuiſſe receptam in Regno Galliæ ſaltem apud Regulares,& non valere argumentum non eſt receptum Concilium, quod verum ſupponitur,ergo nec ea conſtitutio licet habeat eam relationem ad Concilium. Item Conc. non eſſe quidem receptum quoad Gallos non quoad Italos illuc diuertentes ad Ordines,aliter eſſet locus fraudibus. Item hunc eſſe ordinatum ad Sacerdotium Auguſtæ Prætoriæ vbi, & Conc. & Conſtitutio vigent. Videatur omnino

nino ea Conſtitutio, quæ eſt fundamentum huius dubitationis, & pro veritate in foro exteriori conſulatur.

Secundum reſponſum.

N. Regularis, nec eſt ſuſpenſus ab Ordinum executione, nec eſt irregularis: ratio eſt, quia ordinatus ab Epiſcopo ſciente illum non habere titulum patrimonij, aut beneficij, nulla ſuſpẽſione ligatur. Steffanus Quaranta in ſumma bullarij v. Ordo, & eo magis quando fuit ordinatus ab Epiſcopo ſine pacto, & ſine fallacijs. Mart. Bonacina de Sacramentis, diſp. 8. quæſt. vnica, puncto 6. nu. 24. poſt Mart. Nauar. in man. cap. 27. n. 158.

Neque obſtat bulla Pij V. Romanus Pontifex &c. quam reffert ad literam. Quaranta loco præcitato, quia bulla non loquitur de Regularibus omnibus, ſed de Clericis Regularibus tantum, & præcipuè de ijs, qui, vel numquam, vel niſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex Clauſtro liberè dimittuntur, vel exeunt prout fit apud Clericos Regulares Ieſuitas, cuiuſmodi non ſunt Franciſcani prout cantat caſus propoſitus, nec dictum iſtud aliquam erigit probationem cum verba bullæ ſint nimis clara, & aperta, & huius ſententiæ videtur fuiſſe Pater Sanch. in Decal. lib. 4. c. 39. n. 19. 20. 21. vbi docet Nouitiũ religioſum ſacris ordinibus initiari poſſe, cum litteris dimiſſorijs tamen Epiſcopi originis, vel habitationis, nec vllam mentionẽ ibidem facit huius bullæ Pij V. quam tamen feciſſet ſi per bullam ipſam Religioſi omnes ligarentur, & nõ ſoli Clerici Religioſi, & ideo dicendum eſt. N. ſic

ordinatũ nec ſuſpenſionem, nec irregularitatis maculã contraxiſſe &c. & ita fuit deciſum in ſacra Congregatione Pœnitentiariæ Mediol. die 6. Maij 1621.

CONSILIVM TRIGESIMVMSECVNDVM.

AN Cenſuræ in Concilijs Prouincialibus, aut Synodalibus per Ordinarios locorum promulgatæ, ligent etiam Regulares, præſertim quando Concilia non fuerunt per Sedem Apoſtolicam confirmata.

PArs negatiua vti communior, ita verior omnibus ferè ſemper viſa eſt, quia Epiſcopi non poſsunt Iure ordinario ligare Regulares cenſuris, cum eorum Ordinarius ſit proprius Prælatus, vel Superior iuriſdictionem Ordinariam in illos exercendo. Capit. cum ab Eccleſiæ Prælatis. De officio Ordinarij. & l. finali, C. de Iuriſdiction. omn. iud. Nauar. conſil. 22. de tempor. Ordinat. Neque iuriſdictione delegata poſſunt in Regulares animaduertere, quia talis auctoritas competit eis, aut Iure nouo, aut Iure antiquo. Non antiquo ſiquidem in cap. Cum capella. C. Quanti, & cap. Quoniam de Priuilegijs, interdicitur Epiſcopis, ne cenſuras contra Regulares promulgare poſsint. Non Iure nouo, quoniam tale quid non reperitur in Cõcilio Tridentino, nam ſeſſ. 25. Concil. fuſè de Regularibus agit, nec tamen Epiſcopis aliquando indulgetur, vt cenſuras cõtra Regulares exercere poſſint.

Nec dicendum hoc illis tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis executoribus competere, quia eadẽ ſeſſ. 25. cap. 24. præcipitur Generalibus, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & Regularium Superioribus,

non tamen Epiſcopis, vt Concilij Decreta a ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruari faciant.

Non inficior tamen quoſdam in Concilio Trid. exprimi caſus, in quibus Epiſcopi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati in Regulares animaduertere poſſunt; vt ſeſſ. 5. Regularibus hæreſes prædicantibus, ſecundum Iuris diſpoſitionem pœnam indicere poſſunt, & ſeſſ. 6. Epiſcopi exercere poſſunt in quæſtuarios, & ſeſſ. 25. Regulares manentes extra clauſtra punire poſſunt; item matrimonio intereſſentes abſque licentia Parochi à ſuſpenſione ibidẽ lata abſoluũt; Itẽ Regulares extra clauſtra notoriè delinquentes Epiſcopo inſtante, ſeuerè à ſuis ſuperioribus puniuntur; Itẽ ad proceſsiones ire compellunt, ſed nõ per cenſuras, c. 1. de Priuil. Io. Andreas c. 1. de cõceſſ. præb. & de reg. iur. Regula ſciẽtis &c. Marianus Socinus in cap. Mulier, de ſent. excomm.

Secundò, ex decreto ſacræ Congreg. de vrbe 10. Octob. 1586. referente Io. Bapt. Confectio in Comp. Priuil. Mendic. Non licet Epiſcopis in cauſis Ciuilibus, vel Criminalibus Regulariũ ſeſe ingerere, niſi quatenus illis permittitur à Conc. Trid. cuius virtute non poſſunt in Regulares animaduertere, niſi in caſibus ibidem expreſsis, vbi nihil de cenſuris.

Tertiò, Regulares adeo priuilegiati exiſtunt, vt non modo dicantur conſtituti ſub protectione ſanctæ Sedis, quinimo ſub illius iuriſdictione exiſtunt immediatè, itaut Ordinarius illorũ immediatus velit eſſe Sum. Pont. prout apparet ex reſcriptis Clem. V. Nicolai V. Sixti IV. & V. Leonis X. necnõ Pij V. prout legitur in Comp. Priu. Mend. Io. Bapt. Conf.

Nec dicatur hæc priuilegia, vel abrogata fuiſſe, vel moderata in Concil. Lateranenſi, & Tridentino, quia per Trident. nullibi fuit Epiſcopis con-

cetium, vt cenſuris ferendis in ſuis Concilijs, afficere Regulares poſsint.

Quartò, non poſſunt compelli Regulares, vt ad Concilia Prouintialia, vel Synodalia accedant. C. Epiſcopis diſt 8. & cap. Quod ſuper his, iuncta gl. de maioritate, & obedientia, ergo cenſuris Synodalibus, vel Conciliaribus ligari non poſſunt. Conſequentia eſt Canoniſtarum in cap. 2. de Conſtitutionibus in ſexto.

Quintò, leges humanæ eatenus obligant in foro conſcientiæ præcipuè, quatenus in eo ſunt receptæ. §. leges. de conſecratione diſt. 4. cum gloſſa. Nauar. in Man. cap. 23. num. 40. & 62. Item conſil. 1. de iniurijs, & damno dato. conſil. 8. de ſententia excommunicationis. conſil. 1. de Conſtitutionib. quæſt. 5. quia leges tunc firmantur, cum moribus vtentium approbantur: cenſuræ autem in Concil. Synodalibus, & Prouintialibus latæ numquam a Regularibus fuerunt receptæ, tum quia nec fuerunt vocati, nec auditi, nec eis intimatæ; tum quia capaces non ſunt fauorabilium, ideſt beneficiorum, vel penſionũ, & propterea odioſa ad ipſos non extendēda.

Sextò, textus in cap. Nimis l. 2. de exceſsibus Prælatorum. Epiſcopis prohibetur expreſsè, vt cenſuras non ferant in Regulares.

Septimò, Nauar. conſil. 8. de officio Iudicis Ordinarij quærit an Epiſcopus in vim Concilij Tridentini poſsit abſoluere, & diſpenſare cum exemptis ſuæ Diœceſis; & reſpondet negatiuè, niſi Regulares exempti de licentia ſui Prælati renuntient exēptionis priuilegio, & ita ligare non poſſunt cum eiuſdem ſit ligare, & ſoluere.

Octauò, idem Nauar. conſil. 2. de ſepulturis docet extra dentes, Prouincialem Epiſcopi Conſtitu-

tionem

tionem non ligare exemptos. Idem docet Pater Henriquez in ſumma Theologiæ moralis lib.7. cap. 24. & 25. Confectius in Compend. Priuil. Mendic. par.2. tit.5. cap. 2. 3. 4.

Non obſtat, quod Epiſcopus circa Sacramẽtum Pœnitentiæ rectè miniſtrandum poſsit ferre cenſuras contra inobedientes, quia in Concilio Tridentino eo in loco, non appellatur Sedis Apoſtolicæ delegatus, neque tribuitur illi facultas feriendi Regulares cenſuris: neque Pius V. vel ſacra Congregatio Regularibus in hac delinquentibus aliquam indixit cenſuram, quia excommunicationis gladius ex Tridentino ſeſſ. 25. cap.3. de Reformat. ſobrie in omnibus eſt exercendus.

Quod ſi reperiantur aliqui Canoniſtæ forſan oppoſitum ſentientes: Reſpondetur iſtos inquam ante Tridentinum ſcripſiſſe, nec Priuilegia ſanctæ Sedis ad fauorem Mendicantium emanata legiſſe.

Sed ponamus rem dubiam eſſe, quod Epiſcopi ligare poſsint Regulares ſuis cenſuris, nihilominus credendũ eſt hoc in caſu Epiſcopos non poſſe pronuntiare ſe Iudices. Gloſa Hoſtienſis, & Panormitanus in cap. Olim, de Accuſationibus, quia diceretur Iudex in propria cauſa. l. qui Iuriſdictione. ff. de iuriſdictione om. Iud. L. Hieronymum à Sorbo Capuccinum in priuil. Compend. Mendicant. ver. Accedere ad Monaſterium Monialium cum annotatione Capuccini in fine, & verb. Ingredi Monaſterium Monialium verbo Excommunicatio. Exemptio. Conueniri in iuditio Syluester Excommunic. 2. num. 12. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij ver. Monaſteria Monialium. Præcedentia. Canoniſtæ in cap. Si Clericos. de ſententia excommun. in 6. Clementina frequens de exceſsibus Prælatorũ.

Nauar. conſil. 4. & 23. de Priuilegijs. Sanchez de Matrimonio tom. 2. lib.7. diſp.33. nu. 21. 22. 23. Emanuel Rodriquez quæſtionum Regul. tom.1. qu. 45. art.2. & tom. 2. quæſt. 63. Praxis Neapolitana c. 59. & 89. Riccius in ſua Praxi aurea reſſolut. 110. Naldus quæſtionum practicarum, ver. Monialis nu. 16. & ratio eſt, quia excommunicatio generaliter lata ligat ſubditos proferentis tantum, niſi auctoritas Delegatis maiorem conferat auctoritatem. Cap. à Nobis lib. 1. de ſententia excommunic. iuncta Gloſſa: quæ omnia dixiſſe volui ratrocinando potius, quàm diffiniendo, ſubijciendo me ipſum, & ſcripta meã cenſuræ, & correptioni ſanctæ Matris Eccleſię, & cuiuſuis melius ſentiẽtis, & docentis &c. His addi poteſt Nau. conſ. de Sepul. & conſ. 8. de offitio Iudicis Ordinarij. Henriq. Theol. moral. lib.7. cap. 24. 25. cap. nimis el 2. de exceſſ. Prælatorum. & cap. Romana Eccleſia de ſent. excommun. in 6.

CONSILIVM TRIGESIMVM TERTIVM.

QVæritur qua pœna puniri debeant ſtercorantes alicuius fores &c.

REſpondet Farinacius quæſt. 105. nu. 469. quod puniri debent ad inſtar facientis libellum famoſum, cui de iure Ciuili debetur pœna capitis, prout ſcribit Farinacius quæſt. præcitata num. 422. & 423. vbi ex mente multorum dicit hanc pœnam eſſe mortis naturalis. De Iure vero Canonico Auctor libelli famoſi flagellatur per textum in Cap. de p. & in cap. Quin alterius 5. quæſt. 1. iun cta gloſ. & Canoniſtæ ibidem, quamuis alij dixerint pęnam

libelli famoſi de conſuetudine non eſſe mortis, ſed extraordinariam iuxta facti, & perſonarum qualitatem. Clarus in ſua Praxi criminali §. fin. quæſt. 68. num.26. Alij vero voluerunt de Iure Canonico pœnam ſtercorantium eſſe flagellorum, fuſticationis, degradationis, & depoſitionis. Farin. quæſt. eadem num.430. 431. & conſ.30. num.25.

Verum in coercendis huiuſmodi delictis attendendæ ſunt circumſtantiæ loci, perſonarum, & reiterationis, ſi tamen iteratum fuit delictum, nam loci qualitas, nempe ſi ſit domus inſignis, vel Monaſterium id auget delicti attrocitatem, vt in ſpetie reſpondit Farinac. conſ. 30 num. 3. qualitas etiam perſonæ inducit facti grauitatẽ nimirum ſi ſit perſona in dignitate, aut in officio conſtituta, ſi ſit Sacerdos, aut alicuius Cænobij ſuperior, & in hoc caſu iniuria dicitur illata non Superiori, ſed Monaſterio & ideo puniendus venit non vt infamator priuati, ſed vti infamator Monaſterij, prout docet Farin, in dicta quæſt.105. num. 293. 294. 295. & conſ. 30. ſub num.27. 70. Reſpectu quoque reiterationis delicti iniuria grauior redditur, & attrocior, vt per eundem Farin. in conſil.30. ſub num.28. & 67. Hinc huiuſmodi delinquentes tranſmittuntur ad remum, vt teſtatur Farinac. dicto conſ. 30. ſub num.25. vbi ſubiungit etiam mortis imponi poſſe ea ratione, quod in temporalibus pęnis repræſentandis ob delicti grauitatem, & attrocitatem, licitum eſt tranſgredi leges Canonicas, & tunc ratione huius trãſgreſsionis ſeruanda ſunt Iura Ciuilia quæ ſaltem de conſuetudine ita ſeruant. Farin. eodem conſil. 30. ſub num. 26. 69. 125. Menochius autem de arbitrarijs Iudicum caſu 385. ſcripſit pęnam fœdantium homines eſſe Iudici arbitrariam.

AN ſtatutum Laicorum prohibens generaliter librorum impreſsionem, abſque illorum auctoritate compræhendat,& afficiat Eccleſiaſticos.

VIdetur dicendum quod ſic ex Doctorina Bartoli in l. cunctos populos, num.29. C.de ſumma Trinitate, & Fide Catholica, vbi ait Statuta generalia Laicorum ſi non ſint contra ea,quæ competunt Clericis, & eorum Eccleſijs in priuilegium, non ſolum alligant Seculares, ſed etiam Eccleſiaſticos; ſed cum non appareat Eccleſiaſticis fuiſſe conceſſum priuilegium imprimendi ſuos libros abſque facultate poteſtatis ſecularis, ergo &c. & in huius ſententiæ confirmationem Romanus Pontifex in cap. 1. De noui operis nunciatione præcipit cauſam inter duas Eccleſias vertentem, dirimi iuxta Canones, & leges: quia ſicut leges non dedignantur ſacros Canones immitari;ita Canones ipſi Principum Conſtitutionibus adiuuantur. Cap.ſi in adiutorium diſt. 10. ergo ſtatutis Ciuilibus ligantur Eccleſiaſtici.

Secundò, poteſtas ſecularis ex Dei ordinatione poteſt condere ſtatutum ob bonum publicum,quia finis poteſtatis ſecularis eſt Rempublicam gubernare in omni eo, quòd ſpectat ad bonum commune, ſed ſtatutum de quo agitur tendit in bonum publicum, videlicet ne quid contra bonum Ciuile, ac Reipublicæ ſtatum imprimatur, ergo poteſtas ſecularis, ex Dei ordinatione potuit ſtatutum condere, per quod etiam Eccleſiaſtici ipſi compræhendantur.

Tertiò,

Tertiò, Ordinarij locorum ſtatuunt ne quis libros imprimat abſque illorum facultate, quò ſanè ſtatuto ligantur non modo ſeculares, ſed etiam Regulares exempti, ergo & poteſtas ſecularis poterit idem ſtatuere ligando non modo ſuos ſubditos Laicos, ſed etiam Eccleſiaſticos exemptos, aliàs non ſeruaretur ratio æqualitatis contra textum in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.

His tamen non obſtantibus contraria ſententia verior eſt de Iure, Primò, quia ſtatutum vires acquirit à poteſtate ſtatuentium, l. fin. ff. de iuriſdic. om. Iudic. & cap. à nobis. de ſenten. excommunic. Secularibus autem ſupra Eccleſiaſticos, & eorum bona nulla eſt tributa facultas cum obſequendi, & non imperandi maneat illis neceſsitas. Cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. cap. Bene quidem. diſtin. 96. & cap. Inter hæc 33. quæſt. 2. Hinc fit, vt defectu poteſtatis non poſsint Eccleſiaſtici Laicorum ſtatutis ligari: ſiue ſtatuta expreſsè, & in ſpetie diſponant ſuper Clericos, ſiue tacitè, & in genere, quoniam ſtatuti generalis diſpoſitio non traditur de his quę fieri non poſſunt in ſpetie. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & alij ibidē relati, & ſecuti à Marta de iuriſdic. par. 4. caſu 4. 5. & 53. Rocchus in tract. de conſuetud. caſu 8. nu. 55. & Marta loco citato caſu 98. Baldus in l. generali. C. de Sacroſanctis Eccleſijs. Marta de iuriſd. par. 4. caſu 52. & 88. Diſpoſitio pariter legis cum opportet C. de Bon. quæ libri, per quem datur Patri vſusfructus bonorum aduenticiorum filij nō habet locum in filijs Eccleſiaſticis ſiue bona acquiſita ſint antè, vel poſt Clericatum: quoniam Eccleſiaſtici non ligantur legibus ciuilibus. Cap. quia nos, iuncta gloſſa cum Innocen. & alijs. Bart. conſ.

61. num.3. par.1. Panor. in c. in Præſentia num.56. & alij de probat. & Marta vbi ſupra caſu 26. etiam ſi prima tonſura tantum fuerint initiati.

Secundò, ſi libri Eccleſiaſticorum tractant de Religione, de Cenſuris, aut de rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, ſecularis poteſtas nullo pacto de illis cognoſcere poteſt, etiãſi Rex ſit, aut Imperator. C. ſi Imperat. diſt. 96. vbi legitur ſi Imperator Catholicus eſt, filius eſt, non Præſul Eccleſiæ. Quod ad Religionem competit diſcere ei conuenit, non docere. Idem habetur in ca. Decernimus de Iudicijs.

Tertiò, ſi Eccleſiaſticus in ſummam D. Thomæ, vel in Bullam Cœnæ Domini Commentaria imprimere contendat, ſi poteſtas ſecularis velit in vim ſui ſtatuti facultatem imprimendi concedere, id aliud non erit, quam in cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis ſeſe intromittere, & perſonas Eccleſiaſticas ad ipſius forum non modo indirectè, ſed directè trahere contra Canonem 15. Bullæ Cœnæ, quia Eccleſiaſticis illud facere prohibet, quod iure Diuino; vel humano eis non interdicitur, nec eiſdem ſubijciuntur. Caiet. in ſumma ver. Excommunicatio, cap. 31. & quamuis ſtatutum loquatur de ſubditis ſtatuentium tantum, non autem de perſonis Eccleſiaſticis, nihilominus ſi ſeruetur ſtatutũ contra Eccleſiaſticos dicitur eſſe contra libertatẽ Eccleſiaſticam. Marta de iuriſdict. parte 4. caſu 62. num. 9. cum alijs quos allegat. Alterius in Bullam Cœnæ, Canone 15. cap.5. dubit. 9. Et ad obiecta in contrarium.

Ad primum reſpondetur opinionem Bart. in dicta l. communiter à Doctoribus reprobari, & propterea Panormit. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. num. 1. dicit textum eſſe apertè contra

Bart.

Bart. ſententiam, & Antonius de Butrio in explicatione eiuſdem Canonis nu.20. inquit ſtatuta Laicorum non ligare Clericos ex defectu poteſtatis, non autem quod diſponant contra Eccleſiæ priuilegia: quando vero Laicorum ſtatuta generaliter diſponentia Eccleſiaſticis ſunt fauorabilia, tunc etiã ſeruantur inter Eccleſiaſticos, non quia emanata à poteſtate Laica, ſed ex præſumpta Romani Pontificis approbatione. Panormit. in cap. Conſtitutus nu.4. de in integr. reſtitut. & alij. Dec. Felin. & Butrius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſt. Iaſ. in l. de quæſt. C. de pactis. Hinc ſtatutum quod Agnati excludant matrem, compræhendit Clericos, quia eſt ipſis fauorabile. Benedictus in c. Rainutius. de teſtamen. Marta de iuriſdict. par.4. caſu 29. num.7.

Ad ſecundum reſpondetur quod aut loquimur quo ad vim directiuam, aut quoad vim coactiuam. cum ergo dici poteſt Princeps ſecularis condere ſtatutum ob bonum publicum, concedimus quoad vim directiuam, & hoc non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam quoniam tenetur quilibet viuere ſecundum rectam rationem, ex textu in l. ſcire oportet §. qui non iuſte. ff. de excuſ. tutor. Si vero intelligit quoad vim coactiuam negamus quoniam perſonę, & res Eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à poteſtate, & iuriſdict. ſeculari. Alterius can.15. bullæ Cœnæ capit. quinto.

Nec publica vtilitas iuriſdictionem tribuit principibus ſecularibus in Eccleſiaſticos, quia ſi hoc verum eſſet, quælibet lex, aut ſtatutum ligaret Clericos.

Ad tertium negatur conſequentia, quia Ordinarij locorum poſsũt ita ſtatuere ad finem ſpiritua-

lem Clericos, & ſeculares propriæ diœceſis ligando, tum ex vi ſui muneris, tum ex Concil. Lateranen. ſeſſ. 10. de librorum impreſsione, tum ex Concil. Trid. ſeſſ. 4. de Editione, & vſu ſacrorum librorum facultatem illis concedente, quinimmo præcipiente vt ita obſeruari faciant; tum etiam ex reſcriptis Apoſtolicis, & ex decretis Illuſtriſs. Cardinalium Inquiſitorum hoc illis competit, & propterea non eſt attendenda ratio inæqualitatis militantis inter poteſtatem Eccleſiaſticam, & ſecularem: & in huius rei confirmationem quod poteſtas laica non poteſt exercere iuriſdictionē in Eccleſiaſticos, Innocentius III. in cap. non minus, & ca. Aduerſus, de immunit. Eccleſiarum ſtatuit, vt tempore neceſsitatis, vel publicæ vtilitatis Principes ſeculares non poſsint auctoritate priuata compellere Eccleſiaſticos, ſed teneantur adire Ordinarios locorum, qui Reipublicæ vtilitati, ac neceſsitati conſulere ſtudebunt, ſed cum cauſæ cognitione, & ex his clarè conſtat ſtatutum laicorum generaliter prohibens librorum impreſsionē, niſi obtenta prius ab ipſis imprimendi facultate nullo pacto comprehendere Eccleſiaſticos.

BVLLÆ APOSTOLICÆ Sancto Officio deſeruientes hic nouiter additæ.

LEO PAPA X.

Dilecto filio noſtro Hadriano tituli ſanctorum Ioannis & Pauli Presbytero Cardinali.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis, teſtes falſidicos in cauſa fidei deponentes, & alios de quibus agitur in hoc reſcripto, tradere poſſunt curiæ ſæculari, irregularitatis, aut alicuius pœna vel cenſuræ Eccleſiaſticæ ſecuri.

DILECTE fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

INTELLEXIMVS quòd in Hiſpania, cæteriſque Regnis & Dominijs Chariſsimæ in Chriſto filiæ noſtræ Ioannæ Reginæ; & Chariſsimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Hiſpaniæ catholicorum ditioni ſubiectis, in quibus tu hæreticæ prauitatis Inquiſitor Generalis per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtis, multi perditi ingenij homines, in teſtimonijs, quæ perhibent ſuper dictæ prauitatis veritate inquirenda falſitatem quandoque prece, precio, odio, vel amore, & quandoque metu committere, aut ſe eamdem falſitatem commiſiſſe publico licet falſo fate-

ri non verentur: ſicque huiuſmodi diabolicæ artis miniſterio plerumque vel damnantur inſontes, vel diuinæ maieſtatis Dei, & orthodoxæ fidei ſub Chriſtiano nomine deriſores veniam conſequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipſi falſi teſtes tam propria improbitate, & inconſtantia, quam audacia, & impunita temeritate eorum qui illos ad talia cōmittenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur ſceleſtum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque ſimul naturam conſpirant, & in nefandi criminis cauſa vel iniuſtę abſolutionis, vel iniquæ condemnationis actores exiſtunt acriori longe ſupplicio quàm cæteri falſidici teſtes plecti ſoleant, dignum cenſentes: circunſpectioni tuæ & Vniuerſis & ſingulis alijs per te & pro tempore exiſtentem generalem dictæ prauitatis in Regnis, & dominijs prædictis Inquiſitorem, ad ipſum Inquiſitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & ſingulas perſonas cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis exiſtant, quas tibi aut alijs Inquiſitionibus prædictis in crimine hæreſis falſum ſcienter depoſuiſſe, aut alium ad falſum deponendum, aut verum tacendum induxiſſe, vel quempiam ob perhibitum veritatis teſtimonium vel propter falſum non atteſtatum occidiſſe, aut membro aliquo mutilaſſe, aut bonis ſuis omnibus vel maiori parte illorum ſpoliaſſe, vel ſpoliari feciſſe, ſeu atrociſsima iniuria affeciſſe legitimè conſtiterit, tuo aut à te deputando ſeu deputandis & ſubdelegandis arbitrio procedendi, & eos pœnis de quibus tibi vel illi videbitur condemnandi, ſuper quo tam & illorum quibus negotia huiuſmodi commiſeris, conſcientiam oneramus abſque alicuius pęnæ ſeu cenſuræ Eccle-

ſiaſticæ

ſiaſticæ metu aut irregularitatis nota tradendi, vel relaxandi, etiam curiæ ſæculari plenam & liberam concedimus facultatem. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die 14. Decembris 1518. Pontificatus noſtri anno ſexto. Ex Archiuio Inquiſitionis Romanæ. Vide ſuper Directorio Inquiſit. par. 3. q. 73. Euangeliſta.

PIVS PAPA V.

Sanctiſſimi D. N. Pij Papæ V. præceptum quod Principes, iudices, & iuſtitiæ miniſtri mandatis Cardinalium Inquiſitorum generalium in concernentibus officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis pareant: & reos quoslibet de hæreſi inquiſitos, pro quibuſuis alijs delictis carceratos, ſuſpenſa aliorum criminum cognitione, ad Inquiſitores deferant, vt cauſa fidei prius cognoſcatur, inde pro alijs delictis à ſuis iudicibus puniantur.

SAnctiſsimus D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa Quintus, ſtatuit, decreuit, & ordinauit, ac mandauit, vt negotia fidei omnibus, & ſingulis alijs præferantur, cum fides ſit ſubſtantia, & fundamentum Chriſtianæ religionis. Idcircò omnibus, & ſingulis almæ Vrbis, eiuſque diſtrictus Gubernatori, Senatori, Vicario, & Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & quibuſcunque alijs legatis, vicelegatis, gubernatoribus prouinciarum, & terrarum ſuæ Sanctitati, & S. R. E. mediatè, & immediatè ſubiectarum, ac eorum locatenen. officiali-

bus, bariſellis, & alijs miniſtris, necnon alijs locorum ordinarijs, cæteriſque Magiſtratibus, & officialibus, ac cuiuſuis conditionis, & ſtatus hominibus in omnibus, & ſingulis terris, oppidis, & ciuitatibus, ac in tota republica Chriſtiana exiſten. ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac indignationis ſuæ Sanctitatis, & alijs arbitrio ſuę Sanctitatis, & Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum Dominorum Cardinalium Inquiſitorum generaliũ imponendis, & exequendis pœnis, vt eiſdem Cardinalibus Inquiſitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuſcunque officium Sanctæ Inquiſitionis huiuſmodi cõcernen. pareant, & obediant. Reges vero, Duces, Comites, Barones, & quoſuis alios Principes ſæculares in Dei nomine rogauit, vt eiſdem Cardinalibus Inquiſitoribus, eorumque officialibus faueant, auxiliumque præbeant, & à ſuis Magiſtratibus ſubditis auxilium præberi faciãt in negotijs ad dictum officium ſpectan. Necnon carceratos quoſcunque pro quibuſuis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum Inquiſitionis officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant.

PIVS

Sanctiſſimi D. N. D. Pij Papæ V. Conſtitutio contra offendentes ſtatum, res, & perſonas officij Inquiſitionis hæreticæ prauitatis.

Quicunque quacunque dignitate ſæculari decoratus Inquiſitorum, aut quemlibet ſancti Officij miniſtrum, aut accuſatores, denunciatores, & teſtes in cauſis fidei offenderit, aut perterrefecerit: ſiue res quaſcunque ſacri officij priuatas, aut publicas inuaſerit: vel captos pro crimine hæreſis liberarit, prohibueritue ne caperentur, aut occultauerit, aut deniq; quocunque alio modo cauſis fidei nocuerit, etiam ſi nihil ſit mali ſubſecutum, anathemate percuſſus eſt, & velut reus læſæ maieſtatis, omni dominio, & dignitate eo ipſo priuatur. filij etiam talium infames ſunt, & omni hæreditatis ſucceſſione, & donationis iure, aut alia liberalitate carent. idem penitus obſeruetur in perſonis eccleſiaſticis, quæ ſi tale quid commiſiſſe conſtiterit, degradentur, & curiæ ſæculari relinquantur; Pontificum tamen cauſæ Romano Pontifici reſeruantur, qui pro talibus intercedit, in fautorum hæreticorum pœnas ipſo facto incidit, qui hæc delicta adhuc occulta manifeſtauerit, ſupplicio liberatur. nullus ex prædictis à præfatis pœnis liberetur, niſi poſtquam per ſex menſes Pontifices Romani in ſede Petri ſederint: idque precibus prius in ſancto Inquiſitionis Senatu verificatis, aliter quidquid geſtum fuerit, irritum eſt & inane. Prælati has conſtitutiones publicent, Principes ſæculares miniſtris ſacri officij omne auxilium præſtent & fauorem, & ſententias in reos hæreſis latas exequantur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, ad perpetuam rei memoriam.

SI de protegendis cęteris omnibus Eccleſiæ miniſtris, quos in fidem & clientelã noſtram à Domino recepimus, cura nobis quotidiana inſidet, quanto maiore ſtudio eam nos ſolicitudinem, capeſcere neceſſe eſt, vt qui in ſacro Inquiſitionis hęreticæ prauitatis officio verſantur, ſub tutela inuiolatæ auctoritatis huius ſedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem fidei catholicæ exequantur? Cum itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualeſcat, qui omnibus malis artib. prędictum officium ſubuertere, miniſtroſque functionibus diſturbare moliuntur, eò iam nos detruſit neceſsitas, vt nefariam, & ſceleſtam illorum audaciã accerbiore caſtigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali conſtitutione de fratrum noſtrorum conſilio ſancimus, vt quicunque ſiue cuncta ciuitas, ſiue populus, ſiue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illuſtris, quemuis ex Inquiſitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, alijſque miniſtris prædicti officij, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, aut Prouincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem in cauſa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, ſeu perterrefecerit, quiue Eccleſias, ædes, aliaſue res ſiue publicas, ſiue priuatas, officij, aut miniſtrorum expugnauerit, inuaſerit, incenderit, expilauerit, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla,

ſcri-

ſcripturas, aliaue inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata vbicunque poſita combuſſerit, diripuerit, ſeu interuerterit, ſeu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, ſeu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, ſiue capiendi, ſiue comburendi, ſiue ſupprimendi cauſa fuerit, ſiue res aut perſonas ſeruari, defendiuè prohibuerit, quique carcerem, aut aliam cuſtodiam, ſeu publicam, ſeu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibuerit, captumue eripuerit, receperit, occuluerit, ſeu facultatem effugiendi dederit, ſeu iuſſerit id fieri, qui cœtum concurſumue fecerit, ſiue vt aliquid prędictorum fieret homines accommodauerit, ſiuè aliàs auxilium, conſilium, aut fauorem publicè, vel occultè in quolibet prædictorum ſcienter præſtiterit, licet nemo occiſus, nemo verberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, ſuccenſum, direptumue, nullum denique damnum re ipſa ſit ſecutum: nihilominus is ſit anathemate præſentis Canonis auctoritate ligatus, idem quoq; læſæ maieſtatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunq; alio beneficio temporali, & perpetuo, eo ipſo priuatus, ſęcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipſas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per conſtitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebuſq; omnibus Fiſci iuribus applicatis, vti etiam eſt de damnatis hæreticis per ſanctiones canonicas conſtitutum; eius filij paterna infamia ſubiecti, omnis, & cuiuſcunque hæreditatis, ſucceſsionis, donationis, & legati, ſiue propinquorum, ſiue extraneorum omnino ſint expertes, eiſdem præterea portæ nunquam pateant

tiant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut cauſam vllam proponere, vel prætendere poſſit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiſerit, niſi contrarium per claras probationes docuerit ſe feciſſe. Quod porro de prædictis, eorumque filijs ſtatuimus, illud idem de omnibus Clericis, & presbyteris ſæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Epiſcopali, & maiori dignitate præditis, ac etiam priuilegio quomodocunque ſuffultis, decernimus exequendum, itaut ipſi beneficijs, & officijs omnibus Eccleſiaſticis, præſentium auctoritate priuati, per iudicem Eccleſiaſticum, hæreticorum more degradentur, demũ poteſtati ſæculari traditi, pœnis prædictis laicorum inſtar ſubijciantur: Pontificum tamen cauſis nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruatis, vt re quęſita, & nobis renunciata, contra eos ad depoſitionem, & alias pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur poſtulare. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint, in eaſdem illas pęnas, quæ in hæreticorum fautores, à ſacris Conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto ſe nouerint, incidiſſe. Verum ſi quis etiã huiuſmodi criminum conſcius, vel affinis, ſine religionis ſtudio, ſiue pęnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, ſupplicio liberetur. Cęterum eam omnium, & quarumcunque abſolutionum rationem à prædictis criminibus, necnon habilitationum, & reſtitutionum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt ſucceſſores noſtri nullas niſi ſaltem ſemeſtri poſt cuiuſque aſſumptionem ad huius dignitatis faſtigium excurſo, ac precibus apud ſupremum Officium Inquiſi-

tionis hic inſtitutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quaſcunque huiuſmodi abſolutiones, habilitationes, & reſtitutiones, quæ precibus ſic non verificatis de cętero fiet, nemini prorſus prodeſſe, ſed nec præſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Romani Pontificis ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, vlla in parte derogari, nec derogatum cenſeri debere, & ſi illis ex quacunque cauſa aliter derogari contigerit, derogationes huiuſmodi nullius prorſus fore roboris, & momenti. Iubemus igitur vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros Eccleſiarum Prælatos per vniuerſum orbem conſtitutos, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, aut earum exempla in ſuis quiſque Prouincijs, Ciuitatibus, Diœceſibus, & locis ſolemniter publicare, & quantum in ſe eſt, firmiter obſeruari procurent, contradictores quoſcunque per cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pęnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuſcunq; curiæ Eccleſiaſticæ, vel Pręlati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem vbique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Cæterum omnes orbis terrarum Principes, quibus gladij ſæcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt permiſſa, per eam quam ſe tueri promiſerunt fidem, obteſtamur, ita ſuas quiſque par-

tes

tes ſiue in præſtando miniſtris prædictis auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduerſione, interponere, vt eorum quoque præſidijs miniſtri ipſi tanti officij munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento fęliciter exequantur, amplisſimum a Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio pręparauit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, legationis, ſtatuti, decreti, iuſsionis, obteſtationis, & voluntatis infringere, vel ei caſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nono, Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno quarto.

Ego Pius V. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *F. Cardinalis Piſanus Epiſcopus Hoſtien.*
† *Io. Card. Moronus Epiſcopus Portuen.*
† *Chriſtoph. Madrucius Epiſcopus Præneſt.*
† *Ottho Card. Truchſes Epiſcopus Albanen.*
† *A. Card. Farne. Vicecan. Epiſcopus Tuſc.*
† *Io. Bapt. Cicada Epiſcopus Sab. Card. S. Clem.*
† *Ego Iulius Cardinalis Vrbinus.*
† *Ego Fuluius Cardinalis Peruſin.*
† *Ego Io. Riccius Card. Politianus.*
† *Ego Scipio Card. Piſarum.*
† *Ego Iacobus Card. Sabellus.*
† *Ego Aloyſius Card. Cornelius.*

† *Ego Ph.*

† *Ego Ph. Card. à Burdiſera.*
† *Ego Antonius Card. Granuellanus.*
† *Ego Franciſcus Card. Paciecus.*
†
† *Ego Hieronymus Card. de Corrigio.*
† *Ego Io. Franciſcus Card. de Gambara.*
† *Ego Nicolaus Card. de Sermoneta.*
† *Ego Innic. de Aualos Card. de Aragonia.*
† *Ego M. Antonius Card. Columna.*
† *Ego Ptolomæus Card. Comenſis.*
† *Ego P. Card. de ſancta Cruce.*
† *Ego Z. Card. Delphinus.*
† *Ego Hu. Card. S. Sixti.*
†
† *Ego Alexander Card. Cribellus.*
† *Ego Guido Card. Vercellus.*
† *Ego Guilielmus Card. Sirletus.*
† *Ego F. Michael B Card. Ale. Cam.*
† *Ego Hieronymus Card. de Caraualle.*
† *Ego Ludouicus Card. Madrucius.*
† *Ego Innoc. Card. de Monte.*
† *Ego Hieronymus Card. Simoncellus.*
†
† *Ego Ferd. Card de Medicis.*
† *F. Cardinalis Alciatus.*
† *Io. Paulus Cardinalis ab Eccleſia.*
† *A. Cardinalis Carafa.*

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimonono, Indictione duodecima, die vero ſecunda, menſis Maij, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto patris, & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ V. Anno quarto, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vr-

be,

be, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt eſt moris, dimiſſis in locis præfatis præſentibus literis per aliquantulum temporis ſpatium affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prælibati S. D. N. Papæ Curſores. Ex Bullario Pij Quinti Romæ impreſſo.

Locus ſigni. Vtinam dirigantur viç meæ ad cuſtodiendas teſtificationes tuas.

Ant. Clerici Mag. Curſ.

BVLLA GREGORII XIII.

Contra Miſſas celebrantes, confeſſiones audientes, & abſolutionem impertientes, nec tamen ſacris Ordinibus inſignitos.

GREGORIVS Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam, officij noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, vt dubia, quæ varijs Doctorum opinionibus hinc inde diuerſa ſentientibus agitantur, ea ad iuriſdictionem ſanctiſsimi Officij Inquiſitionis hæreticæ prauitatis pertinent, noſtræ declarationis oraculo (prout ratio ipſa ſuadere videtur) dilucidentur, vt nulla cuiquam dubitandi occaſio in poſterum relinquatur; ad aures noſtras ſiquidem nuper peruenit, multos eſſe qui dubitent, an contra eos qui in ſacro presbyteratus ordine non conſtituti, miſſas celebrare, confeſsiones audire, ac abſolu-

ſolutionem impartiri aut ſi fuerint per officium ſan-
ctiſsimæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis in Hiſpaniarum regnis inſtitutum, & illius Inquiſitores procedendum, vel etiam animaduertendum ſit, ac hi, qui talia patrauerint, per Inquiſitores prædictos puniri debeant. Nam etſi multorum ſententia affirmetur prędictum delictum ab Inquiſitoribus plectendum eſſe, hiſce præſertim temporibus, quibus hæretici temere audent proferre, vel ſæculares eorum Sacramentorum miniſtros eſſe poſſe, non deſunt tamen hi, qui contrariæ adhærent opinioni, vnde plerumque per eorundem regnorum Inquiſitores diuerſę feruntur in huiuſmodi cauſis ſuffragia. Nos itaque (vt omnis difficultas dubitatioq; tollatur, animaduertentes eos, qui presbyteratus ordine, non ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto Catholicã veritatem impugnare, quæ ſolos presbyteros, miniſtros eorundem Sacramentorum conſtituendo illos duntaxat, quibus eadem munera cõgruere exiſtimauit, committi voluit, eorum qui in presbyteratus ordine non conſtituti miſſas celebrant, ac confeſsiones audiunt) vt præfertur, cognitionem, & punitionem etiam ad Inquiſitionum officium, & Inquiſitores antedictos pertinere, ita eiuſmodi delicti ratione, aduerſus eos inquirere, procedere, ac culpabiles repertos punire, officiũ & Inquiſitores prędicti, valeant Apoſtolica authoritate præſentium tenore perpetuò declaramus, & diffinimus, & ita ab omnibus & ſingulis ordinarijs, & delegatis Iudicibus ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari ac definiri debere, irritumquoque & inane, ſi ſecus ſuper hoc à quoquam, quauis authoritate ſcienter,

vel

vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis nec non iuribus municipalibus legibus regnorum prædictorum, pragmaticiſque ſanctionibus ac ſtatutis,& conſuetudinibus ciuitatum, & locorum quorumcunq; dictorum regnorum etiã iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis forſan per nos,ac quoſcunque alios Romanos Põtifices,prędeceſſores noſtros ſub quibuſuis verborum formis, & inſolitis clauſulis irritantibuſque & alijs decretis,etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ſeu de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad ſupplicationem Regum, Ducum, & aliorum Principum conceſsis, & confirmatis,quibus omnibus illorum tenores pręſentibus, pro expreſsis habentes illis in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo piſcatoris, die ſexto Auguſti, milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto, anno à natiuitate Domini, Pontificatus noſtri anno tertio.

Emmanuel Rodriquez quæſtionum Regularium tomo 2. quæſt. 28. articulo 2.

BVLLA

BVLLA CLEMENTIS VIII.

Contra Miſſas celebrare vſurpantes, & Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare præſumentes cum Sacerdotes non ſint.

ET ſi aliàs fel. rec. Paulus Papa IV. prædeceſſor noſter ad nefariam, & ſacrilegam quorundam hominum temeritatem coercendam, qui cum ad ſacrum presbyteratus ordinem minime promoti ſint, Sacerdotis tamen auctoritatem ſibi temere aſſumentes, Miſſarum celebrationem vſurpare, & Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare præſumunt decreuerit huiuſmodi delinquentes à Sanctę Inquiſitionis Iudicibus tradi debere curiæ ſæculari debita animaduerſione puniendos, & poſtea rec. mem. Sixtus Papa V. etiam prædeceſſor noſter prędictum Pauli Papæ Quarti decretum innouari, ac ſerio obſeruari mandauerit, eo tamen dictorum hominum prorupit audacia, vt prætextu ignorationis huiuſmodi decretorum, ac pœnarum contra ipſos, vt præfertur, inflictarum, illis ſe minimè ſubiacere, & obnoxios eſſe putent, ac propterea ſe ab eiſdem liberari, & abſolui poſſe prętendant. Nos igitur animaduertentes huiuſmodi perditos & nefarios homines ad ſacrum Presbyteratus ordinem non promotos Miſſarum celebrationem vſurpare præſumentes, non ſolum actus idololatriæ ſaltem extrinſece, ſeu per externa, & viſibilia Religionis, & pietatis ſigna exercere, ſed etiam quantum in

ipſis eſt efficere, vt Chriſtifideles, qui credunt eos ordinatos eſſe, & ritè conficere Sacramentum Euchariſtiæ idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet Panem, & Vinum tanquam verum Chriſti Domini noſtri Corpus, & Sanguinem eiſdē adorandum proponentes. Confeſsiones autem audientes non ſolum Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, verumètiam Chriſtifideles decipere, dum ſcilicet inique ſibi aſſumunt gradum Sacerdotalem, & auctoritatem abſoluendi à peccatis magno cum periculo, & ſcandalo plurimorum; Propterea, vt grauiſsima hæc ſcelera committentes, poſt hac debito ſupplicio puniantur; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine S. Inquiſitionis iudicum conſcientiæ conſulere, & ne in futurum de pœna hiſce delinquentibus imponenda dubitari poſsit prouidere volentes, ſupradictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, hac perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, atque ſtatuimus, vt quicunquè non promotus ad ſacrum Presbyteratus ordinē repertus fuerit miſſarum celebrationem vſurpaſſe, vel Sacramētalem confeſsionem audiuiſſe à Iudicibus Sanctæ Inquiſitionis, vel locorum Ordinarijs tanquam Eccleſiæ miſericordia indignus à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradatus, ſtatim Curiæ ſæculari tradatur per Iudices ſæculares debitis pœnis plectendus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs, etiam generalibus editis, etiam in corpore iuris clauſis: Quibus omnibus, & ſingulis illarum tenores pro ſufficienter expreſsis, & ad verbum inſertis haben-

tes,

tes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Vt autem huiuſmodi Conſtitutionis ignorantia de cætero allegari, aut prætendi nunquam poſsit, atque vt præſentes literę omnibus innoteſcant, volumus illas ad valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & Acie Campi Floræ more ſolito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis earundem exempla, etiam impreſſa ibi affixa relinqui, factaque huiuſmodi publicatione omnes, qui in Vrbe poſt menſem, qui verò extra eam, & citra Montes, poſt quatuor menſes, qui demum vltra Montes fuerint poſt decem menſes à die publicationis præſentium computandos afficere, & arctare, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Ac præterea mandamus earumdem præſentiũ literarum exemplis etiam impreſsis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Officij Sanctæ Romanæ Inquiſitionis, vel alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem haberi, quæ hiſce præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die prima Decembris 1601. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Stephanus Quaranta in Summa Bullarij verbo Ordo.

S. D. N. D. CLEMENTIS Diuina prouidentia Papæ VIII.

Innouatio Conſtitutionis ſel. rec. Pauli Papæ IV. contra negantes Trinitatem, aut Diuinitatem IESV CHRISTI, aut eius Conceptionem de Spiritu Sancto, aut eius mortem vt nos redimeret, aut Virginitatem Beatiſſimæ ſemper Virginis DEI Genitricis MARIAE.

Adiecta forma in publicatione eiuſdem Conſtitutionis ſeruanda; ne de cetero illius ignorantia à quoquā quouis prętextu poſsit allegari.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DOminici gregis Diuina Prouidentia nobis, licet meritis imparibus commiſsi, ſolicitudo poſtulat, vt Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quæ præſertim ad fidei Catholicæ integritatem conſeruandam, & impios homines, ac prauarum hæreſum aſſertores debitis pœnis plectendos pertinent, innouemus; ne qui eiuſmodi errorum labe infecti ſunt, earundem Conſtitutionum, & pęnarum in eis inflictarum ignorationem vllo modo prætendere, aut quauis ratione excuſare ſe poſſe præ-

præſumant. Cum itaque fel. rec. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter, ad quorundam hominum iniquitatem coercendam, qui non ſolum diuerſas hæreſes profiteri, ſed etiam ipſius fidei fundamenta negare præſumebant, ſuoque exemplo multos in interitum animæ trahebant, quadam ſua perpetuò valitura Conſtitutione, quæ incipit, Cum quorundam hominum prauitas, vt huiuſmodi homines à ſuis erroribus intra certum eis tunc prçfixum tempus reſipiſcerent paterna monitione, & requiſitione, necnon cum ipſorum reſipiſcentium à quibuſcunque cenſuris, & pçnis Eccleſiaſticis, & temporalibus pleniſsima abſolutione ſanciuerit, vt quicunque tàm eatenus lapſi fuiſſent, & intra tempus præfixum non reſipuiſſent, quàm qui in poſterum prolaberentur in hos errores, aut eorum aliquem, qui nimirum aſſeruiſſent, dogmatizaſſent, vel crediſſent Deum Omnipotentem non eſſe Trinum in perſonis, & incompoſita omninò, indiuiſaque vnitate ſubſtantiæ, & vnum vnamet ſimplici Diuinitatis eſſentia, aut Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu ſancto, aut eundem ſecundùm carnem non eſſe conceptū in vtero Beatiſsimæ, ſemperque Virginis Mariæ de Spiritu ſancto, ſed ſicut ceteros homines ex ſemine Ioſeph, aut eundem Dominum, & Deum Noſtrum Ieſum Chriſtum non ſubijſſe acerbiſsimam Crucis mortē, vt nos à peccatis, & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret, aut eandem Beatiſsimam Virginem Mariam non eſſe veram Dei Matrem, nec perſtitiſſe ſemper in Virginitatis integritate ante partum ſcilicet, in partu, & perpetuo poſt partum, pro ſubuerſis, & relapſis

in hæreſim haberi, & vt relapſi Curiæ ſæculari tradi, & per ipſam Curiam debitis pęnis in relapſos ſtatutis puniri poſſent in omnibus & per omnia perinde, acſi verè, & realiter in hęreſim relapſi eſſent, & eos relapſos eſſe conſtaret, prout in prædicta Conſtitutione ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſeptimo Idus Auguſti, Pontificatus ſui anno primo edita pleniùs continetur: Eò tamen huiuſmodi impiorum hominum prorupit temeritas, vt prætextu ignorationis huiuſmodi conſtitutionis, ac pœnarum in eadem conſtitutione inflictarum, ſe illis minimè ſubiacere, nec obnoxios eſſe putent, ac propterea ſe ab eiſdem pęnis liberari, & abſolui poſſe prætendant. Nos igitur animaduertentes (vt idem quoque Paulus prędeceſſor benè animaduertit) huiuſmodi errores tàm graues, ac nefandos exiſtere, vt illi qui in eos incidunt, nullam protſus excuſationem habeant, ſed ſubuerſi potius, & immanes, quàm hæretici meritò dici poſſint, propter eà vt illi debita animaduerſione omninò puniãtur, nec à præfatis erroribus vlla excuſatione de cetero ſe tueri valeant, Motu proprio & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, dicti Pauli prędeceſſoris veſtigijs inhærentes, ac eius conſtitutionem prædictam quoad pœnas in ea contentas innouantes, ac perpetuò confirmantes, & approbantes, ſupradictos omnes & ſingulos, qui hactenus in ſimiles errores, aut eorum aliquem lapſi ſunt, aut in poſterum prolabentur, attenta dictorum errorum grauitate, & enormitate, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, nulla illis etiam ignorantiæ ſupradictæ conſtitutionis excuſa-

tione ſuffragante, pro ſubuerſis, & relapſis in hęreſim haberi, & tanquam relapſos Curiæ ſęculari tradi, ac per eandem Curiam debitis pœnis in relapſos ſtatutis puniri poſſe, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſtatuimus. Non obſtantibus omnibus illis, quæ prædictus Paulus prædeceſſor voluit non obſtare, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem huiuſmodi conſtitutionis ignorantia de cetero allegari, aut prætendi nunquã poſsit, atque vt præſentes omnibus innoteſcant, volumus illas ad valuas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in Acie Campi Floræ, more ſolito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis earundem exempla, etiam impreſſa, ibi affixa relinqui factaque publicatione huiuſmodi, omnes qui in Vrbe poſt menſem, qui verò extra eã, & citra montes, poſt quatuor menſes, & qui demum vltra montes fuerint, poſt decem menſes à die publicationis huiuſmodi computandos, perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Et nihilominus vt ipſæ pręſentes literæ eo notiores fiant, & omnibus magis innoteſcant, necnon pro potiori cautela volumus, vt Inquiſitores contra hæreticam prauitatem, in ijs Ciuitatibus, Terris, & locis in quibus conſtituti ſunt, vbi vero huiuſmodi Inquiſitores non ſunt locorum Ordinarij publicationem præſentium, vt infra dicetur, fieri curent, ac propterea vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, necnon dilectis filijs Inquiſitoribus præfatis contra hæreticam prauitatem vbilibet conſtitutis, per eaſdem præſentes committimus, & in virtute ſanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipiendo manda-

mus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios haſce noſtras literas; poſtquam earum exemplum receperint, ſeu earum notitiam habuerint, ſemel, aut pluries prout eis magis expedire viſum fuerit, ipſi quidem Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij locorum Ordinarij in eorum Cathedralibus, & maioribus reſpectiuè Eccleſijs Ciuitatum, Oppidorum, & locorum quorumcunque eorum Diœceſum, vbi Inquiſitores non fuerint, vbi verò Inquiſitores fuerint, ipſimet Inquiſitores in eiſdem Eccleſijs, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & publicari auctoritate noſtra mandent, & faciant. Ceterùm quia difficile foret eaſdem pręſentes ad ſingula loca, vbi opus eſſet deferri, volumus, & ſimili auctoritate decernimus, vt earum tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Inquiſitoris contra hæreticã prauitatem, vel cuiuſcunque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique in Iudicio & extra, fides habeatur, quæ ipſiſmet literis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dátum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die 3 Februarij 1603. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

In Nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo ſexcenteſimo tertio, Indictione prima, Die verò decimaquarta Menſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Duodecimo; Retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ

fuerunt

fuerunt ad Valuas Eccleſiæ Sancti Ioannis Lateranenſis, Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Aciei Campi Floræ, relictis ibidem copijs impreſſis affixis per nos Auguſtinum Braccherium, & Catherinum Menandi Apoſtolicos Curſores.

P. Aloiſius Peregrinus Mag Curſ.

DECRETVM

CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Quo confirmantur literæ Pauli Papæ IV. & Pij IV. contra Confeſſarios ſollicitantes pœnitentes in Confeſſionibus.

IN Nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum decreti inſtrumentum cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod in generali Congregatione Officij ſanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita coram Sanctiſsimo Domino noſtro D. Clemente Papa VIII. ac Illuſtriſsimorũ, ac Reuerendiſs. D.D. Iulio Antonio Sanctorio ſancti Bartholomæi in Inſula ſanctæ Seuerinæ. Petro ſancti Hieronymi Illyricorum Deza. Dominico S. Chryſoſtomi, Pinello: fratre Hieronymo Bernerio ſanctæ Mariæ, ſupra Mineruam Aſculano: Fratre Coſtantio. ſancti Petri, in monte aureo Sernano: & Paulo, ſanctæ Cæciliæ Sfondrato nuncupatis, Titulorum Præsbyteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in vniuerſa Republica Chriſtiana, aduerſus

uenius hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus. In negotio ſanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum, ſuper literis fel. record. Pauli Papæ IV. & Pij Papæ IV. facultatis procedendi contra Præsbyteros ſæculares, & Regulares in Sacramentis pœnitentiæ, ſeu in actu confeſsionis Sacramentalis, ſolicitantes mulieres pœnitentes ad impudicitiam, ſeu peccata carnis, Inquiſitori Generali Hiſpaniarum, aliàs conceſſæ, an priuatiuè, vel cumulatiuè quò ad ſuperiores regularium dicta Inquiſitio, contra huiuſmodi deliquentes procedere poſsint. Sanctiſsimus Dominus noſter re diligenter, ac maturè diſcuſſa auctoritate ſua Apoſtolica, declarauit, & decreuit, declarat, & decernit circa huiuſmodi facultatem procedendi nihil eſſe attendendum, aut innouandum, ſed Inquiſitionem prædictam, in omnibus Regnis, & Prouincijs ſibi ſubiectis ea iudicialiter vti poſſe, & debere, ſicut in alijs cauſis ad ſanctiſs. Inquiſitionis Officium pertinentibus, vti hactenus fecit etiam priuatiuè quoad ſuperiores Regularium cuiuſuis Ordinis, & Congregationis, etiamſi Mendicantium exiſtant, ipſoſque Regulares non eximi ab onere deferendi, ſeu denuntiandi huiuſmodi delinquentes eidem ſancto Officio, quemadmodum in alijs caſibus, & cauſis ſanctæ Inquiſitionis, in quibus alij Chriſtifideles de iure tenentur, ſed ad ipſum ſicut aliàs teneri, & obligatos eſſe. Et ita Sanctitas ſua declarauit, & decreuit, atq; perpetuò ſeruandum eſſe ſtatuit omni meliori modo, & forma quibus potuit, poteſtque, & debet, latum, datum, & pronunciatum fuit ſupradictum Decretum, per ſupradictum Sanctiſsimum Dominum noſtrum D. Clementem Papam VIII. pro tribunali ſedentem in ſolio maieſtatis ſuæ, in

Gene-

Generali Congregatione dicti ſancti Officij, habita Romæ in Palatio Apoſtolico apud ſanctum Petrum, anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Christi 1592. die verò tertio menſis Decembris feria 5. Pontificatus Prælibati D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. Anno primo, ibidem præſentibus Reuerendiſsimo Patre Fratre Vincentio, Ordinis Fratrum Prædicatorum Epiſcopo Agnetino: & Reuerendiſsimo Patre D. Anſelmo Dandino Cæſenatenſi, I. V. D. vtriuſq; ſignaturæ eiuſdem ſanctiſsimi D. N. Papæ Referendario, dictiſque ſancti Officij Prælatis, & Conſultoribus teſtibus, ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis, ſpecialiter, atque rogatis.

Ex Ludouico Paramo de Origine ſancti Officij, quæſt. 10. de ſolicitantibus prope finem &c.

S. D. Noſtri
PAVLI PAPÆ V.

Conſtitutio qua reuocantur facultates Superioribus quorumcunque Ordinum conceſſe, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum, ad Officium Sanctæ Inquiſitionis pertinentes.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex, ea interdum quæ à prædeceſſoribus ſuis temporum, & rerum qualitate id tunc expoſcente prouidè pro hæreſum extirpatione ſancita sũt, nouis emergentibus rationibus reuocat, & immutat,

tat, aliaque deſuper diſponit, & ordinat, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Dudum ſiquidem fel. rec. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter, ſua perpetuo valitura Conſtitutione, ſtatuit, ordinauit, & declarauit, quòd ex tunc deinceps in omnibus Chriſtiani Orbis partibus Inquiſitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quam in quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcunq; Ordinum etiam exemptorum, etiam Mendicantium profeſſores, & Religioſos, ac etiam alios quoſcumque quouis modo priuilegiatos, & exemptos de hæreſis crimine quomodolibet ſuſpectos, aut culpabiles, dummodo ab eorundem profeſſorum, & Religioſorū Superioribus, vel Prælatis in cauſis huiuſmodi prçuenti non fuiſſent, iuxta facultates officij Inquiſitionis ipſius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos ſecundum Canonicas ſanctiones caſtigare, atque punire poſſent, & valerent, ac alias prout in literis ipſius Pij Prædeceſſoris latius continetur. Cum autem rerum vſu compertum ſit, occaſione præuentionum huiuſmodi nonnulla interdum impedimenta orta eſſe, quo minus cauſæ huiuſmodi ea, qua decet diligentia cognoſcantur. Nos de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, contra hæreticam prauitatē generalium Inquiſitorum illa de medio tollere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac matura deliberatione, hac noſtra etiam perpetuò valitura Conſtitutione omnia, & quæcunque priuilegia, indulta, facultates, & conceſsiones Generalibus, Superioribus, & Prælatis quorumcunq; Ordinum, ſiue Mendicantium, ſiue Clericorum Re-

gularium

gularium cuiuſuis ordinis, & inſtituti, etiam in dicta Conſtitutione non expreſſorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur per dictum Pium, ac quoſcumque Rom. Pont. Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam conceſſa, approbata, & innouata, & quantumuis, etiã longiſsimo tempore obſeruata, cauſas ad dictum officium quouis modo ſpectantes cognoſcendi, & terminandi, ſeu in illis quoquomodo ſe intromittendi, quorum omnium, & ſingulorum tenores, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo caſſamus, reuocamus, & abolemus, ipſiſque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cætero quouis quæſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu cognoſcendi, an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, necne, in eiſdem cauſis, tàm motis, quàm mouendis quoquomodo ſe intromittere, ſeu immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, proceſſus cõficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant, ſimili auctoritate diſtrictius inhibemus, volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi Religioſi poſsint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiuſmodi profeſſores, de hæreſi ſuſpectos Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denunciare, abſque eo, qnod Superiores prædicti perſonas denunciandas, & cauſas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, ſeu præſumant. Inſuper omnes, & quaſcunque cauſas ad dictum officium quomodolibet ſpectantes, & pertinentes coram

Generalibus Superioribus, & Prælatis huiuſmodi in quibuſcunque locis exiſtentibus, ac contra quoſcumque Religioſos, vt præfertur, exemptos motas; & pendentes ad nos harum ſerie auocamus, eaſque omnes in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur ipſius prauitatis Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus terminandas committimus. Præterea ipſis Generalibus Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus atque mandamus, vt omnes proceſſus, & acta cauſarum huiuſmodi Inquiſitoribus, ſeu Ordinarijs prædictis reſpectiuè remittant, & conſignent; necnon Profeſſores, Fratres, & Religioſos ſupradictos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos, etiam in viſitatione eſſe nouerint, abſque alia conſultatione cum proprijs Superioribus facienda, eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus reſpectiuè denuntient; quod ſi Generales, alijque prædicti præſentibus literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcumq; dignitatum, ſeu prælaturarum, vel officiorum ſuorum ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæq; inhabilitatis ad eaſdem, necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij ſtatutas, & inflictas pęnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas etiam excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua non niſi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipſo incurriſſe, necnon præſentes literas licet Generales Superiores, & Prę-lati prædicti, aut quicumque alij, quauis auctoritate, dignitate, vel officio, ſeu honore fulgentes in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, ſem-

per,

per, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, ſicq; per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fulgentes, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus. Non obſtan. prædicta, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinum, & inſtitutorum quorumcumque iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis eiſdẽ ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac perſonis, etiam per quoſcumq; Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem prædictam, & per nos quouis modo conceſſis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus, ac alijs omnibus quæ præſentibus quomodolibet obſtare poſſent, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes. mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum tenores pro plenè, & ſufficienter præſentibus expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis, aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque con-

trarijs

trarijs quibuſcumque. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, illas in Valuis S. Io. Lateraň. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac Acie Campi Floræ de more affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa dimitti, ac poſt publicationem huiuſmodi omnes, & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent, quodq; earum tranſumptis etiam impreſsis Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra vbique gentium, & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eiſdem originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ, & nihilominus, vt ad maiorem notitiam ſingulorum, & quorumcunque Religioſorum prędictorum pręſentes deueniant, etiã volumus, & in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipimus, & mandamus Generalibus, Superioribus, & Prælatis prædictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, ſeu Congregationibus Prouincialibus, vel Generalibus cuiuſcumque Prouinciæ, tàm in Italia, quàm extra, præſentes noſtras literas legi, & publicari faciant, & procurent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę caſſationis, reuocationis, abolitionis, inhibitionis, mandatorum, auocationis, commiſsionis, præceptorum, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum

Petri,

Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1606. Kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

P. PRODAT.

Regiſtrata apud Scipionem Secretarium.

Scipio Cobellutius,
S. de Vrſinis.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1606. Indictione 4. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Anno ſecundo Die verò tertia Menſis Octobris, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Io. Baptiſtam Menochium eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſitionis Curſorē.

Feria v. Die 31. Auguſti, Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti 1617.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram Sanct. D. N. D. PAVLO Diuina prouidentia Papa Quinto.

SANCTISS. D. N. poſt longam, & maturam diſcuſsionem auditis votis Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum re accuratè, ac di-

ligenter perpenſa prouidè conſiderans, quod quã-
uis in Conſtitutione fel. rec. Sixti IV. ſuper Conce-
ptione Beatiſsimæ Virginis Mariæ pro ſubmouen-
dis inter Chriſtifideles ſcandalis, rixis, & conten-
tionibus edita, à ſancta Tridentina Synodo inno-
uata, & deinde in alia Conſtitutione ſanctæ mem.
Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas ſua
innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adie-
ctionibus pęnarum pro efficaciori earum obſerua-
tione, relinquatur vnicuique libera facultas tenen-
di, & etiam aſſerendi vtramque partem, quòd ſci-
licet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato
originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut
hæretica damnetur, nihilominus ex occaſione aſ-
ſertionis affirmatiuę in publicis Concionibus, Le-
ctionibus, Cõcluſionibus, & actibus publicis, quod
eadem Beatiſsima Virgo fuerit cum peccato Ori-
ginali concepta, oriuntur in populo Chriſtiano cũ
magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſio-
nes. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex de-
bito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit,
ac præſentis Decreti virtute mandat, & præcipit
omnibus, & ſingulis cuiuſuis ordinis, & inſtituti Re-
gularibus, & alijs quibuſcunque tàm Eccleſiaſticis,
quàm ſæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſta-
tus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Eccleſia-
ſticæ, quàm ſæcularis etiam ſi ſpecialis, ſpecifica,
& indiuidua earum eſſet neceſſario mentio facien-
da, vt in poſterum donec articulus huiuſmodi à S.
Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctita-
tem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordi-
natum, non audeant in publicis Concionibus, Le-
ctionibus, Concluſionibus, & alijs quibuſcumque
actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſsima
Virgo

Virgo fuerit concepta cum peccato Originali. Cõtrafacientes autem eadem Sanctitas ſua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit Cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis. Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctitas ſua non intẽdit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquẽs in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperitur, prærerquam quoad ſupra diſpoſita. Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato Originali in prædictis publicis actibus afferentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractẽt. Inſuper voluit, & expreſse mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, iu reliquis omnibus ſupradictæ Conſtitutiones ſirmæ, & illeſæ remaneant, & exactè obſeruentur perinde, ac ſi præſens Decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorũ, quod contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas cuiuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, tàm Epiſcopi, & Prælati, Superiores, alijque Ordinarij locorum, quam hæreticæ prauitatis, vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduer-

tant, tribuens eis,& eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſsit, quòd præſens Decretum, ſeu illius exempla ad Valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant perinde ac ſi vnicuiq; perſonaliter intimata fuiſſent; quodq; præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Not.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1617. Indictione xv. Die verò 12. Menſis Septembris, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Anno 13. præſens Decretum affixũ, & publicatum fuit ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in Acie Campi Floræ, per me Franciſcum de Clericis Sanctiſs. D. N. Papæ Curſorem.

Siluerius Pontirolus Magiſ. Curſ.

Feria

Feria III. Die XXIV. Maij, Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti M. DC. XXII.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico, in Monte Quirinali coram S. D. N. D. GREGORIO Diuina prouidentia Papa XV. ac Illuſtriſs., & Reuerendiſs. DD. S. R. E. Card. aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis,

SANCTISSIMVS D. N. auditis votis Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum Decretum aliàs editum à fel. rec. Paulo V. eius prædeceſſore Tenoris ſequentis, videlicet.

Sanctiſsimus Dominus Noſter poſt longam, & maturam diſcuſsionem auditis votis Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium cõtra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorũ re accuratè, ac diligenter perpenſa prouidè conſiderans, quòd quamuis in Conſtitutione fel. rec. SIXTI IV. ſuper CONCEPTIONE B. V. MARIAE pro ſubmouendis inter Chriſtifideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Conſtitutione ſan. mem. Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas ſua innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adiectionibus pœnarum pro

efficaciori earũ obſeruatione, relinquatur vnicuiq; libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtramq; partem, quòd ſcilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato Originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur. nihilominus ex occaſione aſſertionis affirmatiuę in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatiſsima Virgo fuerit cum peccato Originali concepta, oriuntur in populo Chriſtiano, cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præſentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcumque, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis, etiam ſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda, vt in poſterum, donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſsima Virgo fuerit cõcepta cum peccato Originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum Prędeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis: Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctitas Sua non intẽdit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquẽs

in

in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperitur, prӕterquam quoad ſupra diſpoſita. Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pęnis mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet, quòd non fuerit concepta cum peccato Originali, in prædictis publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſsos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ Conſtitutiones firmę, & illæſæ remaneant, & exactè obſeruentur perinde, ac ſi præſens Decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, nõ obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus &c.

HOC ſuo præſenti DECRETO ex eiſdem cauſis euitan. ſcandala, diſſenſiones, atq; diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & , vt accepit, in aliquibus Regionibus iam orta ſunt ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiã ad priuata colloquia, & ſcripta, mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cætero donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato Originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen, quibus à ſancta Sede Apoſtolica fuerit per hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in ſupradicto fel. record. Pauli V. &

hoc ſuo Decreto diſpoſita; Eademque Sanctitas Sua voluit, & expreſsè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiuſmodi Decretis non aduerſantur, Conſtitutiones Sixti I V. Alexandri V I. & Pij V. ac Pauli V. eius Prædeceſſorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exactè obſeruentur, perindè, ac ſi huiuſmodi Decretum non emanaſſet. Et inſuper eadem Sanctitas Sua cum Sancta Romana Eccleſia de Beatiſſimæ Virginis Conceptione Feſtum ſolemniter, & Officium celebret, omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, ac Diuino Officio celebrandis, tàm publicè, quàm priuatim, non alio quàm Conceptionis, nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus, ac præfato Decreto ſuorum Prædeceſſorum ipſo facto incurren. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte Conſtitutionibus ſupraſcriptis, Decreto præfato Pauli V. conſuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & ſingulis, quæ Prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, ac alijs quibuſcumque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & aliàs quaſcumque Eccleſiaſticas, & Sæculares perſonas cuiuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis, tàm Epiſcopi, & Prælati Superiores, alijque Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis, vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem

tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmiſſorum ignorantia a quoquam prętendi poſſit, quòd præſens Decretum, ſeu illius exempla ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, perindè, ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent; quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Andreas de Pettinis S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſit. Not.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo ſecundo, Indictione quinta, die verò ſecunda menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. GREGORII Diuina prouidentia Papæ X V. Anno eius ſecundo ſupradictum Decretum affixũ, & publicatum fuit ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum S.D.N. Papæ Curſ.

Octauius Spada Mag. Curſ.

S.^mi D. Noſtri

GREGORII PP. XV.

Conſtitutio contra ſollicitantes in Confeſsionibus.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSI Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulo inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conſeruetur immunis, multoque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta Nos admonent, ſale infatuato non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandũ ſcelus, quod nõ ſolũ inter Chriſtifideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſsiones deputatus, Sacroſancto Pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cæleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali proditor execrabilis

bilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quæ his pernicioſiſsimis Diaboli inſidijs arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur, prouiden. duximus. Aliàs ſiquidem à fel. rec. Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis videlicet Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalen. in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali. Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confeſsionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſsiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro IESV Chriſto iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet, pęnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſsiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, Chriſtifidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, ſeu alios à te depu-

tan-

tandum, ſeu deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſsis quomodolibet diffamatos, tâm ſæculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant tâm ſuper præmiſsis, quâm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eas etiamſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione ſæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerint etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiã Motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſsis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores præsẽtibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xvj. Aprilis M D L X I. Pontificatus Noſtri Anno Secundo. Igitur, vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique

loco-

locorum inuiolabiliter obſeruentur Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorũ S.R.E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum præinſertas literas huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, illaſque non ſolum in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ſed in quibuſuis Chriſtiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſsit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes tàm ſæculares, quàm quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum ordinum, inſtitutorum, ſocietatum, & Congregationum Regulares cuiuſcunque dignitatis, & preæminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis cõfeſsionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſsionis huiuſmodi etiam ipſa confeſsione non ſecuta, ſiue extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocunque vbi confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint in Officio Sanctę Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infra puniantur.

Et

Et prętereà omnes hęreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus & Territorijs per has noſtras literas etiam priuatiuè quo ad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuo Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei iuxta Sacrorum Canonũ formam, necnõ officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs, ſuſpen. ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſsiuæ, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Generabilibus Inquiſitoribus, ne delictum tã enorme, & Eccleſiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum impunitum cum difficilis ſit probationis, teſtibus, etiam ſingularibus, cõcurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari, vt præfertur reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtan. omnibus, quæ dictus prędeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

que. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs vt ſupra ſolicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs prædictis, quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra ijdem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes literę ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranẽſ. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Dat. Romę apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die xxx. Aug. MDCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

S. CARD. S. SVSANNAE.

Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione quinta, die vero prima menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. GREGORII Diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius Secundo retroſcripta Conſtitutio, ſiue literę Apoſtolicę affixę fuerunt ad valuas S. Ioannis

La-

Lateranen. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorē.

Octauius Spada Mag. Curſ.

Pro explicatione, & executione præſentis Conſtitutionis Illuſtriſs. Cardinalis Millinus de mandato Sanctiſs. D. N. Papæ VRBANI VIII. & Illuſtriſsimorum Cardinalium ſupremorum Inquiſitorum, literas dedit ad Illuſtriſsimum Cardinalem Federicum Borromeum Mediolani Archiepiſcopū, tenoris ſequentis videlicet.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Sig. mio oſſeruandiſſimo.

DOppò eſſerſi hauuta longa, e matura conſideratione ſopra il dubio ſignificato da diuerſe bande: ſe i Penitenti ſiano obligati à denunciare i Confeſſori, da quali ſono ſtati ſollecitati nel loco, ò atto della Confeſſione; quando hanno conſentito alla ſollecitatione; N. Signore, e queſti miei Signori Illuſtriſſimi in Congregatione tenuta auanti S. Santità à 25. di Luglio paſſato, doppò hauer'anco inteſo il parere d'vna particolare Congregatione deputata per queſt'effetto, hanno riſoluto, che qualſiuoglia penitente è tenuto à denuntiare il Confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollecitato nel loco, ò atto della Confeſſione, ancorche gli habbia conſentito, & non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, nè ſopra ciò s'interroghi dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore, ò loro Vicarij, auanti quali deporrà, nè meno il Confeſſore denuntiato, procedendoſi

doſi poi contra di lui, ne i Coſtituti, che ſe gli faranno, s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo, ch'egli voleſſe dirlo da ſe, non ſi ſcriua il ſuo detto, come coſa in ordine alla perſona ſollecitata non ſpettante all'Officio della Santa Inquiſitione; le parti dunque di V. S. Illuſtriſſima ſono di ſignificare à i Confeſſori detta riſolutione, & incaricargliene ſtrettamente l'oſſeruanza, acciò ne i caſi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Coſtitutione publicata da GREGORIO *XV. S.M. contra i Confeſſori ſollecitanti, ſignifichino à i Penitenti l'obligo, che hanno di denuntiare i Confeſſori, da quali ſaranno ſtati ſollecitati, & hauendogli conſentito, & facendo difficoltà in ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla riſolutione, che ſi è fatta, gli dichino apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo, e che tanto i Penitenti, quanto i Confeſſori ſollecitanti, procedendoſi contra di loro, non ſaranno di ciò interrogati, & dicendolo da ſe, non ſi ſcriuerà, ne riceuerà il loro detto, e quando il Penitente tuttauia perſiſteſſe nella medeſima renitenza, N. Signore ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia auttorità al Confeſſore di riceuere per ſcrittura, & con giuramento la denuntia per portarla ſubito à chi gli hauerà data autorità di pigliarla; & ſe oltre le coſe ſudette, occorrerà altro caſo graue, per il quale non ſi poſſa il Penitente indurre à denuntiare, vuole Sua Santità, che ſi ſcriua quì, e s'aſpetti la riſpoſta, & in tanto ſi ſopraſeda nell'aſſolutione; E tanto ſi contenterà V. S. Illuſtriſſima di far'oſſeruare nella ſua Dioceſe, facendo regiſtrare la preſente ne gli atti di coteſta Corte per informatione ſua, & de ſuoi ſucceſſori, quali hauranno mira, che la preſente riſolutione riguarda ſolo quei Penitenti, che per hauere conſentito, fanno difficoltà in denuntiare; ma à quei, che non hanno conſentito, o hauendo conſentito, non ſono in ciò renitenti, non deue il Confeſſore porre difficoltà alcuna, ma laſciare, che indifferentemente, & liberamen-*

te ſodisfaccino all'obligo, che hanno di denuntiare, conforme alla Coſtitutione: Si compiacerà anco V. S. Illuſtriſſima di mandare copie della preſente à i Veſcoui ſuoi ſuffraganei, acciò da eſſi ancora ſia fatta la preſente riſolutione. Et à V. S. Illuſtriſſima per fine humiliſſimamente bacio le mani. Di Roma li 27. di Settembre 1624.

Di V. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſſima.

Sottoſcritta, Humiliſſimo, & obligatiſsimo ſeruitore il Cardinal Millino.

A tergo. All'Illuſtriſſimo, & Reuerendiſsimo Sig. mio Oſſeruandiſsimo, il Sig. Cardinale Borromeo.

Pro hac materia vide Emmanuel Rodriq. quæſtionum Regularium, & Canonicarum, tomo 1. q. 9. art.4. in fine, & tomo 2. quæſt. 27. art. 3. vbi docet ſollicitantes pueros ligare Conſtitutionem Pij IV. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij verbo Confeſſ. Anton. Nald. in ſua ſumma Practicarum quæſtionum, ver. Confeſsio. num. 26. Marcel. Megal. Inſtitut. Confeſſariorum par.1.lib.1. cap.5. Barthol. Gipti. de Caſibus reſeruatis cap. 14. Anton. Saltarel. Soc. Ieſu. tractatu de hæreſi capitolo 44. 45. 46.

S. D. N.

S.^mi D. Noſtri

GREGORII PAPÆ XV.

Conſtitutio contra Hæreticos in Italia commorantes eorumq; fautores.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſoris munus exigit, vt pro incumbente Dominici gregis cura, & ſollicitudine prædeceſſorum ſuorum Conſtitutiones, eas præſertim quæ ad Sacroſanctæ Fidei Catholicę conſeruationem pertinent, quo ſuum perpetuum ſortiantur effectum, & inuiolabiliter obſeruentur, innouet, & extendat, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè compenſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem à fel. recor. Clemente Papa VIII. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet.

CLEMENS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam. Cum ſicut non ſinè magno animi noſtri dolore accepimus, quamplures Chriſtifideles ex diuerſis Italiæ partibus, eorum Patrijs, vbi vera, & Sancta Catholica, & Apoſtolica Religio viget, & publicè prædicatur diſcedentes, abeant in

longinqua loca, vbi non ſolum hæreſes impunè graſſantur, ſed quod peius eſt. Catholicæ Religionis vſus publicè interdicitur, & prohibetur, quo fit, vt perſonæ ibi permanentes, etiam ſi Catholicæ ſint, cogantur tamen contra eorum pia deſideria Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio, alijſque Diuinis Officijs, ac Sanctorum Sacramentorum perceptione in ſuarum animarum diſcrimē diutius carere. Quare Nos his, & alijs malis, & periculis inde prouenientibus, quantum cum Domino poſſumus, obuiare cupientes, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero nullus Italus, ſiue Mercator, ſiue cuiuſuis alterius conditionis, vel ſtatus exiſtat, quouis quæſito colore, prætextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Ciuitate, Oppido, ſeu loco vbi aliqua Eccleſia cum Parocho, vel Paſtore, ſeu Sacerdote Catholico non exiſtat, in qua liberè, & ſine omni periculo palam; & publicè celebrari, & audiri poſſint Sacroſanctæ Miſſæ, & alia Diuina Officia, & conciones, ac Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrari, mortuorum corpora ſepeliri, & cætera fieri iuxta Ritum S. R. E. Vtq; ijdem Itali abſtineāt à matrimonijs cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorū ſepulturis, filios ſuos de ſacro Fonte leuari per hæreticos non permittant, nec ipſi viciſsim hæreticorum filios, niſi per Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur leuare præſumant. Medicorum quoque hæreticorum opera neceſsitate ceſſante, & vbi adſit copia Catholici medici idonei, non vtantur. Cum vero Itali prædicti ex Italia recedunt ad morandum, ſeu inhabitandum in partibus prædictis, id ſignificent ſuis Ordinarijs, vel Inquiſitoribus locorum, à quibus ſerio admoneantur;

tur; vt in eis perpetuo Catholicam, & Orthodoxã Fidem conſtanter retinentes, & profitentes, piam, & Catholicam vitam ducant, Dominicos, & Feſtos dies, abſtinentias, & ſacra ieiunia ab Eccleſia prę-cepta religiosè colant, atque omnem hæreſim, & errorem, hæreticos, ſchiſmaticos & ab Orthodoxa Fide aberrantes fugiant, & euitent, ac vt ſaltem ſingulis annis de eorum Sacramentali peccatorum confeſsione, & Sanctiſsimæ Euchariſtiæ perceptione per eos facta fidem, ſeu teſtimonium ipſis Ordinarijs, vel Inquiſitoribus in Italiam tranſmittant, ad quod & Nos dictos Italos tenore præſentium teneri, & obligatos eſſe decernimus, & mandamus. Quod ſi quis propriæ ſalutis immemor contra præmiſſa facere præſumpſerit, poſsit aduerſus eum per locorum Ordinarios, & Inquiſitores hęreticæ prauitatis vti de hæreſi ſuſpectum procedi. Nõ obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę ipſiſmet pręsẽtibus haberetur ſi eſsẽt exhibitę, vel oſtẽſę. Dat. Romæ apud S. Marcũ ſub Annulo Piſcatoris die 26. Iulij 1596. Pontificatus Noſtri Anno Quinto. Nos inuiolabili dictarum Clementis literarum, & in eis contentorũ quorumcunque obſeruationi, quantum Nobis ex alto conceditur peramplius prouidere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione eaſdem Clementis prædeceſſoris literas,

cum omnibus, & ſinguiis in eis contentis, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illaſque innouamus, ac inuiolabiliter obſeruari mãdamus: Inſuper ne vllus Hæreticus in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium, neq; etiam ſub commercij, mercimonij, aut alio quouis prætextu domicilium contrahere, ſeu domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis conceſſam, ſeu habitare, aut morari poſsit, earundem tenore præſentium prohibemus, ac reſpectiuè ſtatuimus, & ordinamus. Contra prohibitioni autem, ac ſtatuto, & ordinationi noſtris huiuſmodi non parentes, ſeu contrauenientes cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis exiſtentes, iuxta formam iuris procedatur, & puniantur. Et ſimili modo eos, qui hæreticos prædictos receptauerint, eiſque quoquomodo contra præſentium literarum tenorem, fauorem, opem, ſeu auxilium prębuerint, vti fautores, & receptatores Hæreticorum puniri, ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attẽtari auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur in iudicio & extra, quæ prǽſẽtibus

bus adhiberetur ſi forent exhibitę, vel oſtēſę, quodque eædem præſentes poſt duos menſes à die illarũ publicationis computandos, omnes & ſingulos ad quos ſpectat, arctent, & afficiant, perindè ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die ij. Iulij M DC XXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

S. CARD. S. SVSANNAE.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione quinta, Die verò prima Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. GREGORII *Diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius Secundo; Retroſcripta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad Valuas Baſilicarũ Sancti Ioannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem.*

Octauius Spada Mag. Curſ.

Sanctiſs. D. N.

GREGORII XV.

Constitutio, reuocans omnes & ſingulas licentias legendi, & habendi libros prohibitos.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

APoſtolatus officium Nobis, nullo licet meritorũ ſuffragio, diuina prouidentia commiſſum poſtulat, vt ad ea vigilantiæ noſtræ partes propenſius intendamus, per quæ religio Catholica, vbi diuina gratia illæſa viget, conſeruetur, & vbi reſtitutione indiget, reſtituatur. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno eſſe ſinceræ fidei cultoribus detrimento noſcatur, & ſicut accepimus, licentiæ libros huiuſmodi legendi nimis excreuerint; Nos, vt huic malo maturè occurratur, & inpoſterum quam cautiſsimè licentiæ huiuſmodi concedantur, quantum cum Domino poſſumus prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias legendi, & habendi libros quoſcunque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuſcunque perſonis cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam per literas Apoſtolicas ad tempus, ſeu ad vitam, & aliter quomodocun-

docũque, & ex quacunq; cauſa tã per literas in forma Breuis, quã aliter quomodocunq; à Nobis, ſeu Prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontif. ſeu ab habẽtibus à Nobis, vel ab eis facultatẽ, & authoritatẽ conceſſas, earũ tenorẽ præſentibus pro expreſsis habentes, tenore præſentium, reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſsis, & annullatis haberi nullique in poſterum ſuffragari, quinimo libros per licentias huiuſmodi permiſſos legentes, aut habentes pœnas in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus. Decernentes, vt præſentes literæ, poſtquam in Valuis Baſilicarum S. Io. Lateraneñ. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariç Apoſtolicæ, necnon in Acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos menſes ex tunc proximos, omnes, & ſingulos ad quos ſpectat, arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, quodque dictis duobus menſibus durantibus ij, qui libros prohibitos huiuſmodi habuerint, eos ad Epiſcopum, ſeu Inquiſitorem, qui illos quanto citius comburere debeat, deferre, quique aliquos ſimiles libros prohibitos habere ſciuerint, eos denunciare teneantur, neque de cætero ſimiles licentiæ, niſi à Congregatione Sancti Officij, quæ ſingulis hebdomadis coram Nobis haberi ſolet, concedantur, ac quod earundem prçſentium tranſumptis etiã impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris

[Curſ]atoris die xxx. Decembris M D C XXIII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

S. Card. S. Suſannæ.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimotertio, Indictione ſexta, die verò ſecunda menſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius ſecundo, retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem.

Octauius Spada Mag. Curſ.

S. D. N. D. GREG. PAPAE XV.

Conſtitutio aduerſus Maleficia, ſeu Sortilegia committentes.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

OMnipotentis Dei Saluatoris noſtri, qui, vt hominem à laqueis Diaboli liberaret, Crucem ſubire dignatus eſt, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, in id ſummo ſtudio, iuxta creditum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, incum-

cumbimus, vt gregem Dominicum, inæſtimabili pretio redemptum, aduerſus Sathanæ fraudes defendamus, eiuſdem officij partes deſuper interponendo, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè nonnulli ſuæ conditionis obliti, & ſolemnis ſponſionis ab ijs factæ, cum in Chriſti gregem per Sacrum regenerationis lauacrum adſciti fuerunt, Sathanæ, cui renunciarunt, artibus, maleficijs, ſuperſtitionibus, ac nefarijs inuentis operam dare non verentur, quinimo Magiſtrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus proſequitur, hominibus inſidiari nunquam ceſſat, proximum varijs modis lædere, animas verò ſuas perdere, non timent. Quapropter, vt tàm exitioſa ſcelera a Chriſtifidelibus arceantur, grauioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium decernimus, præcipimus, & mandamus, vt conſtito, quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apoſtatando, maleficijs, ſiue ſortilegijs vnam, ſeu plures perſonas ità læſerit, vt ex maleficio, vel ſortilegio mors ſecuta ſit, etiam pro primo lapſu, Curiæ ſæculari tradatur, debitis pœnis puniendus; Qui verò, ſimiliter apoſtatando, pactum cum Diabolo, vt præfertur fecerit; & maleficium, ſeu ſortilegium commiſerit, ex quo, licet mors ſecuta non ſit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, ſiue animalibus; frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, ſiue perpetuis carceribus in Sancto Inquiſitionis officio, vbi illud exiſtit, fabricandis, mancipari debeat: Qui verò ſimilium delinquentium notitiam habuerint, eos Epiſcopo, ſiue Inquiſitori

quiſitori denunciare teneantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; quodque eædem præſentes, poſtquam in valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Martij 1623. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

S. CARD. S. SVSANNAE.

Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo vigeſimotertio, Indictione ſexta, die vero vigeſimatertia menſis Martij, Pontificatus Sanctiſs. D. N. D. GREGORII Diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius tertio, retroſcriptæ literę Apoſtolicę affixę, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ. Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, per me Bernardinum Brandimartem Latinum Apoſtolicũ Curſorem &c.

FEDE-

FEDERICVS

Miſeratione diuina, Tit. S. Mariæ Angelorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis Borromæus, S. Eccleſiæ Mediol. Archiepiſcopus.

HAVENDO Noi riceuuto vna lettera dell'Illuſtriſsimo Sign. Cardinale Millino inſieme con vn Decreto del'a Sacra Congregatione della Santa Inquiſitione di Roma, l'vn', e l'altro del tenor ſeguente.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Sig. mio oſſeruandiſſimo.

DA licenza di molti troppo auanti traſcorſa nel culto, & veneratione di perſone morte con fama di Martirio, & Santità, prima che della vita, & attioni loro, ne ſia conforme alla diſpoſitione de ſacri Canoni preſa informatione, & decretatoli honore di Santo, ò di Beato, hà data occaſione alla Santità di N. S. di porui freno con vn Decreto generale ſtabilito nella Congregatione del Sant'Officio, ne rimetto, à V. S. Illuſtriſsima con queſta gli eſemplari, acciò vno ſi compaccia publicarlo in coteſta ſua Dioceſe, & de gli altri ne mandi vno à ciaſcun ſuo Veſcouo ſuffraganeo con la copia della preſente lettera,

acciò ſe ne procuri inuiolabilmente l'oſſeruanza, procedendo in ſimili occaſioni nella forma preſcritta, & caſtigando chi vorrà contrauenire ſecondo la diſpoſitione del preſente Decreto. Et à V. S. Illuſtriſsima per fine humiliſsimamente bacio le mani. Di Roma li 26. d'Aprile 1625.

Di V. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſsima

Humiliſs. & affettionatiſs. ſeruitore
il Cardinale Millino.

Feria v. Die 13. Martij Anno à Natiuitate D. N. Iesv Chriſti 1625.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Vaticano coram S. D. N. D. Vrbano Diuina prouidentia Papa VIII. ac Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SAnctiſs. D. N. ſolicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum Sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen

Ima-

Imagines in Oratorijs, atque Eccleſijs, alijſque locis publicis, ac etiam priuatis cum laureolis, aut radijs, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia, à Deo per eorum interceſsiones accepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulcra, tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volenſque proinde huiuſmodi abuſibus, pro debito Officij Paſtoralis, occurrere, re etiam cum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem in Vniuerſa Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumuis hominum, cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantacunque illa ſit) defunctorum imagines, aliaq; prædicta, & quodcunque aliud, venerationem, & cultum præſeferens & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſijs tàm ſæcularibus, quàm regularibus, cuiuſcumque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit,

Ac pariter imprimi de cętero inhibuit libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, ſiue Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſtæ, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia tanquam eorum interceſsionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoſcendis, Theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus,

aut

aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tàm graui committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiuſdem reſponſum expectet: Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris, horum hominum vitam, & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione, atque approbatione huiuſmodi, impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Ad horum hominum ſepulcra, vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacunque materia tàm pictas, quàm fictas, atq; exculptas appendi, aut affigi, & lampades, ſiue alia quæcunque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſupra, facienda, Sedique Apoſtolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quod per ſupraſcripta, pręiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſsimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur.

Vt autem pręmiſſa diligentius obſeruentur, Vniuerſis, ac ſingulis tàm Ordinarijs, quàm hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, vt in ſua quiſque Diœceſi, vel Prouincia ſedulo peruigilent, ne ſine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliauè contra ſuperiùs diſpoſita fiant, tranſgreſſores verò, ſi Regulares fuerint, priuationis ſuorum officiorum, ac vocis actiuæ, & paſsiuæ, necnon & ſuſpen-

ſuſpenſionis à diuinis, ſi verò Clerici ſæculares, priuationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneque ſuorum ordinum reſpectiuè, alijſq; arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu quoquomodo effinxerint, vel formauerint, cæterique Artifices circa præmiſſa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniarijs, alijſq; etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem, eorundem Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

Et ne præmiſſorum ignorantia poſsit ab aliquo prætendi, voluit, vt decretum huiuſmodi, ſeu illius exemplum ad Valuas Baſilicę Principis Apoſtolorũ Vrbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet, atque afficiat, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet; quodq; præſentiũ tranſumptis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

Io. Ant. Thomaſius Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Not.

Anno Milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo quinto, Indictione viij. Pontificatus Sanctiſsimi D. N. D. VRBANI Diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius ſecundo, die verò quarta menſis Aprilis,

Supradictum Decretum affixum, & publicatũ fuit ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curſ.

Octauius Spada Mag. Curſ.

HORA per eſſequire quanto ci vien ordinato, Commandiamo, che il preſente Decreto ſi publichi nella Chieſa Metropolitana, & nelle Chieſe Parochiali, & ſi affigga alle porte, & ne gl'altri luoghi della Città, ſecondo il ſolito. Per la qual'affiſsione s'intenda talmente ciaſcuno arrato, come ſe le foſſe detto Decreto intimato perſonalmente.

Dal Palazzo noſtro Archiepiſcopale di Milano alli 16. Maggio 1625.

Fed. Card. Borr. Archiep.

Ludouicus Barbauaria Can. Ord. & Cancell. Archiepiſc.

Illuſtriſsimorum, & Reuerēdiſsimorum DD. Cardinalium Inquiſitorum Generalium.

PRÆCEPTVM

De Hæreticis, ſeu de hæreſi ſuſpectis S. Officio propalandis.

OCTAVIVS Epiſcopus Prænestinus Bandinus, Carolus Tit. S. Cæſarei Madrutius, Io. Garſia Tit. SS. Quatuor Coronatorum Millinus, Fabricius Tituli S. Auguſtini Verallus, Gaſpar Tit. S. Crucis in Hieruſalem Borgia, Fr. Felix Centinus Tit. S. Anaſtaſiæ Aſculanus, Scipio Cobellutius Tit. S. Suſannæ, Fr. Deſiderius Scaglia Tit. S. Clementis de Cremona, Ludouicus Tit. S. Laurentij in Damaſo Ludouiſius Presbyteri, & Ludouicus S. Adriani Diaconus de Lauallette nuncupati miſeratione Diuina S. R. E. Cardinales in vniuerſa Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitores Generales à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati.

Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus vtriuſque ſexus, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quacunque dignitate, & auctoritate, etiam maxima fulgentibus, harum ſerie, ac tenore auctoritate noſtra, & huiuſmodi noſtri officij, qua fungimur in hac parte, præcipimus, & mandamus, quatenus infra duodecim dies proximè computandos, quorum primos quatuor, pro primo, & reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro ſecundo, & vltimos quatuor pro tertio

termino, & peremptorio, ac trina monitione canonica aſſignamus, omnes, & ſingulos Hæreticos, ſeu de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, de quibus notitiam habuerint, debeant Nobis, vel Reu. Commiſſario noſtro, quoad habitantes in Vrbe, quo verò ad alios extra Vrbem, & vbiuis locorum degentes, Inquiſitoribus, vel locorum Ordinarijs, vel eorum Vicarijs generalibus, ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant, iudicialiter propalare, cuius excommunicationis maioris abſolutionem S. D. N. Papæ, & Nobis reſeruamus. Certificantes huiuſmodi conſcientiæ ſuę immemores, ac dictam excommunicationis pœnã contemnentes, quòd contra ipſos, tanquam contra hæreticorum fautores, alias, prout melius viſum, & iuris fuerit, procedetur. Ideò &c. Dat. in noſtra, & Officij Sanctæ Romanæ Vniuerſalis Inquiſitionis Congregatione, die iij. Ianuarij 1623.

Oct. Epiſc. Pręneſtiñ Card. Bandinus.
C. Card. Madrutius.
Io. Garſia Card. Millinus.
F. Card. Verallus.
G. Card. Borgia.
Fr. Felix Card. Aſculanus.
S. Card. S. Suſannæ.
Fr. D. Card. de Cremona.
L. Card. Ludouiſius.
L. Card. de Lauallette.

Andreas de Pettinis S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſit. Not.

BVLLA
INNOCENTII VIII.

Ædita anno Domini 1486. ex Pegna in fine Directorij.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Brixienſi, & dilecto filio Inquiſitori hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ.

Sententias ab Inquiſitoribus latas contra hæreticos impœnitentes, ſeu alios brachio ſæculari traditos, Magiſtratus ſæculares ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto incurrunt, exequi debent, abſque reuiſione proceſſuum per Inquiſitores fabricatorum contra tales hæreticos.

VEnerabilis frater, & dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius frater Antonius de Brixia ordinis Prædicatorum, in partibus Lombardiæ Inquiſitor hæreticæ prauitatis, vna cũ venerabili fratre Epiſcopo Brixienſi, ſeu eius Vicario Generali, ſicuti nobis nuper fecit exponi contra nonnullos vtriuſq; ſexus hæreticos (vt accepimus) quos culpabiles vt hæreticos impœnitentes repertos, pœna debita iuris puniendos condemnauit;

ac officiales Ciuitatis Brixienſis, vt iniunctam executionem adimplerent, requiſiuit: qui officiales iuſtitiam miniſtrare, & dictas ſententias exequi, (niſi prius proceſſus per Epiſcopum & Inquiſitorem agitatos non viderent) in non paruum Orthodoxæ fidei ſcandalum recuſarunt. At cum huiuſmodi crimen hæreſis ſit mere Eccleſiaſticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant: tenore præſentium vobis committimus atque mandamus, vt ſi eſt ita, eiſdem officialibus ſæcularibus Ciuitatis Brixienſis, ſub excommunicationis pœna, & alijs cẽſuris Eccleſiaſticis, præcipiatis, atque mandetis; vt infra ſex dies. † poſtquam legitimè fuerint requiſiti, ſine aliqua dictorum proceſſuum, per vos agitatorum viſione ſententias per vos latas contra huiuſmodi hæreticos promptè exequantur appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipſo facto volumus, & tenore præſentium delaramus incurriſſe: ſi quod mandatum fuerit infra dictum ſex dierum ſpatium, ceſſante legitimo impedimento, cum effectu non impleuerint. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis Ciuitatis Brixienſi, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die trigeſimo Septembris, Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Hieronymus Balbanus.

FINIS.

F I N I S.

DECRETA IN DIVERSIS CONGREGATIONIBVS,
Sanctiſsimi Officij Romæ facta.

Quod Portugenſes, ſeu Luſitani Portugaliam, ſeu Luſitaniam habitantes, & inde in Italiam venientes, ſi reperiantur iudaizare, condemnentur tanquam apoſtatæ à Fide, Die vltima Aprilis 1566.

IN Congreg. corã S.D.N. & Reuerendiſs. D.Cardd. Inquiſitoribus generalibus, S. D.N. Paulus Papa IV. mandauit,ſtatuit, & ordinauit, quod cõſtito legitimè quoſcunq; Portugenſes, ſeu Luſitanos in Portugalia, ſeu Luſitania permanſiſſe,& inde diſceſſiſſe, & in Italiã veniſſe, vbi reperiantur eſſe Iudæi, ſiue iudaizare, condemnentur tanquã Apoſtatę à fide,prout de iure ſimiles apoſtatæ condemnari, & puniri debent. Nonobſtante quòd fuerint expoſiti torturę,ſeu tormentis,quæ ſuſtinẽdo negauerint ſe fuiſſe Baptizatos,vel chriſtianè vixiſſe,aut Chriſtiana opera egiſſe,vel Sacramenta Eccleſiaſtica percepiſſe. Cum iã pro liquido & clare à S. Sede compertum ſit, & habeatur à ſexaginta annis vel circa, quòd nullus Hebræus toleratus fuerit habitare in Luſitania, ſeu Portugalia, niſi fuerint baptizati, & vixerint chriſtianè,& ita ſeruari mandauit,ſtatuit, & ordinauit.

Quod hæreticorum beneficia vacent à die commiſſi criminis. Die 18. *Iunij* 1556.

IN Congregatione facta coram præf. Sanctiſs. Domino, & Reuerendiſsimis Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, idem Sanctiſsimus Dñs noſter qui ſupra, conſiderans, quòd hæreticorum beneficia à die commiſsi criminis hæreſeos vacent,

& quod multi hæretici id ſcientes, & in ſuis hæreſibus manentes, vt eos quos optant ſucceſſores habeant, in fauorem aliorum reſignant, vt ſaltem per clauſulas generales, quæ in ipſis reſignationibus de ſtylo ponuntur ius aliquod in beneficijs huiuſmodi acquirant, ijs prouidere volens, ſtatuit & decreuit, quòd ex prędictis reſignationibus nullum ius etiam per dictas clauſulas ipſis reſignatarijs acquiratur, immo beneficia huiuſmodi hæreticorum à die commiſsi criminis ſpecialiter diſpoſitioni ſuæ ſanctitatis reſeruauit, ita vt ſi non fiat mentio de huiuſmodi crimine per illum commiſſo, etiam diſpoſitiones per ipſum Sanctiſsimũ Dominum factæ nullius ſint roboris vel momenti. Quæ omnia extendi voluit etiam ad præteritas reſignationes, quæ tempore commiſsi criminis, hæreſeos, vel citationis hæreticis factæ ſuum plenarium effectum ſortitæ non fuerint.

Contra inſtituentes nouas Religiones. Die 16. Iulij 1556.

PRælibatus S.D.N. ratificauit capturam Io. Franciſci Raymondi Mutineñ. Congreg. S. Pauli, & Barnabæ Ciu. Mediolani, & cõmiſit Reuerendiſs. D. Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus, ſiue R.D. Commiſſario facultatem procedendi, ſeu procedi faciendi in futurum contra quaſcunque perſonas volentes inſtituere, ſeu inſtituentes nouam Religionem cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, & de contentis in titulo, ſeu titulis de Religioſis domibus, & de conſtituentibus nouam Religionem, Monaſteria, vel alia quæcunque loca pia, quòd poſsint dicti Reuerendiſsimi Cardinales, ſeu dictus Reuer. Commiſſarius ea reuidere, & corrigere, ac omnia alia & ſingula in præmiſsis facere, quæ eis reſpectiuè videbuntur iuri conſona.

Pro

Pro votantibus in S. Officio. Die 29. Aprilis 1557.

A Præfato Sanctiſsimo Domino decretum inuenimus, vt infra.

Cum in Congregationibus quæ in cauſa hæreſis, ita Domino diſponente, coram nobis fiunt, internenire pro maiori parte ſoleant nonnulli Clerici tàm ſæculares, quàm regulares in ſacris, & Sacerdotio, ac in Epiſcopali, & Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate forſan conſtituti, ac deinceps interuenire poterunt, ac etiã nonnulli ex Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinales nobiſcum in iudicando aſsiſtant, & ſæpenumero contingit, vt per diſcurſum caſuum contingentia etiam ad caſus non minus forſan enormes, ac etiam minus enormes, quàm hæreſim ſapientes in eiſdem Congregationibus tàm præteritis quàm futuris, ijdem Clerici, & in ſacris, & Sacerdotio, ac Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate conſtituti, ac ijdem Venerabiles fratres noſtri, S.R.E. Cardinales votum, ſeu ſententiam eorum, ex qua mutilatio membri, ſeu ſanguinis effuſio etiam ad mortem naturalem ſecuta fuerit, ſeu in poſterum ſequetur, dixerint, ſeu etiam dicere parati exiſtunt. Nos ſecuritati ac tranquillitati eorum mentis, & conſcientiæ occurrere volentes, vt ijdem Clerici etiam in ſacris, & ſacerdotio, ac quacunque dignitate etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel quacunque maiori præditi, etiam Venerabiles fratres noſtri Cardinales, qui in iudicando nobis aſsiſtunt, non ſolum in cauſis hæreſeos, ſed etiam in quacunque cauſa criminali, quæ in dictis Congregationibus coram nobis tractata fuerit, & tractabitur, votũ & ſententiam eorum nõ ſolum quo ad quæſtiones, & torturã, ipſis reis pro delictis quibus pro tpe inquiſiti, accuſati, ſeu denunciati fuerint, ſed etiam

ad condignam pœnam, & mulctam etiam vſque ad mutilationem, ſeu ſanguinis effuſionem, ac vſque ad mortem naturalem incluſiuè abſq; alicuius cenſuræ, vel irregularitatis incurſu, dicere, & eiſdem Congregationibus intereſſe, & immiſceri poſsint, licentiam & facultatem cõcedimus, ac quoad præterita ſi aliquam forſan irregularitatem incurriſſent, cum omnibus prædictis diſpenſamus, non obſtantibus conſtitutionibus &c.

Idem confirmauit S. D. N. Pius Papa Quintus, extendique voluit ad omnes Inquiſitores, eorumq; Vicarios, Commiſſarios, & Conſultores.

Contra ſine ordinibus celebrantes. Die 20 Maij 1557.

PRælibatus S.D.N. ſtatuit & decreuit, quòd quicunq; non habens ſacerdotium & ordinẽ preſbyteratus auſus fuerit Miſſam celebrare, abſque aliqua diſputatione, tradatur curię ſęculari puniẽdus.

Ne ordinarij conferant beneficia propter hæreſim vacantia. Die 29. Septembris 1558.

SAnctiſsimus D. N. qui ſupra in Congregatione ſancti Officij mandauit omnibus Ordinarijs, & quibuſcunque alijs, ne ſe intromittant in conferendis beneficijs vacantibus, vel vacaturis propter hæreſim, ſed illorum collationem ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus reſeruauit. Ad idem facit quòd ſequitur.

Sanctiſsimus D. N. Pius Papa Quintus conſiderãs beneficia hæreticorum à die commiſsi criminis eo ipſo vacare, & multi hęretici id ſcientes, & in ſuis hęreſibus manentes, vt eos quos optant ſucceſſores habeant in fauorem aliorum reſignãt, vt ſaltem per clauſulas generales, quę in ipſis reſignationibus de ſtylo ponuntur, ius aliquod in beneficijs huiuſmodi acquirant, ijs prouidere volens, ſtatuit & decreuit, quod ex prædictis reſignationibus nullum

ius

ius etiam per dictas clauſulas ipſis reſignatarijs acquiratur, imo beneficia huiuſmodi hereticorum à die commiſsi criminis ſpecialiter diſpoſitioni ſuę Sanctitatis, ſuorumque ſucceſſorum reſeruauit, ita vt ſi non fiat mentio de huiuſmodi crimine per illũ commiſſo, etiam diſpoſitiones per ſuam Sanctitatem factæ, ſint nullius roboris vel momenti. Quę omnia extendi voluit etiam ad præteritas reſignationes quę tempore commiſsi criminis hæreſeos, vel citationis ipſis hæreticis factę ſuum plenarium effectum ſortitæ non fuerint.

Contra abutentes Sacramentis. Die 17. Februarij 1559.

SAnctiſsimus D. N. Paulus Papa IV. in Congregatione ſancti Officij commiſit, quod omnes qui audiuerunt confeſsiones nõ exiſtentes in ſacris, & celebrantes miſſas, non exiſtentes etiam in ſacris, & abuſi ſunt Sacratiſsimo Altaris Sacramento, tradi debeant brachio ſeculari.

Die 2. Septembris 1562.

ILluſtriſsimi Cardinales Inquiſitores generales decreuerunt quòd per quamcunque gratiam factam, vel fiendam quibuſuis aliàs hæreticis, non intendunt eos reſtituere vt poſsint confeſsiones aliquorum ſæcularium audire.

Idem confirmatum fuiſſe reperitur in actis Sancti Officij ſub die quintadecima Nouemb. 1565. cum additione ſeu declaratione, quòd illi qui abiurarunt aliàs ſecretè vel publicè, aut aliàs quomodocunque non admittantur ad audientiam confeſsionum ſęcularium.

Teſtium nomina publicari non debent. Die 14. Maij 1566.

ILluſtriſsimi Cardinales Inquiſitores generales in Congregatione ordinaria decreuerunt dari debere nuda teſtium dicta, prout euſque obſerua-

tum

tum fuit, abſque nominum publicatione, aliarumque circumſtantiarum propter quas poſſet deueniri ad ipſorum teſtium notitiam. Et quo ad reſponſiones teſtium ſuper rei interrogatorijs pariter decreuerunt non eſſe dandas, ſi ex illarũ publicatione deueniretur in notitiam, qui nam fuerint teſtes ipſi.

Regulares recurrentes ad ſanctum Officium vt in eo teſtimonium perhibeant, non grauentur à ſuis ſuperioribus. Die 17. Auguſti 1567.

SAnctiſsimus D. N. Pius Papa Quintus in generali Congregatione ſancti Officij, conſulens libertati ipſius Sancti Officij, & indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo teſtimonium perhibentium ſtatuit & decreuit, vt Regulares quorumuis etiam Mendicantium Ordinum perſonæ, quæ pro tempore ad officium ſanctæ Inquiſitionis pro quocunque negotio recurrerint ſeu confugerint, vel in eo teſtimonium perhibuerint veritatis, aut aliàs quomodolibet depoſuerint, nequaquam à ſuis ſuperioribus per quinquennium continuum à die recurſus, ſeu depoſitionis huiuſmodi moleſtari, vel ex quacunque cauſa vel exceſsibus prętenſis perſonarum illarum, & de debitis propterea pœnis ſeu pœnitentijs eiſdem imponendis, niſi ipſi Illuſtriſsimi Cardinales Inquiſitores generales certiores facti fuerint, vel eis aliter clare notificatum, & ab ipſis Cardinalibus deſuper reſponſum fuerit.

De torquendis reis pro finali veritate babenda, & ſuper complicibus. Die 28. Iulij 1569.

INhærendo decretis alias per fel. record. Paulum Papam Quartum, Sanctiſsimus D. N. Pius Papa Quintus decreuit omnes & quoſcunque reos conuictos & confeſſos de hæreſi pro vlteriori veritate habenda, & ſuper complicibus, fore torquendos arbitrio Dominorum Iudicum.

STuduimus pro viribus, vt quam emendatiſſimus prodiret hic Libellus; fieri tamen haud potuit, quin plurimi irrepſerint errores, quorum leuiores Lectorum prudentiæ corrigendos reliquimus; grauiores autem corrigendos, vt infrà operæpretium eſſe duximus; primam, ſecundam, & tertiam Commentariorum partem minimè innuimus, quoniam paginæ numerus promptè indicabit, cuius partis ſint notata hic Commentaria.

In præfatione ad Lectorem in principio, recenſentur, lege reſecentur.

Errata Tabulæ totius Operis.

Verbo Accuſator in accuſatione &c. initius, lege mitius.

Verbo Appellare licet hæreticis ob interlocutoria, lege ab

Verbo Confeſtim ſedire ab hæreſim, lege hæreſi.

Verbo Conſolationem petentes ad hæreticis, lege ab

Verbo Hæreſis patris liberat ſtatim, lege ſtatum

Verbo Inquiſitor §. vitam, & mores teſtium &c. adde p. 3. c. 124.

Verbo Inquiſitor §. præmouere, lege præmonere

V. Laici non poſſent &c. l. poſſunt

Verbo Magiſtratus ad quæ obligetur, lege obligentur

Verbo Teſtium examinationes &c. adde p. 3. com. 10. & 64.

Verbo Vſus per auctoritatem, lege Vſurpans auctoritatem

In titulo conſilij 13. vbi habitabant Laici, lege latitabant

In titulo conſilij 24. & illas &c. lege vt illas.

Pagina 4. Commentario 6. concl. lege comment.

pag. 21. com. 14. adde audiendus ne eſt facile &c.

pag. 25. com. 26. cum mnent, lege monent.

pag. 27. com. 1. putan, lege putant.

pag. 54. com. 37. tom. lege com. 6.

pag. 60. com. 57. tertiam, lege tertium

pag. 65. com. 66. quæ blaſphemis, lege blaſphemiæ

pag. 68. com. 69. lege 68.

pag. 105. com. 19. per quos tebes, lege quot teſtes.

p. 110. c. 23. promiſſio, l. promiſſione.

pag. 114. com. 28. exceptiones in totum tum, dele tum.

pag. 115. com. 30. cauſit, lege cauſis.

pag. 115. com. 29. ſemel aptus, lege approbatus.

pag. 118. com. 32 negotia fide, l. fidei.

pag. 120 com. 35. quid igitur operatur, lege operatur.

pag. 121. com. 37. non obſtant, lege non o ſtante.

pag. 123 com. 38. gruis, lege grauis.

pag. 125. com. 39. patio, lege ſpatio.

pag. 128. c. 40. alias ſententias, l. alios.

Ibidem ſententia, lege ſententiæ.

pag. 134. com. 48. vita ant acta, lege ante acta.

Ibidem fama ſua, lege famæ ſuæ.

pag. 137. com. 50. pereius, l. perfectius.

pag. 139. com. 76. facultatem, lege facultate.

pag. 141. com. 107. fieret. lege fierent.

pag. 142. com. 108. punientes, lege penitentes.

pag. 143. eodem com. ipſa, lege ita.

pag. 144. com. 110. Reges, lege Reos.

pag. 150. cō. 112. indoneus, l. idoneus.

pag. 159. com. 121. eorum delicto, lege eodem.

pag. 165. c. 129. dele verbū iubentes.

pag. 173. com. 152. reſcripto inca- lege incip.

pag. 174. com. 157. ad Epiſcopis, l. ab

pag. 180. com. 163. Sacerdotis, lege Sacerdotio.

pag. 189. Eccleſiam, lege Eccleſia.

pag. 203. de leui, lege vehementi.

pag. 204. accuerint, lege cauerent.

pag. 207. legis, dic legibus.

pag. 212. primi Innocentij, lege Innocentij primi.

pag. 221. Lullis, lege Lulli.

pag. 225. im, lege in.

pag. 227. & leuius, lege leuia.

Ibidem viillia, lege illius.

pag. 230. vi, lege vix.

pag.

pag.232. ceploris, lege Campſoris.
pag.232. contemptioſo, l.contentioſo.
pag. eadem Silu. vſura, dele lib.
pag.233. vera, lege verba.
pag. eadem da mici, lege mihi.
pag. 235. qui Innititur, lege quia.
pag. 236. realtate, lege realitate.
pag. 238. pæcipuè, lege præcipuè.
Ibid. m à Camſuario, l. Campſuario.
pag. 239. ſubſtinere, lege ſuſtinere.
pag.242. Capo, lege capit.
pag.243. Sacia, lege Scaccia.
pag.245. canſco, lege cenſeo.
pag. 246. Semphronius, dele litter. H.
Ibid m cap.23. nu.55. lege 56.
pag 253. Gaſpar Cap. lege Cabal.
Ibidem D.Th.2.2. q.107. ar.6. l.ar. 3.
pag. 257. Spiritum, lege Spurium.
pag.270. cum ſit, lege cum ſit.
pag. 274. Molina tit. lege Tom.
pag.276. ſe, lege ſe.
pag. 279. eum, lege cum.
pag.280. eum, lege eum.
pag.294. liquidan. lege liquidandorũ.
pag.296. ingrediamur, l.aggrediamur.
pag. 314. his, lege hic.
pag. 318. puniendos immunitate, lege priuandos.
pag.320. delictui, lege delicti.
pag.321. incurrentem, l. Incurrendam.
pag.330. reponat, lege exponat.
pag. 334. lucrum, lege lucri.
pag.338. incidere, lege iuridicè.
Ibidem Rodriquez tit. lege tom.
pag.341. Apoſtates, lege Apoſtatas.
pag.343. moderatorio, l. moderatoria.
Ibidem alios, lege alias.
pag 355. publia, lege publica.
pag. 357. quæſt. 10. lege quæſt. 96. & adde art. 10.
pag. 358. 11. quæſt. 2. lege 3.
pag. eadem 2. ſent. lege 3.
pag. 361. ipſi, lege ipſis.
pag.363. prolatione, lege probatione.
pag.366. Baccalaurico, l. Baccalaurei.
pag. 367. hac in ſe, lege re.
pag. 376. Cepol. conſ.29. lege 39.
pag.377. emolumentis, l.emolumenti.
Ibidem ſi iniquum, lege ſit.
pag.380. contigeret, l. contingeret.
pag.383. iuſtum, & iniquum, lege iniuſtum.
pag. 388. iuxta, lege iuſta.
pag. 392. 17. lege 47.
pag. 407. relict. lege relect.
pag.411. puncto 6. lege 5.
pag.412. cap. quanti, lege Quanto.
pag.414. cap. Nimis. l.2. lege el.
pag. 415. L. Hyeronimum dic lege.
pag.416 dele verba de prima & in cap.
pag. 417. fuſticacionis, lege fuſtigationis.
Ibidem etiam mortis, adde pænam.
pag. 419. quæ libri, lege liberi.
pag.432. vel ei caſu, lego auſu.
pag. 434. teſtificationes, lege iuſtificationes.
pag.470. Saltarel. lege Sanctarel.

ANT 1315746

6427

B 57.

XIV
B12

Digitized by Google